LOCI COMMVNES PARIVM AC SIMILIVM VTRIVSQVE IVRIS:

Olim quidem à D. IVDOCO DAMHOVDERIO *Brugenſe, V. I. D. Equite Aurato, ac Cæſareo & Hiſpaniarum Regis quondam Conſiliario collecti, & in Alphabeti ſeriem digeſti:*

Nunc verò infinitis penè ac vtiliſsimis Annotationibus, nouisque Æquiparatorum argumentis aucti,

Labore & Induſtriâ

D. NICOLAI THVLDÆNI Syluæducenſis, I.C.

Cum præfatione eiuſdem, de horum argumentorum vſu, neceſsitate atque efficacia.

Bibliotheca



ANTVERPIÆ,
Ex Officina IOANNIS BELLERI, apud Viduam,
ſub inſigni Aquilæ aureæ. 1601.
CVM PRIVILEGIO.

Digitized by Google

PRÆFATIO DE PARIVM
AC SIMILIVM VSV, NECESSITATE,
ATQVE EFFICACIA; CVM EGRESSIONE IN annotationum ſuarum rationem.

QVAM non vtilis modò, ſed & apprimè neceſſaria ſit, in fœlicem ciuilis politiæ conſeruationem, veræ æquitatis cognitio atque obſeruatio, nemo (opinor) in ciuili ſcientia, ac iudicijs, vtcunque verſatus, non intelligit. Æquitatis dico, non informis, non imaginariæ illius, quam ſibi quiſque conſtituit: ſed legalis aut ciuilis, quam plenam, & abſolutam vocant, quamque nobis graphicè deſcribit Iuriſconſultus in l. bona fides. ff. depoſit. quæ videlicet non tantùm ex naturalibus & iuriſgentium, ſed etiam cum præceptis ciuilibus & prætorijs æſtimatur, & ex totius rei perfecta æquitate, quæ ex omnibus perſonis & circunſtantijs, quæ negotio geſto coniunguntur, impletur. Vt enim pernitioſum eſſe ſummum ius, quod ſummam crucem veteres dixerunt, ſi prædura interpretatione trahatur ad ſpecies factorum inconuenientes, conſtat vel ex eo quod vulgò dici ſolet, ſummum ius, ſumma iniuria: ita è regione, non poteſt non eſſe pernitioſiſſima, & in republica virus (vt aiunt) peſtilentiſſimum, æquitas illa imaginaria, in qua libidines illæ, à quibus eos, qui de rebus dubijs conſultant, oportet eſſe vacuos, tam facilè dominantur. id quod vel ex vno Cicerone commonſtrari poteſt; qui in oratione pro Cæcinna, dum in hanc incidit quæſtionem, quæ iam illis temporibus foro irrepſerat, auctoritatem iuris ſcripti, aduerſus imaginariam æquitatem defendens, aduerſarium, ius ſcriptum propter æquitatem deſerendum contendentem vellicat, in hæc verba prorumpens; atque illud in tota defenſione tua mihi maximè mirum videbatur, te dicere iuriſconſultorum auctoritati obtemperari non oportere. quod ego tametſi non nunc primùm, neque in hac cauſa ſolùm audio, tamen admodum mirabar abs te quamobrem diceretur: Nam cæteri tum ad iſtam orationem decurrunt, cum ſe in cauſa putant habere æquum & bonum, quod defendant. ſi contrà verbis & literis, & vt dici ſolet ſummo iure contenditur; ſolent eiuſmodi iniquitati boni & æqui nomen dignitatémque opponere. tum illud quod dicitur ſummo iure irrident: tum

Digitized by Google

aucupia verborum & literarum tendiculas in inuidiam vocant: tum vociferantur, ex æquo & bono, non ex callido verſutoque iure, rem iudicari oportere: ſcriptum ſequi calumniatoris eſſe: boni Iudicis voluntatem ſcriptoris auctoritatemque defendere. idemque Cicero lib. 2. de inuentione in hanc rem ita pulchrè ſcribit: Deinde (inquiens) & ipſis Iudicibus iudicandi, & cæteris ciuibus viuendi rationes perturbatum iri, ſi ſemel à legibus receſſum ſit. Nam & Iudices neque quid ſequantur habituros, ſi ab eo quod ſcriptum ſit recedant: neque quo pacto alios improbare poßint, quod contra legem iudicarint: & cæteros ciues quid agant ignoraturos, ſi ex ſuo quiſque conſilio, & ex ea ratione quæ in mentem aut in libidinem venerit, non ex communi præſcripto ciuitatis vnamquamque rem adminiſtrabit. indigniſſimumque eſſe quam rem verbo & literis mutare non poßis, eam re ipſa & iudicio maximè commutare. hæc Cicero. qui pulchrè inibi quoque tradit; Semper eum qui contra ſcriptum dicit, æquitatis aliquid adferre oportere. Atque ita in foro etiamnum vſuuenire continuò videmus, vt huiuſmodi imaginariæ æquitatis, ac ſtricti iuris prætextu, bona pars execrabiles indigniſſimaſque lites aut ferat, aut agitet. Vbi tum anxia cura & circumſpicientia eum qui iuriſdictioni præeſt cauere oportet, ne præfracto illi iuri (ſicubi aliud circumſtantiæ ſuadeant) nimis tenaciter hæreat, néue ad imaginariam illam æquitatem deflectat: ſed medium (vt cæteris in rebus) adhibens; neque ſtateram, quod in adagio eſt, tranſiliens; & ex omnibus omnium circumſtantiarum angulis, quæ iuris varietatem inducere poßint expendens, ſecundum legalem illam æquitatem diiudicet. id quod ex aliorum ſententijs monet etiam Cacheranus, Oſaſc. deciſ. 76. ſub numero 46. cum ſequentib. Andreas Tiraquell. de retract. proxim. §. 35. gloſſa 1. numero 31. voluitque Bodin. de rep. lib. vlt. cap. vltim. Connanus commentar. iur. ciuil. libro 1. capit. 11. præſertim ſub numero 7. Menochius conſilio 202. numero 13. alijque, quos recenſere longum ſit, innumeri. Magna mihi, de neceſſaria æquitatis cognitione, diſſerendi copia eſt, niſi inſtituti ratio magis poſtularet, vt deinceps quanam ratione cognitionem illam faciliùs aſſequi poſſe putem, atque adeò de effectu, vi, & efficacia horum partium & ſimilium, pro tenui mea facultate, ac pinguiori Minerua dicerem. Quàm verò difficilis ſit illa æquitatis cognitio (quæ non etiam niſi à rerum forenſium

ſium expertis, plenè comprehendi poteſt) locupletiſsimum nobis teſtimonium exhibet vel vnus Emanuel Zoarez Doctor celebris, dum in theſaur. receptarum ſententiar. in epiſtola liminari, refert; cum primùm iuri Cæſareo cæpiſſet operam dare, conſuluiſſe præclaros quoſque viros in ea facultate, quanam ratione ipſi ad nominis claritatem perueniſſent, & faciliori negotio ſe eodem aſpirare poſſe arbitrarentur: eoſdemque (quibus & ipſe acquieuit) laborem vnicam eſſe viam, affirmaſſe. Equidem poſt ſcholaſtica illa iuris ſtudia; quantum per forenſes diſceptationes, ac functiones publicas liceret, cæpi indefeſſo labore, æquitatem illam, ad diuerſos diuerſarum, in Europa, nationum mores accommodatam pelluſtrare & perquirere, in diuerſis diuerſorum omnis nationis iuriſperitorum, tam veterum quàm recentiorum (quibus ego vtor lectiſsimis) reſponſis, ſiue (vt forenſibus vtar verbis) conſilijs, deciſionibus, obſeruationibus, areſtis, alijſque tractatibus, aut commentarijs. Sed quum tandem, cum propter humanæ memoriæ fragilitatem, tum alijs de cauſis, ſuſpicarer, ne ſic quidem, ſedentaria illa opera, poſſe aliquando, me ſcopum æquitatis aliquem contingere, ſi non certioribus, ac ſtatis quibuſdam medijs illi intenderem: inter alios quos mihi, in eam rem, præſtruxi aditus, legendo diligenter obſeruaui, ſeduloque (ad priuatum vſum meum) annotaui parium ac ſimilium, ſi quæ occurrerent, huiuſmodi argumenta. Vbi verò deinde in præſens enchiridion, ſiue (vt modò cùm excreuerit in maius volumen inſcripſimus) locos communes IVSTI DAMHOVDERII *fortè incidiſsem, non potui non beatæ iſti animulæ gratulari, quòd tanto viro, iuris iuxta ac cæterarum diſciplinarum peritiſsimo, ætate iam certè graui, eadem nec infructifera, nec illiberalis cogitatio priùs in mentem veniſſet; eandemque iam publicè omnibus ipſe nauaſſet operam; & peculiarem hunc æqui & boni campum, ante alios, tam liberaliter aperuiſſet. Quantam enim vim atque efficaciam habeant ad æquitatem illam promptè colligendam, maturèque dignoſcendam, vnica hæc parium ac ſimilium argumenta, ſatis ſuperque oſtendit, vt alios prætermittam, Albert. Bolognet. in diſputat. quas ſcripſit, de leg. iur. & æquitat. capitul. 32. numero 9. dum ex ſententia Accurſij in l. placuit. in verbo, quàm ſtricti iuris. C. de iudic. literis mandauit: æquitatis munus eſſe, vt à ſimilibus ad ſimilia progrediatur, & in*

 paribus

Digitized by Google

paribus cauſis paria decernat. Quemadmodum & Cicero in Topicis ad Trebat. dicit, Æquitatem paribus in cauſis paria iura deſiderare. *& habetur in tit. de allod. in Vſ. feud. vbi latè Bald. ſub num. 18. Æquitatémque verſari potiſsimùm in æqualitatis legitima conſeruatione, inter ciues & ſubditos, inter ea ſcilicet quæ paria eſſe aliqua ratione deprehenduntur, docet ſcitè Coraſ. de iur. art. part. 1. cap. 15. ad fin. verſ. verum enimuerò. nam & Seneca lib. 4. epiſtol. 30. ait, æquitatis primam partem eſſe æqualitatem. Quapropter Bologn. qui ſupra, ſubiungit, hinc etiam vſum obtinuiſſe, vt pro quacunque paritate atque æqualitate æquitas accipiatur. idq́; probat & Natt. conſ. 147. num. 14. & poſt Oldendorp. in diſput. de iur. & æquit. tit. 1. alioſq́; ſcribit Menoch. d. conſ. 202. ſub num. 6. Græcis æquitatem dici ἐπιείκειαν, hoc eſt, conuenientiam & æqualitatem; ab ἐπὶ quòd eſt iuxta, & εἰκὸς, conueniens, aſsimilatum. vt hinc liquidò appareat, quantùm æquitas in ſimilitudine & paritate illa verſetur & conſiſtat, neceſſarióque ab ijs dependeat; quámque non poſsit, ſecundum æquitatem, iuſto æquilibrio, pronunciare, qui non prius, quæ cauſæ, quæ iura ſint paria, probè calleat, ac celeriter internoſcat; quantúmque inſuper ad æquitatem colligendam, æſtimandámque, parium hæc ac ſimilium argumenta non modò conducant, ſed vnicè etiam requirantur: proindéque nec minùs quàm vera ipſa æquitas (quod priùs commonſtrauimus) ſint neceſſaria. Quanti verò fecerit huiuſmodi argumenta poſthabitis etiam alijs quæ in locis ſuis legalibus tractant Euerard. Cantiunc. & reliqui, perſpicuè declarat Alc. ad calcem lib. 2. de verb. ſignif. his maximè verbis: Adde (inquiens) quòd omninò hæc argumentandi ratio ad I. C. non pertinet: optimus erat legum interpres Trebatius, etiam priuſquàm M. Tullius Topica eius nomini dicaret: qui enim iudicio naturali lepram à lepra (vt vulgò dicitur) diſcernere nequit, is legibus noſtris addictus olei & ſomni iacturam facit: ſpectant huiuſmodi ad dialecticos, quorum ars in contentione verborum conſiſtit; I. C. verò id ſolùm decet, vt rationes legis conſideret; vbi ratio diſsimilis eſt, ibi argumentum eſſe inefficax ſciat; at vbi ſimilitudo rationis adeſt, etiam ſi alioquin res diuerſiſsimæ ſint, tamen ab vna ad aliam procedemus. & quæ ſequuntur. Quò præterea pertinent, quæ in hanc rem appoſitiſsimè vtiliſsiméque diſſerit Ant. Maſſa in libris quos de exercitat. iuriſper. inſcripſit, dum præſertim lib. 1. num. 83. perpellentibus rationibus*

compro-

Digitized by Google

comprobat, vnum & idem eſſe omnibus iuriſperitis, & qui iudicant, & qui cauſas agunt, commune inſtrumentum: quod eſt eiuſdem & diuerſi, ac ſimilium diſsimiliumque per comparationem cognitio. concludítque tandem vniuerſaliter, quod iudicialis diſceptatio ferè omnis, nihil aliud ſit, quàm comparatio quædam rerum & cauſarum. ibidémque ſub num 80. dicere ſe ſolitum refert: difficultatem omnẽ in iuris peritia, ex falſis ſimilitudinibus prouenire. Cui congruit, quod nouiſsimè Ioann. Dadræus, in locis commun. ſimilium, & diſsimilium, ex omni antiquit. tam ſacra quàm profana collector. in prooemio, ſcriptum reliquit, Clementem Alexandrinum, lib. 6. ſtromatum; omnis erroris cauſam & originem, ad ignorationem ſimilitudinis & diſsimilitudinis referre. Vnde non immeritò (inquit Dadræ.) Ariſtot. lib. 1. topic. futurum philoſophum diligenter monet, vt in paranda vndecunque ſimilium copia, ſuam non oſcitanter nauet operam. hæc atque alia in hanc rem Dadræ. Quamquàm verò Rodol. Agric. de inuent. Dialect. lib. 1. ſcribat omnium locorum, è quibus ducuntur argumenta, nulli ferè minus eſſe virium, contra renitentem auditorem, quàm ſimilitudini: quam ſententiam noſtri quoque interpretes ferè imitantur, vt & Cantiunc. conſ. 10. ſub num. 13. & in loco à ſimili, in princ. & in eodem loco Euerard. Sichard. in l 1. num. 8. C. qui amitt. & latè Fichard. conſ. 36. num. 17. lib. 2. tamen illi, prout cenſuit Maſſa lib. 3. de exercit. iuriſperit. ſub num. 73. cum ſeq. non animaduertunt, quod longè alia eſt apud Dialecticos conſideratio ſimilitudinis, alia apud nos, quibus neceſſarium, & demonſtratiuum eſt tale argumentum, quippe ex legibus ipſis procedens ex quibus comparatio ſumitur. Planè quando aſsimilatio ſiue comparatio fit à lege (vt ferè in his parium argumentis noſtris) non ſolùm probabilis (vt aliàs plerunque) ſed & neceſſaria eſt, vt poſt Bald. in l. data opera. ſub num. 10. C. qui accuſ. non poſſ. tradit Euerard. d. loco à ſimili, verſ. hoc tamen volo. declarans tamen procedere, Primò quando fit aſsimilatio per legem in eadem materia, ſaltem in genere; ſecus ſi in diuerſa. idémque voluit poſt Alex. in l. ſi legatarius. ſub num. 3. C. de legat. alióſque Franc. Viui. deciſ. 255. num. 23. in fin. Burſat. conſ. 180. ſub num. 42. & conſ. 120. ſub num. 21. ſufficit enim ſimilitudo in eo de quo agitur, latè Alciat. in l. creditor autem. in fin. ibidémque Rebuff. & in l. malum. §. viduam. verſ. minus obſtat. ff. de verb. ſignif. Coraſ. in l. qui ante. ſub nume. 2. de verb.

oblig.

oblig. Maſſ.d.lib.3.num.72.Commentat.conſuet. Pariſ. §.22.nume.55.ad fin.Zaſ.conſ.15.ſub num.125.cum ſeq.lib.1.Decian.conſ.51.ad finem. lib.2. Hieron.Laurent.deciſ.145.nu.4.Mantic.de coniect.vlt.volunt. lib.12.tit. 13.nu.8.Menoch.de arbit.iudic.lib.2.caſu 84.num.6.Io.Pet.Surd.deciſ. 119.nu.16.addens nu.21.ex ſententia Euerard.vbi ſupra,verſ. oſtenſo autem.aliorumque,negantem procedere ſimilitudinem in caſu, quo de agitur teneri hoc probare. Secundò declarat Euerar.quando eſt facta aſsimilatio, parificatio,ſeu æquiparatio communiter ſeu generaliter in omnibus; ſecus ſi in vno caſu tantùm; vt per eum itidem latius, in loco à ratione leg. larga, ampla, ſeu gener.in 1.caſu princ.verſ. 2.fallit d.regula.& in 1.caſu princ. verſ.3.fallit d.regula. dum explicat reſolutionem illam, quod quando duo æquiparantur per legem antiquam,in omnibus & per omnia, tunc lex noua ſiue ſtatutum, corrigens in vno, intelligatur etiam corrigere in alio: idque tam in pœnalibus,& exorbitantibus, quàm in correctorÿs.quam reſolutionem probat communem Burſ. vbi ſupra, tractatque latè Viui.d.deciſ.255. ex nu.19.vſque ad nu.24.aliÿque quos copioſè adduximus hic inferius, ſub cap. (ſiue vt auctor ſæpius appellat) tit. Eſſe inapparenter. ad verb. æquiparati. Vnde itidem liquet,non ſolam harum comparationum æquiparationumque, quæ à legibus fiunt, cognitionem, tantopere (vt diximus) neceſſariam eſſe: ſed & earum ſimul non indiligentem tractationem explicationemque, vti quatenus,quo effectu, qua in materia, quibus in caſibus, an in modum regulæ,an propriè vel impropriè, an ſolùm ratione effectus, an verò & nominis procedant, hiſque affinia, facilius certiuſque percipi poſsint. Vt enim ex ÿs, ſi rectè vtamur, luculenter ſtatim æquitas elucet: ita facilè obſcuratur, deturbaturque, ac pernitiosè earum ſpecie erratur, ſi non in terminis,aut nimis generaliter ÿs abutamur. etenim ſi credimus Alc. in l. 1.nu.1.in fin.de leg.1. nulla eſt adeo generalis æquiparatio, quin recipiat reſtrictionẽ.& vt docet Coraſ.de iuris art.par.4.c.8.nullum eſt in iure noſtro periculoſius argumentum quàm ſimilitudinis; in quo celeberrimi etiam veteres Iuriſconſulti fœdè nonnunquam errarunt. id quod diffuſius quoque oſtendit Maſſ.lib.2.de exercit.Iuriſp.num.42.cum ſeqq. Qua tamen in re, mox inter reuoluendum hoc enchiridion, animaduerti non tanto impendio ab auctore noſtro (parcant mihi manes) exudatum elaboratumque, quanto fortaſsis ab ÿs quos mihi prius in eandem rem, ſparſim legere, obſeruare, ac cogere

cogere contigerat: quinimò frigidè ac ieiunè multa, tanquam ab homine aulicis negotijs implicato, alijſque rebus (vel proprio eius vbique teſtimonio) vehementer occupato, obiter, ceu per tranſennam aſſcripta, ac typographorum incuria mendis quæ irrepſerant ita deprauata & obſcurata deprehēdi, vt vix quid verè ſentiret auctor (ſi quod res eſt ingenuè profitear) perciperem, aut ex alijs etiam, quorum mendoſè loca citarentur, commodè intelligere poſſem. Poſt diligentem itaque accuratámque eorum omnium examinationem, diſquiſitionem, caſtigationem, ac collationem cum ijs, quæ in eandem rem ipſe prius obſeruâram; cum intelligerem tandem idem enchiridion, prioribus exemplaribus paſsim diſtractus, de integro typis committendum eſſe; operæprecium me facturum exiſtimaui, ijs præſertim qui noſtris eunt itineribus eundem ad puræ ac putæ ſcopum æquitatis collimantes, ſi (præciſis ijs diſputationibus, quas indagandæ veritatis ergò latius vbique inſtitueram) præter corruptorum locorum reſtitutiones ac repurgationes, quas (cum coniecturis ſæpe conſiſtant, ſine breuibus etiam annotatiunculis aliquando fieri tutò non poſſe videbam) auctario, ac crebris annotationibus cumularem; quæ velut aſteriſci quidam ad omnem caliginem commodè allucerent, & ad ampliorem, perfectiorémque totius rei cognitionem facilè perducerent; in ijs quippe, ne fruſtra membranæ occuparentur, non aliorum quorundam more, ad ſingula argumenta ſingulos effectus, ſingulas (quas vocant) ampliationes & limitationes (niſi ſi quæ vel candido lapillo notanda, vel cedro digna ducerem, & è quibus reliqua ferè c[illegible]gi poſſent) ab alijs tranſcripſi, ſed ad fontes ipſos è quibus peterentur preſsius, ablegaſſe contentus fui; Neque veteres etiam auctores ſingulos vbique laudaui, ſed recentiores plerunque, vt in vno complures referrem; è quibus ſæpenumerò, in vnoquoque argumenti aut materiæ genere, vel integri tractatus confici poſſe viderentur. Quod quidem factum noſtrum non eſt quod Momus quiſpiam hic, ceu in alieno opere, iniquè calumnietur aut aſpernetur; quum auctor ipſe, pro ſua humanitate, tam in fronte, quàm in calce huius enchiridij, id ipſum non modò vnicuique fecerit liberum; ſed & in eum ſolummodò finem, hæc de parium ac ſimilium ratione à ſe collecta, vt ad præſcriptam formam ſuopte quiſque Marte adijceret, quidquid ad eandem rationem pertinere putaret, non obſcurè atteſtatus ſit. Neque addubitandum eſt, niſi auctor, in graui illa & defecta ætate, primò huiuſce libelli

guſtum feciſſet, quin ipſemet poſtmodum magna acceſsione fuiſſet locupletaturus. quemadmodum id itidem in praxi eius criminali, in pupillorum patrocinio, necnon alijs quibuſdam libris, ab eo, (vt & ab alijs, in ſuis monumentis paſsim) factitatum videre eſt. Quanquam hac in re, ab omni inuidia fortè propterea tuti erimus, quòd minora hæc ſint quàm vt à quoquam appeti debeant: doctiores enim ad humilia huiuſmodi ægrè ſeſe demittunt. Neq; poterit (vt ego mihi perſuaſum habui) conatus (qui optimis in rebus, vt effectus in caſu, ita ſemper in laude eſt) non probari; quippe qui, in hac veræ æquitatis tam neceſſaria obſeruatione, gliſcente iam nimiùm (quòd alibi fuſiùs differemus) imaginaria illa æquitate, ne dicam iniquitate, cum inferiorem me videam, quàm vt opem præſtare queam, ſaltem alijs qui id rectè poſsint & velint miniſterium quantulumcunque præbere, æquitatiſque illius campi fines propagare, atque adeo ab vlteriori ſaltem hæc æquiparata, eorúmque affinia, colligendi labore moleſtiáque ſubleuare (quòd in me eſt) ſatagam. Doctos atque ingenioſos ad parem, ſed magis compoſitum laborem inuitans. ipſe quoque in eandem rem, maiora propediem emiſſurus, ſi conceſſerit optimorum conatuum noſtrorum fautor Opt. Max. cui vni laus & gloria.

PROVERBIA VETERA.

SIMILE SIMILI SEMPER HÆRERE.
SIMILIA SIMILIBVS GAVDERE.
SIMILIBVS SIMILIA NVTRIVNTVR.
SIMILE SIMILI CONVENIENS.

OPERIS APPROBATIO.

ENchiridion iſtud Similium, Clariſsimi viri Domini Iodoci Damhouderij, Equitis aurati, V.I. Doctoris conſultiſsimi, nihil continet quod aut fidem catholicam, aut Rempublicam Chriſtianam turbare poſsit, & quum non parum fructus & commodi ſtudioſi Iuris ex hoc ſibi comparare poterunt, typis excudi meretur. Actum Bruxellæ hac 7. Martij Anno 1567. Stilo Brabantiæ.

Ita atteſtor Laurentius Metſius S. Theologię Licentiatus, Diuæ Gudilæ Bruxell. Decanus, Vicarius generalis Re. Archiepiſc. Camerac.

HOS vtriuſque Iuris parium & ſimilium locos communes aliquando in lucem editos, auctore Clariſsimo viro D. Iodoco Damhouderio titulo Enchiridij; poſtea ſtudio ac opera Conſultiſsimi viri Nicolai Tuldæni: eruditiſsimis annotationibus, nouiſque Æquiparatorum argumentis mirũ in modum locupletatos, cẽſeo typo atque impreſsione publica digniſsimos: Pridie Non. Decemb. 1599.

Guilielmus Lucas Boxtellenſis S. Theologiæ Licentiatus, Eccleſiæ Cathedralis B. Mariæ Antuerpienſis Canonicus.

SVMMA PRIVILEGII.

A Rchiducali priuilegio cautum eſt, ne quis octennio proximo citra voluntatem Gaſparis Belleri, hunc librum cui titulus: Loci communes parium aut ſimilium vtriuſque Iuris, olim à D. IVDOCO DAMHOVDERIO collecti, nunc verò Annotationibus illuſtrati à D. NICOLAO THVLDÆNO. &c. *vllo modo imprimat, aut alibi impreſſum in hæreditarias haſce Archiducum ditiones importet aut venalem habeat. Qui ſecus faxit exemplariorum confiſcatione, & grauiori pœna latius in priuilegij diplomate expreſſa, mulctabitur. Dat. Bruxellæ. 26. Ianuarij. Anno 1600.*

Signat.

I. de Buſchere.

Digitized by Google

De Similibus (a) ſemper idē eſt iudicium, idque iure

- Diuino, Geneſis 2.
- Canonico, c. Inter cætera extra.de reſcriptis.
- Naturali, Cic.lib.3.de Oratore, & l. prima. §. Ius autem. ff.de Iuſt. & Iure
- Gentium, l. 1. & 2. ff. locati. iuncta l. ex hoc ff.de Iuſtit. & Iure
- Ciuili, l.non poſſunt.ff.de legib.& l.leges 1.C.eod. titu.

Similia (b) ſunt quorum vna eſt qualitas. D. Vdalr.Zaſius, conſ.9. lib.1. pag. 121.numero 5.Alberic.in l.Non poſſunt, de legib.

Similibus ſunt ſimilia ritè applicanda. l.prima. §. Sicut autem. Cod.de veter. iur. enuclean.

Similis æquitatis ratio ſimilia iura ſuadere debet. l.Illud.ff. ad legem Aqui.

Paritas / Diuerſitas } rerum, arguit { Paritatem / Diuerſitatem } iuris.

ANNOTATIO.

(a) De similibus. Auctorem noſtrum hoc loco nuncupatim laudat Burſat.conſilio 460.numero 29.accedit And.Gaill.de pace publ.lib.2.cap.4.numero 8.VVeſenb.conſ.41.numero 148.Sichard.in l.1.numero 4.C.de tranſact. vt alios mittam.

(b) Similia. Euerard.conſil.31.n.(mihi) 10. Dec.in cap.tranſlato.ſub num.(mihi) 25. de conſtit.vbi tamen hac de re latius. vt & conſilio 329. ſub numero 4. & conſilio 491. numero 23. Alciat.in l.creditor autem. de verbor.ſignif. Decian.conſilio 1. numero 115.lib.1.& conſilio 114.numero 21.lib.3.Cephal.conſilio 399.numero 48. Cott. in memor. verb. ſimilia.Menoch.de arbit.iudic. lib. 2. caſu 84.

LOCI

LOCI COMMVNES
PARIVM AVT SIMILIVM VTRIVSQVE IVRIS.
Non Practicis ſolùm, ſed & Scholis apprimè vtiles & neceſſarij.

AVCTORE
D. IODOCO DAMHOVDERIO
Brugenſe, Equite aurato, I. V. D. Cæſareo & Hiſpaniarum Regis quondam Conſiliario.

Abbatiſſa.

P*RIMO omnium in numero Parium hic prodeat Abbatiſſa, quæ in rerum abbatialium adminiſtratione, meritò Abbati æquiparatur*, (a) vt notat Bald. in c. primo in principio. col. 6. Qui feudum dare poſſunt. Abb. in c. 2. in princip. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſenſ. capitu. Qui ex eo textu colligit, Quod Abbatiſſa habeat ſui monaſterij liberam adminiſtrationem, ſicut & Abbas, quodque ad validitatem conceſsionis fiendæ per eam, debeat ſui capituli conſenſus interuenire. Ex quo & ipſe ſubcolligit, quòd per Abbatiſſam, & Moniales, non obſtante ſexu fœmineo, etiam diſponuntur res monaſterij. Abbatiſſa præterea cum Abbatis iure æquiparatur, cum in iuriſdictione ſeculari, tum in iuriſdictione eccleſiaſtica, quum & illa officia quoque conferat ſecularia, ſimul & beneficia (b) eccleſiaſtica, non ſecus quàm Abbas ipſe. ca. Cum dilecta. extra. de confirmat. vtil. vel inutili. Vide Abb. in 2. notabili. in gloſſ. 2. Plura vide in Regula fœminæ. ff. de reg. iur. per Philippum Decium, folio 5. nu. 10. Non poteſt tamen Abbatiſſa excommunicare, ab officio ſuſpendere, aut interdicere, quia hæc pertinent ad claues Eccleſiæ. Poteſt tamen monachos & clericos ſuſpendere, & prohibere ne celebrent in ipſius eccleſijs. Cæterum, talis ſuſpenſio non eſt verè ſuſpenſio, quia quamuis celebrarent, non propterea fierent ijdem clerici celebrantes irregulares. Præterea non poteſt prædicare, nec confeſsiones audire, nec moniales benedicere, nec aliquid aliud facere, quod ad ordinem ſacrum propriè pertinet: vt patet in cap. Noua. extra de pœnit. & remiſſ. Poteſt tamen in matutinis Euangelium legere: vnde & diaconiſſa appellatur. cap. Diaconiſſa 27. q. 1 & etiam moniales ſeu ſubditas monere & exhortari.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARATVR. Adde Lud. Gomeſ. in regul. Cancell. de infirmis reſignant. quæſt. 6. prope fin. Franc. Viui. regni Neapol. deciſ. 314. num. 9. & ſequentib. Franciſ. Marc. Delphinal.

Delphinal. deciſion. 953. num. 8. lib. 1. vbi & in ſequentib. vſque ad deciſ. 963. & deciſ. 1084. de his, alijſque huc pertinentibus, agit latius. In quibus autem & quomodo Abbas æquiparetur epiſcopo, apud Bild. conſ. 373. ſub num. 2. verſ ſi tamen, lib 3. Dec in c. eam te, ſub nu. 12. & 14. de reſcript. Marc. deciſ. 1112. ſub num. 5. lib. 1. Menoch. conſil. 12. num. 133. cum ſeqq. & lib. 2. de arbitrar. iudic. caſu 216. num. 7. Viuium d. deciſ. 314. num. 6. Decian. conſ. 72. num. 2. lib. 3. videre eſt.

(b) Beneficia. Panorm. poſt gl. in c. dilecta nu. 5. de maiorit. & obed. latè poſt Pariſ. conſ. 13. num. 1. & ſeqq. lib. 4. alioſque. Viui. d. deciſ. 314. ſub num. 8.

Abeſſe.

A*beſſe* (a) *& ineſſicaciter adeſſe, paria ſunt.* Itē, Paria ſunt, Si quis à principio nō adfuerit, & ſi ſine debita poteſtate adfuerit, ſine hac enim meritò repudiari non ſecus quam abſens, poteſt l Si quis ſub conditione ff de teſta. tute. l. Si quis in ſenatorio ordine. & l. Eos qui. ff. de ritu nupt. Facit text. in l. 2. §. Sed ſi ſint ſui. ff ad Senatuſconſ Tertullian. l. 1. §. penultimo incip. Cùm autem C. de cadu. tollen. D. Iaſon in l. Quotiens. in 4 column. C de hæredib. inſtitu. D. Bartholo. à Chaſſenæo. in ſuis conſilijs, conſilio 39. incip. Nobilis quondam vir. D. Cyprianus &c. nu 22. Sic à ſimili. Religioſus qui corpore quidem matutinis intereſt, in quibus tamen nec canit, nec legit quicquam, nec quicquam officij in ijs præſtat, ſed toto illo tempore ſtertit, ac dormit, is à ſuo Prælato meritò negligentiæ, ac veluti abſentiæ incuſatur, & corripitur. Idemque videtur cenſendum de illis, qui tempore diuini officij, aut Miſſæ, nihil aliud quàm de rebus vanis garrientes, templum obambulant. Iudicantur enim hi, vel Miſſæ, vel diuino officio prorſus abfuiſſe: quia in ijs veluti præſentes, nihil pietatis exercuerunt, nec ex ijs vllum ſalutarem fructum, aut effectum conſecuti ſunt.

ANNOTATIO.

(a) Abesse. Aduertendum iura aut leges hic adductas, non quadrare propoſito, neque ex ijs hoc probare Iaſonem, aut Chaſſen. in locis citatis: ſed id ſolummodo, Quod paria ſint, aliquem à principio non extitiſſe (in officio ſcilicet aut alia qualitate) & extitiſſe, ſed non habuiſſe effectum. Et proinde paria etiam ſint, nullum habuiſſe cohæredem, vel habuiſſe eum qui repudiauit, vel excluſus ſit. vt probat & Alexan. ſub nu. 5. Salycet. ſub nu. 9. & Richar. ſub nu. 4. in adducta l. quotiens. idemque Alex. conſi. 58. ſub nu. 4 lib. 3. Viui. deciſ. 34. num. 10. dicemus infra latius, ſub tit. Extare. Cui quidem errori cauſam præbuit compilator ſummarij, ſiue repertorij ipſius Chaſſenei, qui perperam ita tranſtulit æquiparationem hic tranſcriptam. Sed ad rem & exempla de dormiente & ſimilibus hic relata, preſsius facere videtur l. coram. ff. de verb. ſignific. & quæ inibi Alciat. dum nu. 2 in fin. ait, abeſſe videri qui animo non adeſt. & per illum text. reſpondit Menoch. conſi. 550. ſub num. 8. paria eſſe, abeſſe, vel adeſſe, & non intelligere quid agatur.

Item.

A*beſſe vel inhabiliter adeſſe: & prorſus non eſſe, in idem recidunt.* Per tex. in l 1. §. Et quidem. ff. Quod cuiuſquam vniuerſ. nomi. vbi ait: Et quidem non eſſe actorem vel ſindicum, tunc quoque intelligimus, cùm is abſit, aut valetudinē (a) impediatur, aut inhabilis ad agendum adſit, quia qui abeſt, aut qui valetudine impeditus adeſſe nequit, aut qui inhabilis ad agendum adeſt, is perinde eſt ac ſi omnino non eſſet, aut non adeſſet. Atque hanc ſententiam comprobat

bat Andræas Tiraquellus in legib. connubial. & iure maritali. Gloſſa 6. ibidem. *De ſon mari* fol. centeſimo ſeptuageſimo octauo. num. vigeſimo.

ANNOTATIO.

(a) VALETVDINE. Sic etiam infirmitatem & cauſam abſentiæ æquiparari, probat pulchrè Fran. Aretin. conſ. 104. ſub nu. 8. And. Gaill. obſer. lib 1. obſer. 102. ſub n. 4. Menoch. conſi. 99. nu. 51. Alex. poſt alios, ſub nu 56. Dec. ſub num. 70. & Iaſ. adducens effectus aliquos, nu. 77. 78. & 79. in l. 1. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. latè Sfort. Odd. in tract. de in integ. reſtitut. par. 1. q. 11. art. 6. nu 16. 19. & ſeqq. qui ibidem art. 9. ſub nu. 44. & num. 48 poſt Bald. in l 2. §. ſi quis in iudicio. num. 4. ff. ſi quis caution. ſcribit, paupertatem quoque æquiparari morbo; & itidem abſentiæ, poſt eundem Bald. in auth. hoc ita nu. 2. in fin. C. de duobus reis. Sed & grauem infirmitatem morti æquiparari tradit Gaill. vbi ſupra. poſt Roland conſil. 37. nu. 24. lib. 3. qui allegat text. rotundum, in l. iubemus, ſub initio. C. de teſtam. idem Caſtren. conſi. 135. ſub nu. 3. lib 1. Anton. Gomeſ. ad l 3. Taur. ſub num. 110. & 112. latè Cephal. conſil. 546. num. 37. 42. 44. & 48. Quomodo autem huiuſmodi abſentiæ & infirmitati æquiparetur occupatio circa plura negotia, iuxta l. ſi longius. in fin. princ. ff. de iudic. l. licet. ff. de arbit. & c. ſi ægrotans. ibidemque gl. 3. q. 3. docet Odd. d. quæſt. 11. art. 3. ſub nu. 6. & ibid. art. 3. nu. 10. in fin. quomodo iuſti doloris infortunium, iuxta l. interdum. & ibi gl. ff. de iudic.

Aborſus.

A*Borſus procuratus, æquipollet homicidio.* Quod potiſsimum intelligendum eſt, ſi aborſus talis procuretur poſt animam corpori infuſam, aliàs verò ſecus. Non enim is cenſendus eſt homicida, qui qualemcunque aborſum procurat, antequam anima corpori ſit infuſa, quòd is fœtus actu nondum fuerat homo: licet per infuſionem animæ poſtea homo fieri potuiſſet. c. Aliquando & c ſeq & c Moyſes 32. q. 2. & c. Homicidium de pœniten. diſtinct. 1. & plenè dixit D. Albericus in l. Qui in vtero ff. de ſtatu hominum. Ex his itaque paucis colligi poteſt, quòd qui fœtum animatum & qui fœtum non animatum abortiri curant, diuerſimodè puniri debeant. Nam ſi aliquis per aborſum interficiat animatum (a) fœtũ, is ſummo ſupplicio puniri, afficique debet. Si verò nõdum animatum fœtum abortiri curet, diſtinctio tunc habenda eſt iſta. Si is ſit nobilis, tunc parte bonorum amiſſa in inſulam eſt relegandus. Si verò eſt ignobilis, damnatur in metallum. l. Si quis aliquid. §. Qui abortionis. ff. de pœnis. Huic etiam ſatis quadrat, l. 3. §. legis Corneliæ ff. ad l. Cornel. de ſicar. & venefic. Et ibi Hyppolitus de Marſilijs. Hic enim inanimem fœtum aborſum procurans enormiter peccat, & licet homicidium propriè non committat, homicidio tamen, eoque nefandiſsimo proximus eſt. Hanc autem aborſus materiam latius diſcuſsimus in noſtra rerum criminalium Praxi: in editione poſtrema ca. 74. De homicidio per venenum. per totum. paginis 177. 178. 179. 180. 181.

ANNOTATIO.

(a) ANIMATVM. Marſil. in l ſi mulierem. nu. 1. & 2. ff. de ſicar. Sichard. in l. 1. nu 2. C. de poſthum. hæred. inſtit. Marcus deciſ. 951. num 10 lib. 1. Signorol. pleno conſi. 1. præſertim. nu. 15. Iul. Clar. ſententiar. lib. 5. §. fin. quæſt. 68 nu. 2. hanc communem opinionem aſſerens, poſt Blanc. in praxi crimin. §. imbecillitate etiam. nu. 13. exactè Couarruu. in clemen. 1. parte 2. § 3. nu. 1. de homicid. Gomeſ. delictor. cap. 3. nu 32. Tiber. Decianus tract. crimin. lib. 9. cap. 8. nu. 13 & ſequentib. & cap. 18. nu. 7. qui tamen lib. 2. cap. 19. nu. 24. differentiam, quoad hanc

Digitized by Google

pœnam, interius ciuile & Canonicum conſtituit, vt ibi videre eſt. Sed & à communi hac (quã & Dec. conſ. 535. ſub n. 2. dicebat iure probatam non videri, eam tamen verã aſſerente ibidem Molin) diſcedit Menoc. de arbitrar. iudic. lib. 2. caſu 357. nu. 7. exiſtimans pœnam extraordinariam regulariter indicendam, reiecta hac diſtinctione, an fœtus eſſet, vel non eſſet animatus. cuius ſententiæ ſuffragantur multa prius tradita per Blanc. d. §. imbecillitate. num. 34. cũ ſeq. & Cacheran. Oſaſc. deciſ. 60. nu. 5. & ſequent. vbi teſtatur ſenatum Pedemontanũ huiuſmodi mitiorẽ ſententiã amplexũ, mulierem quę ventris doloribus impulſa partum in latrinam dimiſerat, fuſtigandam, & in exilium damnaſſe: maximè tamen ex circunſtantijs ius variantibus; de quibus per eum, & latius etiam Dec. & Menoch. vbi ſup. Viui. pulchrè Neap. deciſ. 82. vbi nu. 10. refert Sixti. 5. conſtitutionem, in hanc ſententiã, anno 1588. promulgatã.

Abſens.

A*Bſens quatenus par ſit cum pupillo vel infante.* Vide infrà, Infans.

Abſentia longa.

A*Bſentia longa æquiparatur morti, (a) eademque cenſetur, quantum ad hæreditatem conſequendam, vel ad beneficia conſequenda, vel ad ſimiles diſpoſitiones eccleſiaſticas obtinendas.* l. Multa in principio. ff. de condit. & demonſtrat. quòd ait eſſe notabile Bald. in l. Mater tua. colum. vltima, num. 18. C. de rei vendic. Iſtud quoque confirmat D. Nicolaus Boerius, 1. parte ſuarum aurearum Deciſionum: quæſtione 88. num. 2. vbi multa non incurritur, ſi hæres ex mandato Titij aliquid facere iuſſus fuiſſet, & is Titius interim mortuus eſſet, vel longo tẽpore abfuiſſet. Sic etiam excuſatur epiſcopus, ſi contuliſſet beneficium alicuius abſentis, qui tam longo tempore abfuiſſet, vt non temerè ignorantiam epiſcopus prætexere poſſet, an is tam diu abſens viuus eſſet, an mortuus. gloſſ. in c. Cùm non oportet primo. de conſecr. diſtinct. 5. & Corſetus. in ſingulari, incipiente Vagabũdus. Nihilominus ſi is abſens tandem reuertatur, non eſt priuandus ſuo beneficio, etiam alteri collato: ſed idipſum abſq; vlla alia collatione aut ſolennitate recipit & recuperat. Rebuf. in ſua Praxi benef. tit. de reprob. benef. viuen. collat. gl. in nu. 11. verſ. excuſatur. Sic quoque capitulum epiſcopo diu abſente omnia poteſt, quę poteſt eodẽ mortuo. Inn. in c. Ad abolendam. in fine gloſſ. magnæ extra de hereticis, facit c. Pręſentata. extra. de teſt. & quòd dicit Io. Andr. in c. Contra vnum. de offic. delega. in 6. Card. in Clem. 1. 18. q. in fine, de offic. vicar. Sed hæc quidem vera ſunt, & ſolummodo locum habent, quando ratio abſentię & mortis ęquiparatur, & nõ quando rationis incidit diuerſitas: qualis accidit in coniugio, in quo ob diuturnam mariti abſentiam vxor nõ poteſt prætexere mortem mariti, & ob id ſtatim alteri nubere, (b) ſed requiritur vt de abſentis mariti morte certa teſtimonia proferat: Nam tunc demum à lege mariti ſoluta habetur, & alteri tũc nubere in Domino poteſt. teſte Paulo. 1. Cor. 7. Et vt habet ca. In præſentia. de ſponſal. Vide D. Franciſcum Mingnon in conſuetudines Aurelianenſes. folio 149. artic. 269. titul. *Des ſucceſsions.*

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARATVR. Menoch. conſil. 52. num. 76. Rebuf. ad l. mulieris appellatione. §. res abeſſe. ver. item longè. ff. de verbor. ſignific. & conſil. 112. verſ. prætereà ex alio. Magon. Luc. deciſ. 44. num. 11. in fin. Gaill. lib. 1. obſeruat. 102. ſub nu. 4. Plura huc ſpectantia dicentur

dicentur inferius titul. teſtatoris mors dubia.

(b) NVBERE. Rebuf.conſ.138.ad fin.Pariſ.conſ.57.nu.16.lib.4.Chepal.conſ.647.n.4. Viui.deciſ.243.nu.14.late Roland.conſ.93.lib.3, Gomeſ.ad l.80.Taur.nu.31.Magon.d.deciſ.44.nu.14.cum ſeq.Maſcard.de probat.lib.2.concluſ.1073.num.2.cum ſeqq.

Accuſatio ſacerdotis.

ACcuſatio, teſtimonium, & eccleſiaſticus ordo pari (a) ratione procedũt: ſic vt quicunque non admittitur ad vnũ, nec is admittatur ad reliquum. ca. Beati. in fine ibi. Quicunque ſacerdotes nõ ſunt, vel eſſe ſacerdotes non poſſunt: hi contra ſacerdotem nec accuſationem, nec teſtificationem (b) vllam proferre poſſunt: nec contra. (c) Sic D. Paulus apoſtolus Timotheum inſtruit, ne aduerſus presbyterum accuſationem vllam recipiat: niſi ſub duobus aut tribus teſtibus. 1. Timo. 5. c. Et apoſtolorum ſucceſſores ſtatuerunt, ne ſacerdotes domini aliquos accuſarent, & ne contra eos teſtimoniũ ferrent, qui ſui ordinis non eſſent, aut eſſe non poſſent. c. Ipſi Apoſtoli. & ibi gloſ. in verbo. Nec eſſe. ca. Teſtes. in principio, & c. Præſumunt. cum gloſſa. in verbo. Teſtimonium. 2. q 7.

ANNOTATIO.

(a) PARI. Specul. tit. de accuſatione §. tertio videndum num. 14. Anchoran. conſ. 415. fere per totum, cum conſ. ſeq. Sic & Salicet. in l. 1. ſub num. 3. C. qui accuſ. non poſſ. teſtificari & accuſare parificari ſcribit, per l. qui cum natu maior, §. ſed ſi non accenſuit. ff de bon. libert. dum ex communi aliorum ibidem ſententia tradit, poſſe minorem vigintiquinque, maiorem tamen viginti annis accuſare. vt & hanc communem probat Iulius Clar. ſentent. lib. 5. § fin. quæſt. 14. ſub num. 7. Soarez recep. ſent. theſaur. in lit. m. n. 163. communẽque fatetur, licet aliter ſentiens, poſt enumeratas circa id quatuor opiniones. Decian. tract. cri. li. 3. cap. 12. ſub num. 11. & nu. ſequentib. Verùm dum Salicet. diſputationis (vt ait) cauſa, contrarium ſuſtinet, aſſerit ſub nu. 5. quoad quid iſta æquipararij; adhibita diſtinctione quadam: cuius contrariam, hac in re, tradit Decian. d. lib. 3. cap. 26. nu. 3. in effectu talem: vt non valeat argumentum negatiuè ſic conceptum; non poteſt eſſe teſtis, ergo neque accuſare: quia maius præiudicium vertitur accuſati, quod quis admittatur cõtra eum, in teſtem, quã in accuſatorẽ: quum per teſtis dictum condemnari poſſit, accuſatoris non æquè. vt id voluit & gloſſ. vlt. in cap. cum in tua, qui matr. accuſ. poſſ. licet enim (inquit Decianus) multi prohibeantur teſtimonium dicere, qui pariter & accuſare prohibentur, tamen hoc non eſt perpetuum, neque ex vi conſcientiæ æquiparationis teſtis & accuſatoris, ſed quia in alijs non poteſt dari ratio diuerſitatis. Affirmatiuè autem, ſecundùm Decianum, procedit argumentum hoc modo: poteſt in cauſa criminali teſtimonium ferre, ergo & accuſare. Et in hoc exiſtimo Salicetum loqui aduerſus textum in adducto capit. teſtes, dum ſcribitur in hæc verba: *At quicunque ad teſtificandum in aliquem vel ad arguendum admittuntur: ad accuſandum admitti poſſunt.* Minus enim præiudicium (vt ait Decianus) vertitur in accuſando, quàm in teſtificando: proceditque argumentum de maiori ad minus affirmatiuè, non etiam negatiuè, vt ille ibidem latius, & ideo videmus (ſubdit) plures ad accuſandum admitti, qui prohibentur teſtimonium dicere. quod probat & gloſ. in cap. licet Hely. in verbo, diſtinguendum. de ſimon. videnturque hanc diſtinctionem, ſecundùm Decianum, ſequi omnes, in dict. cap. licet Hely. & in cap. primo. de accuſat. vbi Marian. numer. vndecimo. Illud hic congruenter aſſcribendnm duxi, quod cum loco accuſatoris ſuccedat iudex inquirens, eiuſdem cenſeatur naturę, vt probat Bartolus, in extrauaganti ad reprimendum. in verbo, per inquiſit. Idemque in l. 2. §. ſi publico,

Digitized by Google

publico.nu.12.ff.de adulter. & in l.querela. ſub nu.2. ibidemque Saſic.ſub num. 3. C.de falſ. Bald.in l obſeruare.§.proficiſci.ſub nu 5.in fin.ff.de offic proconſ. Sichar.in l.properandum §.1.ſub nu.4.C.de iudic. Marſil.(vno caſu hoc limitans)in praxi crimin.§.conſtante.nu.82. Balb.tract.præſcription 4.parte 4 partis princ.quæſt.2.ſub nu.2.& 3.Marc quæſt.890.num. 12.lib.1.& q.559.lib.2.in nouis.Alex.conſi.64.nu.3.lib.1.Cephal.conſi.304.num.171.Oſaſc. deciſ.71.nu.48.& deciſ.149.nu.8.& conſi.64.ſub nu.18.latè Decian.conſi.4.nu.4.lib.3.& in tract.crim.lib.3.cap.25.nu.60.cap.37.ſub nu 2 & c.30.nu.5.(vbi fallit,vt & apud Menoch. de arb.iud.caſu 594.) Boer. deciſ. 26.nu.2.3.& 4.vbi poſt Alex. vbi ſupra,alioſque,addit, omnes exceptiones quæ opponuntur contra accuſatorem , poſſe opponi contra iudicem inquirentem.quod probat & Oſaſc.d.deciſ.71.nu.49.Dec ad c. in nomine.num.40.de teſtib. poſt Bart.in d.§ ſi publico.n.14.vbi,duabus limitationibus adiectis,ſubdit,inquirenti,perinde atque accuſatori vel teſti, poſſe obijci quod ſit inimicus.qua de re exactiſſ. Decian.d conſ. 4.ſub nu.4.cum nu.ſeq.& d.c.25.nu 1.cum ſeqq.accedit Thom. Triuiſa.deciſ.10 nu.19.cum ſeqq.lib.2.Cæterùm hactenus dicta de iudice inquirente, intelligenda puto, quando non habet,ad inquiſitionem proſequendam,promotorem;de quo per Innocent.in ca.cùm olim.ſub nu.3.de teſtib. Bald.in c.1.§.iniuria.ſub nu. 14.de pac.iuram.firmand.in vſ.feudor.Marc.d. q.559.ſub nu.2.Clar.latè in d.§.fin.q.10.nu.3. Nam alioqui,vt ibidem nu.4.ait Clar. promotor iſte,ſeu officialis fiſcalis,eſt loco partis.& de generali conſuetudine,in quocunque crimine,regulariter fiſcus efficitur accuſator,vt in d §.fin.quæſt.3.ſub.num.6. poſt alios probat Clar.Boer.deciſ 86 num.3. Burſat.conſil.69 in princip.

(b) Testificationem. Exactè Maſcard.de probat.concluſ.964.

(c) Nec contra. quando laicum clerici accuſare poſsint vel econtra, tractat Clar. d q.14.nu .3.pleniſſ.Decian. d.lib.3.c 10.& conſi.63.lib 3.

Actio inualida.

Non habere actionem, & habere actionem prorſus inutilem, aut prorſus inefficacem: paria (a) ſunt.* c.Ad aures. & ibi Pano.n.5. ad finem. extra de præſcriptionib.Argu.cap.2.extra, de tranſlation.epiſcop. Vbi ſic dicitur: Paria ſunt. Non habere actionem , & habere quidem actionem, ſed eam quæ exceptione præſcriptionis elidi atque ſubuerti poſſit. Quocirca ſicut iudex poteſt (b) repellere illum , cui nulla competit actio: ita & illum reijcere poteſt,cui actio competit,ſed inefficax: (c) ſecundum Felin. ibi verſic. Stantibus iſtis. & qui agit (d) ad debitum in diem (e) nondum adueniente illo die,ob id ſuccumbit (f) quia paria ſunt,non habere actionem , & non paria ſunt,non habere actionem, & non poſſe agere efficaciter. Vnde qui ante diem inefficaciter agere cœpit , is adueniente,eodem die denuo agere poterit l. Grege. §.Si ſub conditione.& ibi docto. ff de pign.l.bouem. §. fin. ff. de ædil. edict. & l.Si mater. §. eandem. verſi. Et ideo. ff.de except. rei iudic. Accurſ. in l. 1 ff.Si menſ. falſ mod. dixer. l. Sed & ſi pupillus. §.Si inſtitoria & ibi gloſſa Bal. Alber.& Salyc.ff de inſtito. & in l. Bebius.ff. de pact.dotali.

ANNOTATIO.

(a) Paria. Caſtrenſ.ſub nu.5. Alex.ſub nu.3.ad l. ſi duo. §.ſi quis iurauerit. ff. de iureiur. Angel.conſi.53.ſub nu.1.Gaill.lib.2.obſeruat.17.ſub nu.4. adde text.elegantem,in l.1. § proinde.ff.ne vis fiat ei.

(b) Poteſt. Felin.in c.exceptionem, ſub nu.2.de except.Dec.in c.adhæc.3 nu.3. de appellat.

de appellat. Alex. conſi.166.nu.4.lib.6. Euerard.conſil.219.nu.2. Oſaſ.deciſ.130. ſub num 3. Imò debet repellere, vt voluit Roman.conſ.42, num.4.ibidemque Mandoſ. Gaill. d. obſ.17. ſub num.3. Grauet conſ. 191. ſub num.1. Tiraquell.in repetit.l.ſi vnquam in verb. reuertatur.num 345. C. de reuoc donat. Viuius deciſ.39, num.4. & poſt Challen. conſ. 63. nu.26. & ſequentib. aliosque exactiſſ. Menoch. de arbitrar. iudic. lib.1, quæſt.16, ſub num.3. qui tamen, poſt alios quoſdam, hoc ita demum recipit, ſi reus ipſe ignorat ſine actione experiri actorem, ſecus ſi ſciens non opponeret, quod & ante eum probauerat Felin. in d. cap. exceptionem, ſub num. 5.

(c) INEFFICAX. Regulariter iudex ex officio non repellit agentem, reo non petente, ſi ope exceptionis tantùm, & nō ipſo iure tollitur actio, vt communem ait Balb. de præſcript. parte prima quæſt.3. ſub nu 2. Tiraq. d. nu.345. poſt Bald. conſi.62. in 2 concl. lib.4. Caſtrenſ. nu.4. Iaſ. nu.2 in l. ei qui ſe. ff. de acquir. hæred. & alios. VVeſembec. conſi.14. nu 63. Verùm cùm Panormitanus, ex illo textu, in adducto c. ad aures poſt Butr. colligeret, iudicem ex officio, poſſe repellere agentem cui obſtat præſcriptio: & nihilominus admitteret Panormitanus præſcriptionem ope tantùm exceptionis elidere actionem: (id quod probat & Mynſing. conſi.41. nu 19.) Inferebat Feli. ibidem, ex hoc dicto Panormitani præſens axioma, vt iudex poſſit repellere nedum illum cui nulla competit actio, ſed & illum cui competit inefficax. Vt hinc appareat quàm non ſit ſolidum omninò hoc illatum axioma, aduerſus illam regulam (licet illud etiam approbet apoſtillat. ad Dec. in cap. ex inſinuatione. ad fin. de appell.) Nam & Guido deciſ.221. ex ſententia curiæ ſuæ aſſerit, iudicem ex officio non poſſe repellere agentem contra quem eſt præſcriptum: quemadmodum & Boer. deciſ.344. ad hoc multa congerẽs, & communem aſſerens ibidem ſub nu.8. Surd. deciſ.24 nu.1, cum ſeqq. Quanquam Mynſing. obſeruat.28, centur.3. in Camera Imperial. contra deciſum tradat. idemque teneat conſil.31. num.10. cum ſequen.

(d) AGIT. Viui. deciſ.41. nu.2. latè Beroius deciſ. 295. Alex. conſ.95. lib.1. vbi nu.3. idem reſpondet quando quis ante diem petit declarari actionem ſibi, in termino conuento, competere: aſſerens id idem eſſe, ac ſi ita peteret reum condemnari (vt id voluit & Iaſ. in § omnium. nu. 134. inſtit. de action. Dec. in l petens. ſub nu 4. C. de pact. Maran. de ord. iudic. in 3. part. 6 partis iudic. ſuper 1. actu nu.124.) at ius de futuro non poſſe reo opponente, in iudicium deduci. eumque ſequitur Cagnol. in l. in omnibus obligationibus, nu. 16. ff. de regul. iur. ſed diſcedit ab eorum ſententia, ex præiudicio ſenatus ſui, poſt alios cõmemoratos, Oſaſ. iuſta deciſ.130. & poſt Burſ. conſi.84. nu.3. Surd deciſ.151. nu.7. & ſub nu.11. quemadmodum & in dubitabilioribus terminis aliud confirmat latè Rod. Suar. allegat. 4. reclamante tamen Pinel. ad l.1. part.3. nu.78. C. de bon. mater. videatur etiam Franc. R ip. in l. ita ſtipulatus. num. 83. ff. de verb. oblig. Viui. iuſta deciſ.403. & deciſ.463. nu.3. cum ſeqq.

(e) IN DIEM. Idem ſi ſub conditione debitum ſit, l. certi condictio. ff. ſi certum petat. Nam qui temporalem exceptionem timet, ſimilis eſt conditionali creditori, vt habet text. in l. creditor autem. ff. de verbor. ſignif. vbi poſt Alciat. latè Rebuff. ad fin. ſimilitudinem iſtam alio quoque exemplo commonſtrans, quod ſicut conditionalis debitor, ex iuſta cauſa, cauere compellitur, ita & debitor in diem. de quo latius Afflict. deciſ.108. Roman. ſingul.640. Caccialup. tract. de debitor. ſuſpect. quæſt.3. Peck. de iure ſiſtendi. cap.4. ſub n.7. Gomeſ. de contract. c 3. ſub nu.6. Surd. d. deciſ.151 ſub nu.11. Viui. d. deciſ.403. num.15, cum ſeqq. & d. deciſ. 463. nu 6 Quanquam verò ſic idem iudicemus de debito vel credito in diem, quod de debito vel credito ſub conditione, vt poſt Decian conſil.2. num.147 lib.1. tradit, & Cephal, conſil. 626. num.44. in multis tamen differunt, vt per Rebuff. vbi ſupra. & in l. creditores præſertim in verſ. vltimo dicit gl. d. tit. de verb. ſignif. & in textu l. ſtipulatio iſta. §. inter incertam. ibidemque gl. & DD. ff. de verbor. oblig.

(f) SVC-

Digitized by Google

(f) Svccvmbit. Etiam reo non opponente, dummodò ex actis conſtet obligationem eſſe in diem, vt voluit Alex. d. conſ. 95. ſub num. 3. Peck. vbi ſupra, latè Suares in repetit. l. poſt rem. ff. de re iudic. in 7. limitat. ad l. reg. Alij tamen hoc caſu tradunt, reum condemnandum, vt ſoluat adueniente die, vt per Afflict. deciſ. 279. ſub num. 3. id quod in die certa ſi adijciatur in ipſo contractu, vel incontinenti poſt, aliter atque ſi ex interuallo, vel in die incerta, quæ conditioni æquiparatur, comprobat latiſſ. Gomeſ. de contr. cap. 11. num. 24. & ſequent.

Actio repulſa.

A*ctionem ipſo iure nõ competere, & actionem iure competere, ſed exceptione repelli, effectu inter ſe nihil differunt: ideoque & paria* (a) *eſſe, quò ad effectũ cenſentur.* l. Nihil intereſt. ff. de reg. iur. vbi ſic Paulus I. C. Nihil intereſt an ipſo iure aliquis actionem non habeat, an eius actio per exceptionem infirmetur. Cui regulæ ſiue legi conformis eſt regula ſiue lex. Non videtur cœpiſſe. ff. eod. titu. de reg. iur. Et ad hanc facit alia regula, quæ habetur in l. Si quis obligatione. §. Non poteſt videri cœpiſſe, qui ſtipulatus poteſt exceptione ſubmoueri. ff. eo. titu. Specu. in. §. Nunc videndum. fol. lib. mei. 63 colum. 2 nu. 19 titul. de except. & replicat. Et per hæc confirmatur, quod notat Barto. in l. Quod ſi maritus. §. Si quis autem ff. de conſt. pecul. vbi dicit: nõ deberi illud, quod perpetua (b) exceptione defendi poteſt. Facit ad hęc quoque. text. in l. Debitor. & in l. Creditor. ff. de verb. ſignific. Et latius D. Decius, in d. l. Non videtur cœpiſſe. quem per occaſionem videte. Sed hæc quoque ad titulum, *Exceptio*, referri poſſunt.

ANNOTATIO.

(a) Paria; Thom Triuiſan. deciſ. 60. num. 1. lib. 2. latius infra tit. nullus & inefficax.
(b) Perpetva. VVeſenbec. conſ. 14. nu. 72.

Actio ex Contractu.

A*ctionem oriri ex contractu, & actionem oriri ex pacto quod ineſt: aut ineſſe cenſetur contractui, æquipollit:* quod claro exemplo ita declarari poterit. Si vendo tibi fundum precio centum, ex mea venditione tibi datur actio ex vendito ad fundum, & ex tua emptione mihi datur actio ad precium, & vtraque harum actionum oritur ex contractu eodem. Verum ſi adijciatur tale pactum: Ego vendo tibi agrum meum precio cẽtum, vt tu vadas pro me Brugas, ex illo pacto, ſiue ex illa adiecta particula pacti, naſcitur mihi actio ad contractum, & ad pactum, (a) id eſt, ad poſcendum preciũ & itionem ad Brugas. Hæc autem latius & plenius explicantur apud D. Ioannem Bapt. Caccialupum, in ſuo notabili tractatu, De pactis. folio libr. mei 215. colum. 4. num. 23. vbi multa quæ huic loco accommodari poſſent, citat cum exẽplis (vt inquit) ſatis craſsis & luculentis: quę compendij gratia his inſerere nolui, ſed ad ea quando vacabit, lectorem remitto.

ANNOTAT.

(a) Pactvm. pacta enim atque onera in venditione, precij partem conſtituunt, Rebuff. ad conſtitut. regias, tit. de reſciſsion. contract. art. 1. gl. 15. num. 17. Tiraquel. de retract. conuent. in præfat. num. 21. & 22. & §. 1. gl. 1. nu. 2. vbi & in ſeqq. ad rem latius. Couarr. varia. reſolut. lib. 3. cap. 10. num. 1. Menoch conſ. 1. num. 449. & 471. Burſat. conſ. 204. num. 8. & ſequentib. Cephal. conſ. 261. num. 8. cum ſeq. & conſ. 496. num. 43. Surd. deciſ. 255. ſub n. 10. Valar.

Digitized by Google

Vallar. Luc. deciſ. 81. verſ. imò poſſet. Pinel. ad Rubr. C. de reſcind. vendit. parte. 2. cap. 2. num. 29. cum ſeq. Qualiter etiam huiuſmodi pacta informent contractum & actionem, declarat Zaſ. poſt alios, in l. lecta. num. 2. & 33. cum ſeq. ff. ſi cert. petat. Iaſ. in l. iuriſgentium. § quinimo, ſub num. 2. & 3. Garc. num. 7. & ſeqq. ff. de pact. Decius in l. petens C. de pact. Mynſinger. conſ. 31. nu. 3. cum ſeq. & conſ. 77. nu. 22. extendit & reſtringit Dec. in l. in bonæ fidei C. de pact. ibidemque pulchrè Alc.

Actio ex ſententia.

(b) COMPARATVR. Maſcard. de probat. concluſ. 1421. ſiue vltim. nu. 9. Gomeſ. variar. reſolut. tom. 2. c. 14. ſub num. 28. reclamante tamen ibidem Soarez in lit. h. Sed quatenus comparetur ebrius furioſo, dementi, infanti, ignoranti, ac dormienti, diſcernit poſt Angel. tract. de malefic. verb. ſcienter & doloſè, quæſt penult, num. 17. Marſil. ad l. 1. num. 63. ff. ad l. Cornel. de ſicar. & Carer. in praxi crim. tit. de homicid § circa 4. nu. 22. latè Royzius deciſ. Lituan. 4. num. 342 & ſeq. accedit Ioannes Picardus conſi. 58. præſertim num 4 lib. 2. Gail. d. obſeru. 110. ex num. 24. vſque ad 30. cuius eleganti hac in re diſtinctioni congruit & Decian. tract. crim lib. 6. cap. 5. num. 8. & lib 7. cap 49. num. 11. latius etiam de his Tiraquell. de pœn. temp. cauſa. 6. Couarr. ad clement. 1. in initio partis 3. num. 3. de homicid. Anton. Gomeſ. variar. reſolut. lib. 3. cap. 1. num. 73 Clar. d. q. 60. num. 12. Menoch. d. lib 2. caſu 326. per totum. Maſcard. de probat. concl. 579. præſertim num. 3. & concluſ. 1358. num. 9. Duenn. ſub reg. 259. verſ. amplia 4. Mauric. in tract. de reſtit. in integr. c. 394. aſſerens hac ratione, ex ſententia ſenatus Dolani, maiorem ebrioſè conſentientem reſtitutum eſſe. Et ebrios perinde ac furioſos dilucida interualla habentes, in integrum reſtitui, tradit Odd. in eodem tractat. de reſtitut. in integr. part. 1. quæſt. 11. art. 1 ſub num. 2. Neque tenere promiſſionem ſiue contractum ebrij, ſcribit Chaſſen ad conſuet Burgund. tit. 1. *des iuſtic.* §. 4. ſub num. 53. Maſcard. d conclu. 579. nu. 2. declarat latè Dec. conſi. 212 ſub initio, & nu. 1. Verùm Viui. deciſ. 105. nu. 2 ex ſententia gloſſ. final. in l dolum. C. de dol. mal aliorumque commemoratorum, aſſerit, valere ipſo iure contractum ab ebrio ſeu vinolento initum, licet actione de dolo reſcindatur.

Annus.

Annus.

ANnus in inſtrumento non eſt expreſſus. Vide infra. Inſtrumentum.

non Apparens.

DE non apparentibus, & de non exiſtentibus, idem in iure eſt iudicium l. In lege. ff. de contrahenda empt. Similiter idem eſt iudicium, de his, quæ non ſunt, & de his quæ non apparent, d. l. In lege, quę dicit neminem nec vendere, nec ad poſſeſsionem accipere poſſe, quòd in rerum natura, aut non eſt, aut non apparet. Atque hinc dicit Lapidicinas nullas eſſe, niſi quæ aut apparent, aut quæ actu exciduntur, vel effodiuntur. Si quis enim ſecus de occultis, & non manifeſtis aſtruere vellet, is eadem opera, ſed cæcè, totum fundum lapidicinam aſtruere, & pro lapidicina vendere poſſet. ſi vel in vlla fundi parte lapis appareret, iuxta gloſſa in verb. Quod non ſit. Vbi notat huiuſmodi pacta referri ad ea quæ apparent, & non ad futura aut occulta, quæ apparere poterunt, allegans ad hoc nonnullas alias leges, quas ibidem videre licet. Vnde non eſſe, & non apparere non immeritò paria (a) eſſe diximus. Quod tamen locum non habet in rebus incorporeis, & diuinis, quæ quanuis omnino non apparent, eadem tamen non eſſe nemo vnquam cenſuerit, qualia ſunt anima, Deus, ſpiritus, virtutes cœleſtes, & cum his omnia ea quæ ſunt fidei, & ſpei. Quare quæcunque credimus, aut ſperamus, eadem extant, ſed ſenſibus noſtris non vſqueadeo apparent, quod in ijs ſenſus noſtri, & humana ratio citiſsimè fallantur, vt de iam dictis fide, & ſpe. Item de trinitate, & vnitatate & de reali exiſtentia corporis Chriſti in Euchariſtia, de inferno, vel de loco damnatorum, de Paradiſo vel loco beatorum clariſsimè patet. Atque hinc eſt, quòd Paulus, loquēs de fide ait, quòd ſit ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium, ad Hebræos. 11. cap. Nihilominus ſi apparentia pro his, quæ vel intellectui, vel certis ſcripturarum teſtimonijs, vel per propriam cōfeſsionem fidei nobis apparent, vel manifeſta ſunt. hoc ſenſu etiam quæ religionis ſunt ac fidei, nobis longe certius apparere debent, quam quæ ſenſibus noſtris apparere videntur. Senſus enim noſtri cito falluntur. ſed quæ Dei omnipotentis eloquio (qui nec fallit, nec falli poteſt) enunciata ſunt, quæque diuinis ſcripturis, ſignis, & miraculis diuinis) nō dico præſtigijs) comprobata ſunt, ea nobis debent eſſe indubitatiſsima, & certius exiſtere, quam quæ ſenſibus obiecta ſunt. Atque, hoc eſt, quod Paulus ſcribens ad Hebręos. cap. 2. de certitudine veritatis euangelicæ dicit. Quæ ſalus noſtra (ſcilicet fides euangelica) cum initium accepiſſet enarrandi per Dominum ab eis qui audierunt, in nos confirmata eſt, conteſtante Deo ſignis, & portentis, ac varijs virtutibus, & Spiritusſancti diſtributionibus. Huic quoque conforme eſt illud Marci vltimo ca. vbi loquitur, de ſignis fidem prædicatam confirmantibus. Illi (inquit) abierunt, & prædicauerunt vbique Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. De his ſuperioribus vide etiam infra. ſub capite, Non eſſe, & eſſe, ſed non apparere.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Alex, conſ. 127. num. 18. lib. 4. & conſ. 181. num. 1 lib. 6. Corn, conſil. 1. num.

Digitized by Google

num.5.lib.1.conſil.161.num.8.lib.2 Mynſing.conſ 4.ſub num.22.conſ.12.nu.12.conſil.30.nu.10.conſ.59 num 37.Chaſſen.conſ.52.num.11.Cephal. conſil.263.nu.25. & conſ.674.num. 2. Magon.Luc.decil 3.num.1.VVeſembec.conſ.14.nu.47.& conſil.26.ſub num. 40.verſ. ſubſequenter videamus.latè Viui.deciſ.34.num.1.Crauet.reſpon.1. pro genero.num.123.143. & 151. & conſi.375 num 1.& de antiquit.temp.parte 1.cap.viſo de verbis. ſub nu.35. Menoch. præſ. 45.ſub num.4.lib.2.Nam vt ait idem Crauet.conſi.182.ſub num.5.conſi.388.ſub num.2.& de antiq.tempor.4 particula 4.partis principal.nu. 122 Menoch.conſ.15.num.13.poſt Anchora. conſ 302.col.fin.quæ non apparent non præſumuntur.

Appellatio, Appellare.

APpellare, & ſententiam recuſare ſunt paria, (a) aut æquiparantur. teſtante glo.in verbo, Videatur, in fin. in c 2 de conſuetud.lib.6. Quia ſicut in appellatione requiritur appellandi cauſſa rationabilis, ita & in recuſatione. Vnde D Paulus iuſtè recuſauit iudiciũ, & ſententiam Præſidis Feſti, coram Iudæis, & ad Cæſarem appellauit. Actuum 25.cap. Item ſicut appellatio ex debita cauſſa cõceditur, ſic & ſententiæ recuſatio.cap.ſuper eo. 2. iuncta gloſſa, in verbo, Sicut appellationi, extra de appellat. Quod tamen nequaquam verum eſt per omnia, vti recitari ſolet in d. cap. ſuper eo. 2. vbi videte.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Roman.conſil.220, in 2.quæſt.verſ.2.quia recuſatio.Alexand.conſ 39.ſub num.2.4.& 8.lib.1. Burſat.conſ.21.num.31. Triuiſan.deciſ.51.nu.3.lib.1. Menoch.de arbitrar.iudic.cẽtur.5.caſu 458.ſub num.37.addens non dicendum, cum Abb. & Dec.in adducto cap. ſuper eo.recuſationem non æquiparari appellationi in omnibus, quia imò verius ſit negatiuè æquiparari, argumento ducto à fortiori: ſi appellari non poteſt à ſententia iam lata, quia vnus contendentium iam condemnatus eſt, & qui læſum ſe aſſerit: ergò à fortiori non debet admitti recuſatio, quum adhuc de grauamine non conſtet. hæc ille. Verùm Molin. & Gigas in annotat.ad Dec in d.c.ſuper eo.cum Panorm.alijſque contra Dec. ibidem, ſuſtinent, remota appellatione recuſationem tamen admitti: & in illo textu æquiparationẽ fieri, ſolùm in cauſis Eccleſiaſticis.quod & aduerſus prioris pro eadem parte conſulentis ſententiam, pro commodo aduerſarij, ingenuè admittit, & latius etiam confirmat Cantiuncul. conſ. 10. ſub num. 10. & ſequentib. Cæterum æquiparationem procedere, quoad iuriſdictionem iudicis ſuſpendendam (quo caſu Roman. & Alex. vbi ſupra loquuntur) indubitatum eſt, & commune probat Soarez recept. ſent.theſ.in lit. R. num. 19. quum & poſt legitimam recuſationem proceſſus vlterior ipſo iure nullus ſit, vt poſt Bart. in l.quia poterat num.3.ff.ad Trebell. alioſque, tenet Caſtrenſ. conſ. 231.num.2. lib. 1. Maranta de ordine iudic. parte 4. diſtinct. 16. num. 4. & parte 6. ſub tit.de appell.num.24. Natta conſ. 167. ſub nu 12. Neuiz. conſ. 36. in 1. dubio, lib.1 Ripa reſponſ. 3. tit. de reſcript. in antiquis. Triuiſ. d. deci. 51. num 1. Rebuff. latè ad conſtitut. reg.tomo 3.tit.de recuſat.artic.6.num.1. & ſequentib. & poſt Anchor. in c. iudex, num.3.de offic.delegat. in 6. Dec.conſ. 175.ſub num.2 alioſque copioſè Vant.tract. de nullitat. proceſſ. tit.de nullit. ſententiæ ex defectu iuriſd. ordinar. num. 140. hanc communem aſſerens, vt & Gabriel.receptar. ſentent.lib.1. reg.5.ſub tit.de iudic. Burſat. d.conſ. 21. nu. 21. Puteus deciſ. 370. lib.1.aliud tamen iure canonum aſſerens ex ſententia ſenatus ſui. accedunt Molinæ.& Gigas ad Dec. in c cum ſpeciali num.29. de appellat. licet ibidem Dec. ſub num.33.latius diſtinguat, vt & Bald. conſ.472.num.5 lib.1.alijque copioſè relati ab Oſaſco deciſ. 84. num.2. & ſub num 5. Et in hunc effectum æquiparari appellationem, recuſationem & relationem tradit Lapus alleg.1. ſub initio, Caſtr. conſ. 121.num. 7, lib. 2.& poſt Bald. in

 l.ſi quan-

l.ſi quando.nu.2.C. de relat. alioſque Vant. qui ſupra, ſub num. 143. & ſeq. latius id explicans,& poſt eum alioſque Magon. Luc.deciſ.32.num.4. latè ex ſententia ſenatus ſui, Oſaſc. d.deciſ.84.ſub num.10.& num.12.cum ſeq. docetque Vant.ibidem num. 145. quòad hæc etiam appellationem & conſultationem pari paſſu ambulare. quod voluit & Marant. d. tit. de appellat. num. 10.

Sic item ſupplicatio (quæ reuiſionis actorum inſtar eſt,vt ait Gaill.lib.1.obſeruat. 154.ſub num.3.& tractat.latè Valaſc.in Luſitan.deciſ.51. præſertim num.57.) appellationi æquiparatur,vt tradit Ferrar.Montan. in comment.de appel. lib.4.cap. 1. verſ. vtroque autem. Niſi in caſibus, in quibus expreſſæ differentiæ ſcriptæ inueniuntur, vt poſt Imol conſ. 146. ſub num.3.& 12. verſ.ſi autem iteratio, probat Capyc.deciſ. 28. nu. 11. Roland. pleno conſ. 94. lib.1. dum poſt Marſil.in praxi crim.§.oportunè num.65. Boër. deciſ.147 ſub num. 9. alioſque,hinc colligit,inſtantiam ſupplicationis regulari ſecundum inſtantiam cauſæ appellationis (vt in hoc etiam æquiparari iſta ſcribit Marc.deciſ.143. ſub num. 7. in nouis Burſat. conſ. 291. num.43. ſentitque Valaſc. d.deciſ 51.num.39.ad fin. & poſt Menoch. de arb. iud. lib. 1. quæſt.70.num.26. Ludouic. Luc.deciſ.59.num. 5.) item quod in cauſa ſupplicationis,perinde ac appellationis,iuxta l. per hanc C.de tempor. appell. admittantur de nouo, non deducta & non probata; poſt Imol.d.conſ.146. d.verſ. ſi autem iteratio, Marſ.d. §. oportunè num.53. & ad l.1.num. 162. C.de rapt.virg. alioſque recenſitos: atteſtatus hanc partem in concilio Montisferrati vidiſſe ſemper ſeruari: verùm partem contrariam tenet Gaill.d.obſer. 154.num.2, & de arreſt.Imp.cap.12.ſub num.5. Papon in arreſtis Galliæ lib. 19. tit. 8. arreſt. 4.& poſt Rebuff.ad conſtitut. regias,tomo 1.tract.de ſupplicat. ſeu error. propoſit.in præfat. num.80.Elbert. Leon.cent.1. conſ. 65.nu. 2. qui conſ.12.nu.6.priori parti ſe conformat, quando facto iudicum in priore inſtantia probationes non fuerunt admiſſæ. ſed hi ex peculiari vſu forenſi magis quàm iuris ratione loqui videntur. Eandem quippè æquiparationem tradit Papon. qui ſupra,arreſt.5.& Reb.in d.præf.ſub num. 89. vbi ex num. 84. vſque ad 95. poſt enumeratas hac in re 11. differentias,addit alioquin extrà differentias à iure ſcriptas, ſtatuta,in appellationis cauſa obtinere, & in ſupplicationis, vt apud eum latius. Differentias etiam huiuſmodi enumerat Imol.in c.ex literis. ad gl.in ver.ſupplicauit.de in integ.reſt. Iaſ. in l.ſi quis aduerſus. num.2.C.de prec.Imp. offer. Bonon. deci.78. Marant. de ordin. iudic. parte 6.tit.de appell.ex num.15.vſque ad 23. qui ibidem ſub num. 14. hac in re commendat regulam,traditam à Iaſ.in Anthent.quæ ſupplicatio num.6.C. de prec. Imp. offer. quòd vbi quis prohibetur appellare ob excelſam Iudicis dignitatem,adeoque in priuilegium ſententiæ latæ,poſsit nihilominus ſupplicare: non etiam quando de iure communi excluderetur appellatio.probat latiſſ. Roland. conſ. 54. in 1.dubio,præſertim ſub num.15.lib. 2. poſt Marſ. d. §. oportunè num.68.Pariſ.conſ. 54.nu.39.lib.3.alioſque commemoratos. Decian.conſ.47 nu. 9. & ſub nu. 28.lib 1. Vincent.deciſ 148.num.3.& 4.Valaſc. vbi ſupra ſub nu. 40. dicens magis receptam hanc reſolutionem. Videatur tamen Imol.conſ 145. ſub num.5.& num.ſeq. Dec. in l.fin. num.49. 50.& 51. Cod.de edict. D. Hadrian. tollend. Reb. in d. præfat. num. 61. & ſequentib.

Appellare Fruſtra, indebitè.

APpellare fruſtra, (a) ſiue temere, & non appellare, paria ſunt. c.non ſolum,& c.Romana.de appella.lib. 6. Vbi dicitur, quod ſicut Iudex, qui de cauſa cognouit,& de cauſa iudicat, ſuam ſententiam exequitur, ſi ab eadem appellatum nō fuerit: ita quoq; facit quando appellationem comperit eſſe temerariam,& in iure non eſſe fundatam,ſed ad ſolam contumaciæ notam euadendam, & ad

Digitized by Google

& ad ſuam nequitiam tegendam ſolummodo eſſe aſſumptam. Quare nō immeritò paria eſſe diximus, quantum ad executionem ſententię. Omnino non appellare, & appellare fruſtra, indebitè, vel temerè. Card. in Clement. 1. in 6. notabili. De dolo & contum. Nam ſicut ſententia executioni committitur, ſi ab eadem appellatum non fuerit, ita quoque ſi ab eadem temerè appellatū fuiſſet, hoc eſt, ob cauſam quę in iure appellationem nō admitteret l. 2. C. quib. prouoca. non licet. Atque hæc vera ſunt, & applicanda ad omnes cauſas, quæ paratam executionem habent, & de quibus ſic temerè pertinaces quidam appellare conſueuerunt. Sicuti latè Rebuffus, ad conſtitutiones Regias, tomo 2. in tractat. de ſententiæ executione ſine executore commōſtrat. Et Panormit. in cap. cum veniſſent. nu. 10. extra. De eo qui mitti. in poſſeſſ. cau. rei ſeruandæ. A quibus appellari non liceat, & in quibus cauſis, infra. Senatus.

ANNOTAT.

(a) FRVSTRA. ſiue friuolè; vt loquitur Henric. Bouhic. in cap. in præſentia num. 1. in fin. de renunciat.

(b) EXECVTORE. Voluit allegare Rebuff. tomo. 1. tract. de ſententijs executorijs, in præfat. num. 28. & 30. qui allegat & Bald. explicatius hac in re diſcernentem, conſ. 367. lib. 1. accedit Guido conſ. 4. num. 3. & 4. & conſ. 66. num. 7. Alciat. conſ. 433. num. 7. cum ſeq. latè Marant. de ordin. iud. parte 6. tit. de appell. num. 171. cum ſeq. (vbi fallit) Roland. conſ. 77. num. 20. cum ſequentib. lib. 2. VVeſenbec. conſ. 43. nu. 136. Couarr. practicar. quæſt. cap. 23. ſub nu. 4. verſ. 6. eſt omnino, & nu 7. cum ſequentib.

Appellare, & non progredi.

NON *appellare, & appellare, ſed appellationē non perſequi, ſiue ab appellatione deſiſtere, vel appellationi renunciare, paria (a) ſunt,* vt eſt deciſio Rotæ prima. in nouis, ſub titulo, de appella. Ita tenet D. Nicolaus Euerar. in ſuis reſponſis ſiue conſilijs, conſi. 27. pag 105. nu. 40. Idem quoque latè comprobatur per D. Carolum Ruinum in ſuis conſilijs, conſ. 4. num. 38. incip. Viſis omnibus, in ſuo 5. Volumine conſiliorum, vbi apertè explicat, quando prędicta ſint paria, quem ibid te conſulere velim. Atque hinc euenit, quòd quoties aliquis appellauit, & appellationis apoſtolos (vt vocant) intra triginta dies non petijt, (b) id perinde eſt, atque ſi non appellaſſet. cap. ab eo, de appell. lib. 6. Clement. 2. eodem tit. Quare ſicut ſententia veram habet executionem, à qua non eſt prouocatum, ita quoque illa ſententia à qua eſt prouocatum, ſed appellans ſuam appellationem debito tempore non perſequitur, veræ executioni (c) fit obnoxia. Auten. Ei qui. C. de temporib. appellat. c. Cum ſit Romana. de appellat. Qui enim ſero quid agere tentat, is nihil agere intelligitur, & ipſius appellandi ius retrahitur, & prorſus extinguitur. iuxta argum. l. Neratius. ff. de manumiſſ. teſtamen. Atque ideò talis feræ appellationis proceſſus non valet, nec ſententia, quæ in eo proceſſu fertur: quia ob indebitam, & feram appellationem, appellationis Iudex cenſetur incōpetens, & nullus. Clemen. Si appellationem. de appellat. Et Alexander conſilio 64 incip. Viſo proceſſu. lib. 6. & conſilio 82. ibidem. (d) Et Anchoran. conſil 345. incip. Iam diſerta. Neque ad hęc valet vlla ſententia confirmatoria, vel infirmatoria ad excipiendum. Bald in d. Authen. Ei qui.

Digitized by Google

ANNOTATIO.

(a) Paria. Henric. Bouhic. in c. in præſentia num. 2 de renunciat. Iaſ. in l. præſes, ad fin. ff. de re iud. Boër. deciſ. 206. ſub num. 11. Guido Pap. conſ. 38. num. 7. Dyn. conſ. 20. verſ. & mihi, Crauett. conſ 9 ?7. ſub num. 26. Cephal. conſ. 209. ſub nume. 15. conſ. 5?7. num. 49. & conſ. 610. num. 1. Rebuff. conſ. 53. verſ. præterea & latius. & ad conſtitut. reg. tomo 3. tract. de appellat. artic. 5 gloſſ 1. num. 7. 15. & ſeq. (vbi limitat in excommunicatione, de qua etiam poſt deſertionem queri docet idemque in cauſa beneficiali, ſi in petitorio aliter atque ſi in poſſeſſorio, appellatio fuerit deſerta: de quo & Boër. vbi ſuprà ad fin. Latè etiam Alex. conſ. 36. num. 2. 16. 17. & 18. lib. 4. declarans & exemplis commonſtrans procedere æquiparationem in præiudicium ſolummodò nõ proſequentis appellationem, non item alterius. Vt hoc voluit & Socin. conſ. 76. ſub num. 2. & 8. lib. 1. de quibus exemplis, idem quoque Alex. num. 4. Iaſ nu. 10. & Ripa nu. 12. in l. 1. ff. de re iud.

(b) Petiit. Menoch. de præſumpt. lib. 2 præſ. 94. ſub nu 5 Reb. qui ſupra, art. 15. n. 11. Maſc. de prob. concl 117. nu. 26 Mynſing. centur. 1. obſer. 84. VVurmſ. titul. 24. obſeruat. 23. Gaill lib. 1. obſeruat. 139 in fine, cum obſer. ſeq. Et hìc paria ſunt appellantem eſſe aſsignatum. ad audiendum reſponſionem ſuper appellatione, vel ad recipiendum apoſtolos, vt poſt Card. in adducta clem. 2 §. verùm, verſ 3. quæro, tradit Oſaſc. deciſ. 7. n. 1. vbi de his latius.

(c) Execvtioni. Bald. pleno conſ 310. lib. 3 Boer. d. deciſ. 206. ſub n. 11. cum ſeq. & deciſ. 344. ſub nu. 8. Guido deciſ. 213. nu. 5. & conſ. 4. nu. 5. conſ. 66. nu. 5. Papon. arreſt. 4. & 5. tit. 6. lib. 19. Gaill. lib. 1. obſeru. 141. Iaſ in d. l. præſes, & inibi poſt Caſtr. Guid. & alios Alex num. 5. Zaſ. propè fin. vbi tamen quoad hoc referre docent qualiter procedatur in caſu deſertionis, viam magis expeditam commonſtrantes.

(d) Consilio 82. ibidem. Corruptè citatur: ſed idem tradit Alex. conſ 59. nu. 7. & inibi Molinæ. lib. 4. Anchar. conſ 384. ſub n. 1. Rebuff. vbi ſupra nu. 21. & ſeq. elegans inter alia Guid. conſ. 47. nu. 5. & ſeq. idemque conſ. 77. n. 5. Gaill. exact. limitans 2. modis, lib. 1. obſeru. 137. accedit Oſaſc. iuſta dec. 28. & d. dec. 7. nu. 6. vbi poſt Bald. in Authent. hodie n. 5. ibidemque Sal. in 6. quæſt. C. de appel. probat, etiamſi vtraque pars ſponte, ſcienterque proceſſorit in appellatione, poſt decendium interpoſita, nihilomagis valere poſteriorem ſententiam. idemque Mynſing. obſer. 59. & 60. cent. 2. & obſ. 21. in fin. cent. 3. Boer. conſ. 43. præſertim n. 4. Rouat. Luc. deciſ. 91. verſ non obſtat præterea & ſeq. Quomodo autem appellans impeditus proſequi appellationem, lapſis fatalibus, reſtituatur, diſtinguit latè Ferrar. Montan. de appellat. lib. 2. cap. 9. Dec. poſt alios, in c. ex ratione num. 14. & ſequentib. de appell. Mynſinger. pleno conſ. 86. Gaill. lib. 1. obſer. 143. de quo & Rouat. Luc. deci. 108. Rebuff. ad conſtit. reg. tom. 2. tract. de reſtitut. art. 2. gl. 1. n. 19. & d. tract. de appe. art. 6. latiſſ. Sfort. Odd. de in integ. reſtitut. part. 2. quæſt. 69. artic. 9. & q. 70. artic. 2. & ſeqq. vnà cum quæſt. ſeq.

Appellationis tempus.

A*ppellatum eſſe, & eſſe infra appellandi tempora, paria* (a) *ſunt*. D. Philippo Franco teſte. in ca. 1. numero. 20. de teſtament. lib. 6. Idem confirmat gloſſa. in l. Vnica. ff. nil noua. appell. interpoſ. pro qua gloſſa. eſt textus in ca. Non ſolum. in verſicu. Innouata. eodem lib. 6. de appellat. Et Anton. Corſetus in ſuis ſingularibus, ſingulari in verbo terminus. nu. 1. Ex quibus notãdum eſt, quod ſicut poſt appellationem interpoſitam, (ſiue ea recepta ſit, ſiue non recepta) nihil innouari poteſt, & ſi quid fortaſsis tunc innouatũ vel attentatum eſſet, id iure reſcinditur & reuocatur: (b) ſic quoq; pari ratione, ſi quid eſſet tempore appellationis adhuc interponẽdæ innouatum, id quoque prorſus inualidum

ualidum eſſet & reſcindendum. Nam ſicut poſt appellationem à definitiua nil innouari, aut attentari debet, vt ſupra in d. cap. Non ſolum. 1. reſponſo, ſic nec quicquam eadem lite, aut iure pendente, quod condemnato ad appellandum (c) competit, innouari, aut attentari debet. Sed hoc appellationis ius intra decimum diem terminari debet Intra quem diem appellaturo ſuum appellationis ius manet integrum. Indultum enim à iure beneficium nemini auferendum eſt. cap. Indultum. de regu. iur. lib 6. & cap. de his in fine. 28. diſtinct. Et per conſequens ſicut ius ipſum nulli debet auferri, ita nec ſpes ad idem ius alicui præripi debet. l. Si vſusfructus mihi. in princip. ff. Vſusfruct. quemadmodum cauea. & l. Si vxor, §. 1. ff. de adulter. Porro ſi appellationis tempus expiraſſet, tunc demum cenſeretur iudicatum ſuum debere ſortiri effectum. (d) cap. Quod ad conſultationem. de re iudica. de hoc dicit Ioan. de Ana. eſſe textum ſingularem de iure ciuili. in l. A ſententia. §. hæres. in fine. ff. de appel. Vbi dicitur, ſi per hæredem tranſactum fuiſſet, ſed non appellatum, ea hæredis ſine appellatione tranſactio legatarijs non obeſſet, ſed prodeſſet. & appellandi ius omnino tolleret, quia ſi voluiſſet, appellare potuiſſet. Quod non fecit, ſed per tranſactionem appellandi ius ſuum perdidit. Eundem igitur effectum ſortiri debent, Appellatum eſſe, & tempus appellationi conceſſum nondum expiratum eſſe. Quod etiam placuit Angelo Aretino. in d. l. Vnica. Quin & hæc etiam confirmat præfatus. D. Anton. Corſetus ſupradicto loco ſingulari.

ANNOTATIO.

PARIA Mart. Lauden. conſ. 9. nu. 8. Gomeſ ad l. 4. Taur. ſub num. 6. & ad l. 70. ſub n. 11. Viui. deciſ. 34 nu. 16. Cardin. I ut. deciſ. 30. num. 6. lib. 1. & voluit copioſè Marſil. in l. quæſtionis habendæ num. 17. ff. de quæſt.

(b) REVOCATVR. Oldrad. conſ. 18. ſub nu. 3. etiam poſt litiſconteſtationem, ſuper principali in cauſa appellationis vſque ad concluſionem in cauſa, vt poſt Marant. de ordin. iud. parte 6. tit. de appel. nu. 192. tradit Gaill. lib. 1. obſeruat. 146. ſub nu. 10. Rota deciſ. 57. & 185. in nouis. cuius veriorem ſententiam aſſerit Couarr. practicar. quæſt. cap. 23. num. 3. contra Guid. conſ. 4. nu. 6. & conſ. 124. nu. 4. alioſque commemoratos.

(c) AD APPELLANDVM. latiſſ. Couarr. d. ca. 23. num. 2. vbi ex aliorum communiori opinione limitat in excommunicationis ſententia.

(d) EFFECTVM. Nam & hic è contrario, paria ſunt, nullo modo fuiſſe appellatum, vel non appellatum infra decem dies, Schurpf conſ. 60. nu. 16. centur. 1. per c. Romana. §. ſi verò. & ibi doctor. de appel. in 6. multa in hanc rem per Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 124. præſertim nu. 3. poſt Cephal. conſ. 163. nu. 1. cum ſeqq. alioſque.

Approbo.

D*icere, Ego approbo, & dicere ego nõ contradico, & econtra, paria* (a) *ſunt*. Facit ad hæc l. Quo enim. §. 1. ff Rẽrat. habe. & quod notatur in l. Si abſentis. C. Si cert. peta. Bal. in l. Ne in arbitris. C. de recept. arb. Et ideo ſi quis ad obiectionẽ vel interrogationem alterius diceret. Non cõtradico, vel non nego, is idipſum cõſentire ac fateri videretur. Vt notant DD. ad c. per tuas. ad verb. negare. de condit. appoſ. Et Hieron. Cagnolus. ad l. Qui tacet. ff. de reg. iur.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 121. nu. 13. poſt Bart. in adducta l. ne in arbitris

arbitris. in fin. Sic non improbare, ratihabitioni par eſſe, reſpondit Leonin. conſ. 37. num. 8. poſt Angel. conſ. 269. ad fin. facit gl. in l. 1. §. pœna. verb. contra denunciauerit. ff. de lib agnoſc. quod qui non improbat, probare cenſeatur, de quo latius Tiraquell. de retract. proxim. §. 35. gloſſ. 4. ſub num. 46.

Arbitrari Male.

ARbitrari perperam, vel nulliter, & non arbitrari, cenſenda ſunt paria. (a) l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. & l. Non putauit. §. Non quęuis. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. Et Carolus Ruinus in ſuis conſilijs, conſ. 142. incip. Circa quæſtionem, num. 4. in 4. volum. conſiliorum. Et ideò ſicut Iudex qui ſententiam tulit (vti ita dicam) nulliter, is nō facit litem ſuam. vt eſt gloſſ. 1. in l. final. in princip. ff. de var. & extraord. cognit. Et Angel. & alij, ad l. Primam. §. hæc autem (b) verba. ff. Quod quiſque iuris. ita quoque nec arbiter facit litem ſuam, ſi laudum eſt nullum, hoc eſt, ſi arbitrium ſuum protulerit nulliter. quemadmodū contra. Arbiter litem facit ſuam, (c) ſi ſua ſententia valeat. idemque caſus emergat, quo iudex litem ſuam facere ſoleat. Sicuti opinatur Marc. Anton. Pataui. in tractat. de compromiſſ. quæſt. nona, numero 89. Specul. in titulo de arbitr. §. 1.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Viui. deciſ. 34. ſub num. 3.

(b) §. HAEC AVTEM. vbi Caſtrenſ. num. 3. Alex. num. 3. Iaſ ſub num. 9. & Dec. nu. 3. latius hoc declarantes.

(c) FACIT SVAM. Alex. conſ. vlt. ſub num. 1. & num. 13. lib. 6. latè poſt Iaſ. in l. penult. per illum tex. ſub num. 9. C. de pact. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. caſu 339. præſertim n. 6. Rebuff ad conſtit. reg. tomo 3. tract. de arbit. gl. 7. num. 2. & ſeq. vbi voluit, in tribus tantùm caſibus, in Gallia, hoc procedere. vti & in indice ſcriptum reliquit, ad l. latæ culpæ, Verſ. adhæc not. 2 ff. de verb. ſignific. belliſſ. Baro ad inſtitut. tit. de obligatio. quæ ex quaſi delict. naſc. in princ. partic. 1. & 2.

Arbiter, Arbitrium.

ARbitria, & iudicia in iure ſunt ſimilia vel (vt alijs placet) Arbitria in omnibus ſunt inſtar, (a) vel ad ſimilitudinem iudiciorum redacta, niſi ſpeciale ſtatutum reperiatur contrarium. L. 1. cum ibi notatis per gloſſa. Odofred. & Doctor. ff. de recept. arbit. Hæc quoque iudicia & & arbitri conuenientia, probatur per illud Lucæ 12. Vbi quidam è turba, in ſuis controuerſijs Chriſtum requirebat arbitrum, cū diceret: Magiſter dic fratri meo, vt diuidat mecum hęreditatem. Cui Chriſtus reſpondit: Quis (inquit) homo me conſtituit iudicem aut diuiſorem ſuper vos? Vtique per hoc reſponſum ſatis aſtruere viſus eandem eſſe arbitri cum iudice paritatem, & certe nullum aut admodum exiguum inter iudicem, & arbitrum eſſe debere diſcrimen. Nihilominus tametſi hi in quibuſdam tū in principio, tum in medio, tum in fine pares reperiantur, eoſdem tamen in quibuſdam tum in principio, tum in medio, tum in fine differre monſtrabimus. Conueniunt quidem in principio in hoc, quod ſicut libellus debet offerri coram iudice, Authentica, Offeratur. C. de litiſconteſt. ita etiam coram arbitro, l. Generaliter. C. de epiſcop. & cleric. Sed differunt in principijs, quia iudicium datur & fertur in inuitum

uitum,l,inter ſtipulantem.§.1. ff. de ver. obligat. Arbitrium verò in inuitum nunquam fertur, quia nullum eſt arbitrium ſine compromiſſo, & regulariter nemo cogitur inuitus compromittere,ergo per conſequens: Nullum arbitrium in inuitum ferri dicendum eſt. Item conueniūt in medio, quia ſicut iudex debet probationes (b) recipere, & teſtes examinare, ita & arbiter.l.penult.C.de recept.arbit. Sed differunt in medio aut in progreſſu, quia coram iudice contrahitur Hærmoditium.l.properandum.§ ſin autē reus. Cod.de iudic. Coram arbitro verò non contrahitur Hærmoditium, quia coram ipſo deſeri videtur iudicium. l.2 C.eod. de recep.arbit. Item,conueniunt in fine, quia ſicut iudex debet iudicare de toto, ita & arbiter.l.quid tamen. ff. de recept. arbit. Et vt iudex ſententiam ex ſcripto recitare debet. l Prima. C.de ſentent.ex pericu.(vel rectius auctoribus Alciato & Budæo,ex ſcripto) recitand. c. vlt. de re iudica.li 6.ſic & arbiter. (c) d. l. 1.& cap. Cum ab vno,de re iudicat.in 6. Et ſicut iudex ſententiam in tenebris aut noctu ferre non debet, vt in Auten.de iudic.§. Sedebunt,collat.6.& c.conſuluit.de offi. deleg.ita nec arbiter. Nulla enim hic ratio diuerſitatis adduci poteſt,ſed ſunt arbitria ad iudiciorum ſimilitudinem redacta.d.l.1.ff.de recept.arbitr.& l.A Titio.ff.de verb.obligat.Deinde huc pertinet.l.Paulus 1.ff.de re iudicā. Quemadmodum enim ibidem iudici permittitur vt eodem die,quo ſententiam tulit, circa acceſſoria aliquid pronunciet,idem etiam permittitur & arbitro:vt docet gloſſa, in l. Quia arbiter.ff.de recept.arbitr.quam gloſſam dicit Angel.Aret in §.1. Inſtitut. de actionibus eſſe ſingularem. Præterea vt iudex victum victori in expenſas condemnat. l.Eum quem temere. ff. de iudic.l. Properandum. §. Siue autem alterutra. C. eodem titu. c. Calumniam, de pœniſ:ita & arbiter victum in expenſas condemnat,vt notat Iaſon. in d. §. Siue autem,in.2.ampliatione, vbi ad hoc non pauca allegat. Sed differunt in his quia ex ſententia iudicis naſcitur actio. (d) l. Actori. C. de iureiurand. Non autē naſcitur actio ex ſententia arbitri. l. 1. C.de recept. arbit. Item, In fine conueniunt, quod ſicut iudex reus fit, & obnoxius culpæ tenetur, ſi ex dolo iniuſtam dederit ſententiam,ita etiam & arbiter.(e)Sed differunt in hoc, quod arbiter poſsit feſto die in cauſa procedere, & ſententiam pronunciare, quia amicus conciliator eſt cōcordiæ,& pacis mediator æquiſsimus, Iudex verò feſtis diebus id non poteſt: De Iudicis autem & arbitri tum conuenientia,tum differētia abundè meminit Hoſtien.in ſumma,de arbitr.§. qualiter ad effectum,& Panormi.in cap. Quintauallis,de iureiurand.Angel.in §.1. Inſtitut. de actionibus,copioſius per Ioann. Baptiſtam Peruſium, in ſuo tractatu, de arbit.Et D. Claudius Cantiuncula in ſuo libro Topicorum, ſub loco, A iudice ad arbitrum,& ante eum D.Nicolaus Euerardi à Middelburgo in ſuo Topicorum libro,ſub loco,A ſimili. Quin & hanc materiam etiam abundanter diſcuſſit Anno Domini,Milleſimo,Quingenteſimo,vigeſimo ſeptimo vel octauo (ſi bene memini) cùm Louanij diſciplinæ ciuili nauarē operam, vir egregiè doctus, ac memoriæ fidelis D.Nicolaus Heems à Bruxella,cum tit.de recep.arbit. C.iuris ſtudioſis ſingulis diebus manè hora ſeptima prælegeret,& interpretaretur,cuius ſcripta adhuc apud plures ſeruantur. Reliqua igitur quæ huic materiæ conueniūt, apud ipſum videbitis, in locis iam iam hoc themate allegatis.

ANNOT.

Digitized by Google

(a) Instar. Text. eſt in l.3. §. ſi ſeruus, ibidemque Bart. nu.3. Salyc. num.17. & in §. ſeq. Bart. num.5. Salyc. nu.19. ff. de pecul. Specul. in titul. de probat. ſub num. 20. & ſeq. in tit. de diſputat. & allegat. ſub num. 9. & in tit. de arbitro, in princip & in §. differt num. 12. & ſequentibus, addens in omnibus eſſe ſimilia, non expreſſa aut deciſa diſsimilitudine. accedit Dyn. conſ. 50. in princ. Cæpoll. caut. 221. ſub num. 1. & 2. Socin. ſen. conſ. 124. ſub num. 5. lib 1. Pariſ. conſ. 46. num. 19. lib. 1. Guid. deciſ. 240. Suares conſ. 23. ſub num. 15. Roland. con. 22. num. 4. lib. 4. Maſcard. de probat. concluſ. 344. num. 10. & ſeq. Menoch. conſ. 91. num. 20. vbi num. 57. fallit in laudo, ſine cauſæ cognitione prolato. Sic & Natta conſ. 2. num. 5. lib. 1. (dum ſuſtinet, per agitata coram arbitris rem non fieri litigioſam) intelligit procedere ſimilitudinem quoad ordinem iuris ſeruandum, non quoad cætera: vt exemplis ibidem id comprobare ſatagit. Multa etiam diſcrimina inter arbitria & iudicia recenſet Specul. in d. §. differt. Socin. in fallent. reg. 27. Lanfranc & alij in tract. de arbitr. & (vt intelligo) Ioann. Annibal. ad l. ſi inſulam num. 114. & 116. de verbor. obligation. pulchrè Menoch. de arbitrar. iud. lib. 1. quæſt. 2.

(b) Probationes recipere. Secus tamen, ſi poteſtas conceſſa fuerit, vt de facto, aut (quod perinde eſt) libero arbitrio, poſſent cauſam diffinire, tunc enim non coguntur adhibere cauſæ cognitionem, aut probationes; vt poſt Bart. conſ 82. ſub num. 2. Alex. conſ. 189. num. 17. & 18. lib. 6. Felin. in cap. 1. ſub num. 51. de conſt. Socin. ſen. conſ 121. num. 4. lib. 3. alioſque probat Menoch. conſ. 208. num. 10. & 11. accedit Crauet. tract. de antiquit. temp. in 2. parte 1. quæſt. princ. in 8. limitat. ex num. 3. vſque ad 12. Marſil. ſingul. 695. Oſaſc. deciſ. 1. ſub num. 30. Roland conſil. 53. num. 12. & ſeq lib. 2. conſ 7. num. 30. & ſequentib. lib. 3. apud quos explicatur exactius.

(c) Arbiter. Iaſ. in l. nec quidquam. § vbi decretum ſub numer. 64. de offic. proc. Quemadmodum & omnia acta, vt valeant, & probent, coram arbitris, ad iudiciorum ſimilitudinem, ſcribenda ſunt, vt latius declarat Socin. in fall. reg. 5. Angel. conſ. 198. ſub num. 2. Leonin. conſ. 76. ſub num. 3. ſentitque poſt Dec. conſ. 475. num. 34. Cephal. conſ. 693. num. 29. videatur tamen idem Dec. in l. cum te, ſub num. 4. C. de tranſaction & poſt Aret. conſ. 68. num. 5. & Alex. conſ 13. num. 8. lib. 1. alioſque latiſſ. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 32. num. 34. cum ſeqq.

(d) Actio Coraſ. poſt alios, ad l. ſocietatem. §. arbitrorum, ſub num. 9. ff. pro ſoc. latè Franc. Marc deciſ. 151. ſub num. 1. lib. 2. Gaill. lib. 1. obſeru. 150. ſub nu. 8. Boër. deciſ. 284. ſub num. 25. & nu. ſeqq. vbi probat hodie 2. caſibus actionem dari: primò, ſi per partes ſententia fuerit emologata: vt id docet & Gaill. lib. 1. obſeruat. 141. ſub num. 3. & latius d. obſer. 150. num. 3. & ſeq. Schurpf conſ. 19. ſub nu. 2. cent. 2. Burſat. conſ. 412. nu. 33. ſecundò, ſi in compromiſſo iuratum ſit: de quo videatur & Gaill. d. obſer. 150. num. 13.

(e) Et arbiter. diximus ſub titul. præcedenti.

Et hæc quidem de arbitris (quos vocant) compromiſſarijs. Sed & arbitros iuris (qui nimirum eliguntur ex neceſsitate legis vel ſtatuti) æquiparari iudicibus, annotat Bald. ad l. final. num. 3. C. de iudic. ibidemque Salyc. num. 3. cum alijs etiam relatis ab Hieronymo Schurpf conſi. 72. ſub num. 6. centur. 2. ſcribit, hos arbitros fungi per omnia loco iudicum, quorum in locum ſucceſſerunt. & non eſſe inſtar arbitrorum compromiſſariorum; vt ex quorum ſententia, perinde atque illorum, non debeatur euictio: nec ab eorum ſententia, vt ab illorum, appelletur. vt & hoc poſt alios latè probat Iaſ. in d. l. fin. ex num. 6. vſque ad 9. Menoch. conſ 849. num. 8. & 9. Atque adeo Crauet. conſ. 435. ſub num. 27. ſcriptum reliquit, Laudũ arbitrorum ex neceſsitate ſtatuti electorum, habere vim ſententiæ iudicis ordinarij, & regulari ſecundũ naturam ſententiæ, Cepha. tamen poſt Dec. in c. de cauſis, nu. (mihi) 66. de off. deleg. alioſque, conſi.

Digitized by Google

conſ.693.num.30.tradit,hos arbitros reputari iudices delegatos. extendit autem de omnibus his,alijſque huc pertinentibus Felin.in cap.fin.num.11.& ſeq.de ſent.& re iudic. Aliam quoque differentiam inter arbitrum iuris & compromiſſarium apud Socin.ſeni.conſi.54.n.4.lib.1.poſt Imol.in c.ſuſpicionis.ad fin.de offic.deleg. videre eſt.

Arbitria, & Contractus.

Arbitraria iudicia, etiam ſimilia ſunt contractibus, imo vt nonnullis placet, ipſa arbitramenta ſunt inſtar contractuum,(a) vt vult Innoc.in c. Quintaualllis,extra de iureiura. Et Bald. in l.1.circa finem C.de recept arbit. Et. D.Baptiſta à ſancto Blaſio, in ſuo tractatu de arbitrio & arbitratore,in 5.quæſito.num.13. folio 20. Ex quibus locis, & ibidem diſputatis inferri quamoptime poteſt, Arbitramentum plus ſapere de contractu, quàm de iudicijs, vti clariſsime cõmonſtrat. D. Tyndarus. I. V. Doctor in ſuo tractatu de teſtibus ca. Quarto, de teſte variante coram arbitratore num.2. folio. 108. Et ideo res quæ in commercio noſtro eſſe non poſſunt,eædem nec in compromiſſum deduci poſſunt.Imo quę prohibentur alienari,(b) ea quoque in compromiſſum non veniunt, & contra. cap. Cum tempore,& ibi dominus Antonius de Butrio, & Abbas de arbitr. Nam de quibus quis compromittere poteſt, is & eadem alienare poteſt. Sed de quibus quis compromittere non poteſt, is eadem nec alienare poteſt. Ad quod facit, quod ponit Lap. alleg 102.incip. non poteſt clericus. Vbi dicit, quod ſicut clericus non poteſt compromittere, quoad perpetuum eccleſiæ præiudicium,ita nec poteſt alienare. Atque hinc eſt,quod qui iurauit non alienare. Romano Pontifice inconſulto,non poteſt etiam compromittere. Quibus accedit, quod ponit Card.conſilio 95. Ad primum,colum. fina.vbi quæritur:An compromiſſum factum à prælato ſine licentia ſuperioris valeat? Et reſpondet diſtinctè quod valeat, ſed ſulummodo ad ea quæ ſunt in poteſtate ipſius prælati, ad reliqua vero quæ ſunt extra authoritatem Prælati nõ valet, quod & Romanus Conſilio. 175. (c) & Conſilio.369. probat cum Socino Conſilio. 18. & Decio, Conſilio 44. incip. Diligenter, & plura per Marcum Antonium Patauinum, in tractatu de compromiſſis, q.4. num. 14. ad verbum Compenſationis.

ANNOTAT.

(a) CONTRACTVVM. Roman conſ. 368. ſub num. 21. vbi Mandoſ. in verb. arbitrales. Anchoran.conſ. 443.ſiue vlt.poſt princip. latè Tiraquel. ad leg.connubial. gl. 5. num. 202. vbi poſt Caſtrenſ.conſ.465. nu. 2.lib. 2. alioſque commemoratos ſcribit, compromiſſum eſſe contractum quendam tranſactitium. quod voluit & Alexa.ad l. debitoribus. num.12. ff. de re iud. Et tranſactioni æquiparari compromiſſum tradit Iaſ.in l.2.num. 13. & l.aquiliana ff.de tranſact. & in l.ſi cauſa cognita C.de tranſact. Pinel.ad l.1.parte 3. ſub num. 44.C.de bon. matern. Menoch conſ 887.nu.2.& 64. Soarez (commune aſſerens) in theſau. recept.ſentent. in litera c. nu.154. & in lit. T. nu. 292. Clarus ſententiar. lib. 4. §.feudum. quæſt.39.in fin. ſentitque Dyn.conſ.45. verſ.q.autem. & conſ. 50.verſ. præterea compromiſſum. Felin.conſ.vltim.num.4. Alex.conſ.32. ſub num.2. & conſ. 129.num.3.& ad fin.lib. 2.Panorm.conſ.64.ſub num.2.lib 1.Cephal.conſ. 771. (incip.laudi) num.4.latè Angel.conſ. 198. ſub num. 2.& num. ſeq. Roland.conſ. 76. ſub num. 16.lib.1.& conſ. 79.num. 48.lib. 3. Schurpf conſ.16.num.9 cum ſeq.& conſ. 72.num. 5 centur.2.Gomeſ.var.reſol. tom.2.cap. 14.num.15. idemque in laudo ſiue arbitramento Bald.conſ. 415. num. 2.& conſ. 463.num.

Digitized by Google

4.lib.1. Alexand.conſ.40.num.5.lib.4.Iaſ.in l. Imperatores. ſub num. 1. ff. de pact. & in l. transactionis num.2.C. de tranſact. Dec.conſ.21. num.2 ad 3. Menoch.vbi ſupra, & conſ. 123.num 41. Gaill.lib.1.obſeruat.141.num.4.& obſeru.150. ſub num.4. Panormit.d conſ. 64.num.3.& ſeq. Natt. conſ.503.num.8.Caualc.deciſ.45. in addit. num 33. Barſat. conſ 431. num. 45. latè Schurf conſ.29. ſub num 2.& 5.cent.2.Mauric. de reſtitut. in integr.cap. 218. num.1.& 2. Viui. deciſ.429.num.2.& 8.& ſub num 11. Tradit etiam Bald.in l.2.num.8.C. de ſacroſ. eccleſ. valere arbitratoris in eccleſia latum arbitramentum, vt magis contractui accedens: non etiam arbitrij vt & iudicatum refert Viuius deciſ. 102. Non tamen propriè & ſtrictè tranſactionem eſſe compromiſſum ſiue arbitramentum, ſed largè quoad effectum, aſſerit Iaſ.in Authent. ſi verò ſub num.8.C.de iudic. & in §.omnium nu.13.inſtitut. de actio. Viui.d.deciſ. 429. ſub d.num. 8.& voluit Mauric. d.cap.218.num. 3. idque exemplis latius comprobat idem Iaſ. in d.l. tranſactionis num.6. Dec. conſ.60.num.3.& in l.cum te num. 4.C.de tranſact. Schurpf d.conſ.29. num.3. Molin.ad Alex.conſ.22.nu.3. lib. 1. poſt Lanfrāc.de arbitr. parte 3.num 3. Alciat. in d.l.cum te num.4.qui receptum hoc dicit, explicatque latius, ſentitque apoſtill. ad Bart. in l. ſi ſocietatem §.arbitrorum, ſub num.8.ff.pro ſoc. hinc aſſerens, tranſactionis appellatione in ſtatuto non venire arbitramentum: quod probat & Iaſ. in d Auth. ſi verò. ad fin & in d.§.omnium, ſub num 18. & latius Caſtrenſ.conſ. 49. num.4.lib 1. quamuis in ſtatuto diſponente generaliter de contractu, aliud tradat, poſt Caſtrenſ.alioſque, Tiraq.vbi ſupra. Quod ſi arbitramentum à partibus fuerit approbatum, propria erit & vera tranſactio: obtinebuntque omnia iura diſponentia in tranſactione in laudo huiuſmodi ratificato, vt latius probat Dec. conſ. 198. ibidemque apoſtill. ſub num. 4. & in d.conſ.60.num.3.& 4 Pariſ.conſ.46.num.16.lib.1.Natt.d.conſ.503.num.9. etiamſi laudum fuiſſet nullum Cephal.conſ.654.num.41.& ſeq.

(b) ALIENARI. locupletiſſ. de omnibus his & ſimilibus, Tiraq.d.gloſſ.5. num. 203. & ſeq. quemadmodum & alij plerique ex ijs quos priore loco citauimus, & hanc communem probat Soarez in theſ.recept.ſenten.in litt. A.num.146.& in litt.C.num.160. cum ſequent. Viui.deciſ.22.num 20.& ſequen. Caualc.deciſ.45.in addit. num.39.& deci.74.num. 133. accedit Alciat.conſi.17.ſub num.2.Puteus deciſ.162.num.2.& 3.lib.1. Roland.conſil.22.nu.10. lib.4. latè Schurpf conſi.53.ex num.3.vſque ad 6.cent.2.Menoch. de arbitr.iudic. lib.2. cent. 2.caſu 171.ſub num.43.& ſequentib. Idemque in tranſactione tradit Soarez qui ſupra, in lit A. num.147.& in litt. T.num.291. Caualc.ſub d.num.39. Alciat.d.conſil.17.d.num.2 & 8. Mynſinger.conſi 45.ſub num.3.& num.ſequen.accedit Alexand.conſi.41.num.3.lib.6. Molinæus conſi.40.numer.27. Rolandus conſilio 15.num.1.2.& 3. lib.1. Decianus conſi.28. numero 7. & ſequentib.lib 3.Rebuff.in l.alienationis verbum.verſic.2. prohibitus alienare, ff.de verb. ſignificationib. extenſiſſimè Crauetta conſilio centeſimo nonageſimo ſeptimo, numero 7. & pleno conſilio 323.

(c) CONSILIO 275. Voluit allegare conſil.275.num.3.& conſil.369.in 3 quæſt. nu. 28.verſ.tria autem. Idemque poſt Alexand.d.conſ.32.num.2. tradit Ruin.conſilio 11.libro 4. & conſilio 139, libro 5.

Argentarius.

ARgentarius, (a) *Bancarius, Nummularius, Menſarius, Campſor, Trapezita, Collybiſta, Collectarius, paria ſunt,* eademque ferè vi ſignificant, verſantes in re nummaria danteſque pro auro vel argento viciſſim monetam, quæ deſideraretur. Attamen argentarij olim aliquanto maiores negociatores fuerant, nec ſolum permutandis nummis, aut ſuis, aut alienis, ſed etiam ſub fœnore

Digitized by Google

iiſdem collocandis tabernam publicè exercebant, quorum rationes & ſchedulæ pro publico, & authentico inſtrumento habebantur. Atque ideo non niſi homines integræ fidei, & etiam niſi cum publica authoritate ad hoc munus conſtituebantur. Hos itaque vocat Vlpianus ſecundum Prætorem, argentariæ menſæ exercitores, in l. 4. in princip. ff. de poſiti. ædendo. Ab aliis vero vocantur collectarii, quorum paſsim frequens ſpectat. tio, vt in. l. Quiſquis. C. Si & Theo-. Vel ſi quis (inquiunt Ho precium dedoſ.) collectarius, hac etiam materia derit ambientium Budæum, in Panvid G hominem. §. Quotiens, depoſiti.

ANNOTAT.

(a) ARGENTARIVS. Latè Alciatus & Rebuff. ad l. boues. §. inter reddere. ff. de verborum ſignific. & poſt alios quos laudat Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2 centu. 1. caſu 91. num. 6. & ſeqq. vbi poſt ... l. nu. 14. C. de edend. latius etiam tractat, an mercatoribus noſtri temporis comparari poſsit.

Arma.

A*Rma militaria diuendere.* Vide infra delictum.

Arreſtatio.

V*Aria ſunt hominum genera, reſque hominum variæ, quæ in non poſſe arreſtari ſunt pares.* Sic vt ab vno quod arreſtari non poteſt, facile ducatur argumentum ad aliud, quod ſimili quoque ratione arreſtari non poterit. Huiuſmodi perſonæ & res ſunt quæ ordine ſequuntur.

Primo, Studentes, & ſtudentium bona.

2. Studentium parentes, ipſos viſitantes.

3. Milites inauthorati, & militum ad bellum properantium arma, veluti equi, aſturcones, phaleræ, lanceæ, haſtæ, ſcuta, galeæ, loricæ, thoraces, ſicæ, gladij, baliſtæ, tela, arcus, ferenta, & reliqua ſimilia ad bellum neceſſaria.

4. Commeatum ferentes ad caſtra, aut ad exercitum.

5. Fructus beneficiorum.

6. Legati Principum.

7. Conſiliarij & Aduocati Principum.

8. Aduocati, & medici ciuitatum iurati.

9. Mulieres debitrices.

10. Cadauera hominum mortuorum.

11. Boues aratorij, equi ruſticorum, ligones, aratra, & ſimilia tum animalia, tum inſtrumenta ad agriculturam neceſſaria.

12. Debitores qui tempore contractus non fuerunt ſoluendo.

13. Debitores ſummę exiguæ.

Quod autem nihil enarratorum arreſtari poteſt, ſequentibus legibus, & authoritatibus, quibus ſingula ſingulis reſpondeant, comprobabitur.

De primo itaque probando eſt textus inſignis, in Authentica. Habita. C. Ne fili. pro pat. Quis enim (inquit ibi Fredericus Imperator) eorum non miſereatur, qui amore ſcientiæ facti exules, de diuitibus pauperes, ſemetipſos exinaniunt,

Digitized by Google

pon. vitam ſuam multis periculis ex- (quod & à viliſsimis hominibus, ſæpe les iniuria[illegible]er ferendum eſt) corporaquidem aſſeri causa perferunt. Et iſtud mo. ad ordin. regi[illegible]uffus, Tomo. primo gloſſ. tertia. numero ſex. articulo. ſexto. & in tractatu de priuileg. ſcho[illegible] octauo. [illegible] c. 83. Ioannes de Platea. ad l. Colono. C. de agricul. lib. 10.

De 2. eſt gloſſa ad l. 2. §. legatis, ad verbum ob aliam cauſam. ff. de iudic. Expedit enim parentibus proprios liberos, quos plus quam ſe diligunt, (l. Iſti quidem. ff. Quod metus cauſa.) viſitare, ipſorumque vitam, & mores perquirere.

De 3. eſt gloſſa ad l Nepos proculo, & ibi Doctor. ff. de verb. ſignifica. l. Stipendia. C. de execut. rei iudicat. Et Rebuffus d. articulo. 6. gloſſ. 3. numer. 68. Iaſon ad. §. Item Seruiana, inſtitut. de actionib. Doctor. ad l. Commodis. ff. de re iudicat. Hi enim milites fauorem omnem merentur, quod armis ſuis, & plerunque ſanguine rutilantibus, rempublicam defendunt. l. 1. ff. de militar. teſtament. Quare quantum ad forum attinet, etiam priuilegium habent, ne alibi, quam coram ſuo duce aut magiſtro militum conueniantur. l. Magiſteria. C. de iuriſdict. omnium iudic. Et ratio eſt, ne ſi arreſtarentur, aut alibi conuenirentur, à malitia diſtracti & remorati, neceſſariæ militiæ opem ſuam ferre non poſſent. Atque hanc ob cauſam ipſis militibus etiam adminiſtratio rerum alienarum interdicitur. l. milites & l. vltima. C. Locat.

De 4. eſt textus in l. Semper. ff. de iure immu. & l. 1. C. de nauicul.

De 5. vide Barto. Alexand. & alios. ad d l. Commodis. & ad l. A Diuo Pio. §. In vend. ff. de re iudic, & ad c. Peruenit de fideiuſſorib.

De 6. eſt l. 2. §. legatis. ff. de iudic & c. vltimo. de foro competen.

De 7. eſt text. in l. Iubemus, & in l. Petitionum. C. de aduocat. diuerſo. iudic. Et Rebuffus in commentar. concord. Rub. de elect. derog. ad verbum, Regium aduocatum. Et Guido. Papæ q. 413. circa medium. Multa quoque de priuilegijs Conſiliariorum, & Aduocatorum Principis, vel Regis cumulauit Boërius in tractatu de auto. Parlamenti vel magni conſilij.

De 8. [illegible] medicos C. de profeſſ. & medi. Docto. ad l. 1. C. Qui bon. ced. poſſ. & ad l. miles. ff de re iudicat. Quas tamen leges Iaſon. Caſtrenſ. Alberic. & alij, hoc tempore non [illegible] [illegible]ma cum ratione conqueruntur. Tam enim neceſſarius eſt doctus, & peritus medicus ſuæ reipublicæ, quam eſt miles ſuis caſtris, quare quicquid priuilegij militibus, militiæ cauſa conceditur, id iure & medico concedendum eſſe colligitur.

De 9 dicendum eſt quod nouo, miti, humanoque iure priuilegium hoc mulieribus, (b), & ſexu infirmioribus conceſſum ſit, ne ſcilicet pro ciuili debito carceri mancipentur. Authent. Hodie. C. de cuſtod. reor. Sed iſtud in honeſta muliere tantum locum habet, non in meretrice, aut in alia turpiter, & cum ſcandalo viuente. Hæ enim ob vitæ vtilitatem dignæ non ſunt in quas legum priuilegia exerceantur l. Quæ adulterium. C. de adulter. Et Romanus ad l. Si vero. §. de Viro. ff. ſolut. matrim. l. Si vxor. §. 1. ff. de adulter.

De 10. Natura ipſa, humanitas, honeſtatis ratio, & Reipublicæ ſalus docent, & poſcunt, vt mortui cadauer terræ mandetur, & honeſtè ſepeliatur, (c) & quamuis dici ſolet, quod facilis ſit ia-

ctura

Digitized by Google

ctura ſepulchri: Natura tamen humana vetat, ne qui ſunt ſuperſtites, tam barbara habeant pectora, & ab omni humanitatis ratione aliena, vt mortuorum corporibus ſepulturæ iura denegent. Hæc diui Imperat. conſiderantes merito cauerunt, ne mortui debitoris corpus ſiſti, aut arreſtari poſsit, ſub pœna amiſsionis debiti, & alijs pœnis in diuali conſtitutione compræhenſis. l. Cum ſit. C. de ſepulchr. violat. & Boerius deciſ. 287. Et quia non minus expedit Reipub. mortuos humari, quàm viuos conſeruari (vt ait Bald. ad l. Final. Cod. de nego geſt. & late Guil Bened. ad cap. Raynutius, ad verbum. Mortuo itaque. 1. num. 56. de teſtamen.) Certe cadauera ſine vllo obſtaculo, ob memoriam humanæ conditionis ſunt ſepelienda. l. Quidam in ſuo. ff. de cond. inſt. Quare ob hanc quoque cauſam non immeritò interdicta eſt omnis appellatio, quæ cadaueris ſepelitioné impedire poſſet. l. Fin. ff. de appell. recip. c. ex parte. 1 de ſepultu. Certum eſt itaque ſepulturam omnem debere eſſe liberam, quodque ſolus locus ſepulturæ deſtinatus tantum inſpiciendus ſit, non autem is locus, per quem cadauer ex euentu tranſuchitur, aut deportatur. l. Quæſitum. §. fin. ff. de legat. 3. Ideoque ſicut is qui natus eſt in aliqua ciuitate, per quam mater ipſius grauida, caſu tranſiens ipſum peperit, ciuis illius ciuitatis dici nõ poteſt. (d) l. 1. C. de capt. Docto. ad l huiuſmodi. §. legàtum. ff. de lega. 1. Et ſicut gabellam (vt noſtri loquuntur) non debet aliquis ſoluere qui caſu fortuito ad eum locum peruenit, vbi talia gabella ciuibus ſoluenda imponuntur. l. Interdum. §. Si propter. ff. de public. & vectigal. Felinus ad c. Rodulphus, colum 8. de reſcr. Sic quoque cadauera mortuorum non vbilibet locorum iura funeralia perſoluere debent. Quum enim ea cadauera ſepelienda non raro ad longinqua loca per varias parochias, (dum per aërem conuehi non poſsint) perferri neceſſum ſit, ſequeretur, quod iuxta eorum inhumanitatem in ſingulis parochijs funeralia iura perſoluere deberent, quod vt eſt longè abſurdiſsimum, ita eſt & multò inhumaniſsimum. Ratio enim funeralium, ſolum domicilium defuncti, laboreſque paſtorum propriorum, & adminiſtrationem ſacramentorum, aut certe locum ſepulturæ electum reſpicit, non autem loca alia, ſicuti doctores, ad cap 1. & alia de ſepult. apertè commonſtrant. Et quia libera eſt ſepulturę electio, certum eſt, quod nulla ratione, talis ſepultura impediri aut remorari poſsit. cap. de vxore, de ſepult. Impediretur autem per dictorum indignas arreſtationes, quibus nullo iure parendũ eſt: ideoque nec ob tales arreſtationes hæredes defuncti funeralium petitos ſumptus vllo modo ferre, aut perſoluere debent. Quod autem hic cadauera mortuorum arreſtandi, exequiaſque poſcendi, vſus, imo potius abuſus apud quaſdam nationes inoleuerit, eum certe ex pietate primò ortum eſſe ſuſpicor. Sed ſicut in rebus humanis nihil eſt ſtabile, ſed omnium rerũ viciſsitudo conſpicitur, qua etiam optima quæque non raro à primitiua inſtitutione degenerant, & ad deteriora paulatim labuntur, ita etiam operibus pietatis ſæpe abuſus, & abrogandæ conſuetudines irrepunt, ſicuti & in hac indigna cadauerum arreſtandorum conſuetudine eueniſſe meritò dolemus. Nam quum olim homines immodica hac religione, atque pietate ducti, in ſingulis pagorum eccleſijs, per quas defunctorum cadauera, ad locum ſepelitio-

ſepelitionis deferebantur mortuos depoſuiſſent, vt paſtores illic cum clero preces ſuas, ad Dominum pro defunctorum ſalute effunderent, cœpit hæc conſuetudo voluntaria ita inolere, vt ex ea tandem neceſſariam legem conſtituerent, & ad neceſsitatem, atque adeo ad iura eam conſuetudinem violentè pertraherent, quum tamen paucorum volũtaria pietas, nullis legem præſcribere, aut poſsit aut debeat.

De 11. eſt in argum. l. Executores C. Quæ res pigno. ob. poſſ. cum Authentica ſeq. Bertach. in tractatu de gabell. 2. par. 8. par. q. 5. Atque hæc largè intelligenda ſunt, ſic vt non ſolum pro debito priuato arreſtari non poſsint, quum ne pro tributis quidem, imo ne pro Regis quidem denarijs ea arreſtari debeant, teſte Rebuffo ad Conſtitut. Regias. Tomo. 1. articu. 2. gloſſ. 1. nume. 101. Ne abductis ex agro aratris, ipſa arua ſquallere contingat, iuxta hunc verſum,

Arua ne linquantur proiectis ſqualida aratris. Et quamuis leges ea de re loquentes, de pignoribus & executionibus loquantur, paritas tamen rationis efficit, vt etiam de arreſtis, quæ vllam executionis (e) formam continent, intelligantur. Per eas enim arreſtationes prædicta ruſticorum arma arreſtari non poſſunt, etiam ſi tales ruſtici nihil aliud (f) poſsiderent: teſtibus Pet. & Alberi. ad d. l. Executores. Quare audiendi hic non ſunt, qui contrarium opinantur: & male aſſerunt. Primo, Hyppol. ſibi contrarius, ad Rub. ff. de fideiuſſorib. q. 17. num. 102. deinde Gomeſius ad. §. Item Seruiana, inſtitut. de actionib. Nam hi non tam quid ex iure fieri conueniat, quam quid vſu obſeruatum eſt, conſiderant. Sed quia hic vſus, imo potius abuſus, peſsimus eſt, & iuribus contrarius, & Reipubl. pernicioſiſsimus, ideo nulla quoque ratione ſeruandus. Reipublicæ enim ſalus, vigor & floreſcentia potiſsimum ex agricultura dependet, adeo vt hac ceſſante, non ſolum agri, verum etiam ciuitates omnes, atque adeo totum etiam regnum langueat & pereat neceſſum ſit. Quare talis arreſtandorum animalium, aut armorum ruſticorum abuſus, plane tollendus eſt, iuxta text. in cap. finali. de treuga & pace, vbi text. ait: Ruſtici euntes & redeuntes, vel in agricultura exiſtentes, & animalia quibus arant, & ſemina portant ad agrum, congrua ſecuritate lætentur. Qua de re multa etiam extant apud Mathæum de afflict. ad conſtitut. Neapolit. conſtitut. incip. Ab officialibus, colum. finali.

De 12. eſt text. in l. Qui cum alio. ff. de reg. iur. Bald. ad l Si is à quo. §. Si ſemel ff. vt in poſſ lega. & l. Creditores. ff. de priuileg. credito.

De 13. Indecorum imo inhumanum videtur, quod aliquis pro minimo debito arreſtari poſſet, qui ne pro debito quidem minimo ſuſpectus dici poteſt. Romanus ſingular. 96. incipient. Dic mihi quod non poteſt &c. Baldus ad Authenticam. Sed iam neceſſe. C. donat. ante nupt.

Hanc quoque ſiſtendi, ſiue arreſtandi materiam non minus clarè quam ſuccinctè tractat, & reſoluit. D. Petrus Peckius Ziricæus. I. C. & ordinarius iuris profeſſor Louanienſis in ſua ſuccincta explicatione, de iure ſiſtendi & manuum iniectione, quam vulgo arreſtationem vocant. Cap. 5. numeris. 1. 3. 4. cum ſequentibus.

ANNOT-

Digitized by Google

ANNOTATIO.

(a) AB ORDIN. REG. in tract.de liter. obligat. Secundum autem quod hic ſequitur id declarat idem Reb. in adducto tract. de priuil. ſchol. priuil. 77. quatuor modis, vt apud eum ibidem & Menoch de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 5. caſu 481.

(b) MVLIERIBVS. latè Grammat. deciſ. 33. num. 9. & ſeqq. Gomeſ. ad l. 62. Tauri. Soarez recep. ſent. theſ. in lit. M. num. 254. cum ſequen. exactiſſ. Menoch de arbit. iudic. lib. 2. quæſt. 83. num. 10. cum ſequentib. ſecus tamen in ſenibus; quanquam mulieribus hos æquiparet gloſſ. 1. in l. ad egregias. ff. de iureiurand. ibidemque Iaſon num. 9. & 10. multaque habeant priuilegia in corpore clauſa; vt ex præiudicio ſenatus ſui, latius probat Oſaſc. deciſ. 123. Et perſonæ egregiæ mulierem æquiparari tradit, poſt Menoch. de arbit. iud. lib. 2. caſu 70. nu. 13. Milanenſ. Sicil. deciſ. 4. num. 110. in fin. lib. 2. Sed hoc facile refellitur vel ex his Taciti lib. 2. annal. verbis: Cæterum Vrgulaniæ potentia adeo nimia ciuitati erat, vt teſtis in cauſa quadam quæ apud ſenatum tractabatur, venire dedignaretur: miſſus eſt prætor qui domi interrogaret: cum virgines Veſtales in foro & iudicio audiri quoties teſtimonium dicerent, vetus mos fuerit. Miſſum enim, ait, Prætorem, non tanquam ad egregiam perſonam, quantumuis etiam Veſtalis eſſet, ſed propter gratiam aut potentiam qua pollebat.

(c) SEPELIATVR. Et hoc impedire nequit creditor, etſi perſpicuo liquidi debiti inſtrumento muniatur, vt probat, poſt Felin. in c. ſicut Iudæi. ſub initio, de Iudæ. & Marſil. ſingul. 199. Gramm. (de his latiſſ. differens) iuſta deciſ. 82. receptumque, poſt alios etiam, aſſerit Soarez theſ. recep. ſent. in litt. C, num. 1.

(d) NON POTEST. Retinendam hanc receptam magis ſententiam, probat poſt acerrimam diſceptationem Royzius Lituan. deciſ. 3. ex num. 98. vſque ad 181. idem Boer. deciſ. 13. num. 51. accedit Rebuff. in l. 2. verſ. 2. non procedit. ff. de verb. ſignif. Grammat. Voto 10. num. 11. Leonin. conſil. 56. ſub num. 4. & pleno conſi. 34. vbi ad fin. poſt Felin. in adduct. c. Rodulphus. ſub nu. 14. tradit, in hoc propoſito eſſe paria, verè ciuem eſſe originarium, & natum eſſe alibi ex parentibus originarijs, & incolis.

(e) EXECVTIONIS. Molinæus ad conſuet. Pariſ. tit. 2. §. 52. gloſſ. 1. num. 2. Et executioni æquiparari arreſtum, ſcribit Mynſing. conſ. 66. ſub num. 15. In quibus autem æquiparetur arreſtum miſſioni ex primo decreto, tractat exactè Molin. in d. gloſſ. 1. num. 11. & ſeqq. vſque ad 41. & ibidem, quatenus cum ſequeſtratione conueniat arreſtum: de quo & Mynſing. d. conſ. 66. in 3. q. latiſſ. Schurpf conſ. 15. & conſi. 27. cent. 3. & de omnibus iſtis Gaill. tract. de arreſtis imperij, præſertim cap. 1.

(f) NIHIL ALIVD. Idem Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 4. caſu 378. num. 10. latius hæc explicans, extendens, & reſtringens.

Arrogatio, Legitimatio.

Arrogatio Legitimationi æquiparatur, (a) ſic vt de vna ad alteram rectè argumentari liceat, vt patet per Bart. in l. Gallus. §. Nunc de lege. ff. de liber. & poſthu. Quia ſicut legitimus, aut legitimatus conditionem patris ſequitur. l. Cum legitime. ff. de ſtatu homi. gloſſa in l. 1. ad verbum. Parentib. ff. ad municipales: ita quoque (b) adoptiuus, & arrogatus, vt patet per l. Ordine, eod. titu. Item ſicut pater ſuo teſtamento aliquid legitimatis relinquere poteſt, (c) ita etiam ijs quos arrogauit, (d) teſtamento relinquere poteſt. l. Iubemus. C. de natural.

tural.liber.Iaſon plura ad Rub.ff de libe. & poſthum.num.7. Attamen Bald in l.Si te.C.de ſuis & legi. videtur tenere,quod hoc argumentum in iure noſtro nõ ſatis ſit validum Quem etiam ſequitur Alex. conſil.2.lib 1.& conſi.107.lib.2. Et Socin. conſi 296. Quod etiam argumentum latius diſtinguitur,diſputatur,& opinatur per Ludouicum Romanum in ſuis conſilijs,conſilio 194.incip.In propoſita concluſione &c. in 4. dubio. Quin & eandem ſententiam tenet D. Carolus Ruinus in ſuis conſilijs conſilio 71.nu.3. in ſuo tertio conſiliorum volumine.

ANNOTAT.

(a) AEQVIPARANTVR. Martin.Laudenſ.conſ.53.ſub num.8. Bald.conſ.104.ad fin.lib.4.Dec.conſ.150.ſub num.4.Card.Put.deciſ.111.num.3.in fin lib.2. latè Signor.conſil. 39.num.5.Hotoman.conſ.10.verſ. & ex his.lib.1.Roland,conſ.88. num.15.16.& 17.lib.1.& conſ.96.num.29.& 44.lib.3.Tiraquel ad l.ſi vnquam.in verb.largitus num.285. C. de reuoc. donat.vbi num.ſequen.poſt Alexan.in adducto conſi.2. ſub num.16.verſ.non obſtat 2. Dec. conſ.366.ſub.num.7. alioſque probat, legitimationem potentiorem ac fauorabiliorem eſſe. quemadmodum & Iaſon in §.prætor ait.ſub nu.13.l.quique litigandi. ff. de in ius vocan. Roland.d conſ.96.num 30.& 45.Couarr.de ſponſal.& matrim.part.2.cap.8. §. 10.ſub num.5. Aliudque diſcrimen commonſtrat ibidem Tiraquel.ad verb.liberos nu.89. & ſeq. ex ſententia Alexand.in d.verſ. non obſtat. 2.quod difficilius legitimatio quàm adoptio impetretur,& reuocetur.

(b) ITA QVOQVE. latè poſt gloſſ.Bart.alioſque,in l.filios.C.de municipib.& originar.lib.10.& Bald.in l.ſi non ſpeciali.num.6.C.de teſtam.Marcus quæſt.880.lib.1.Sic item reſcripto legitimatum,perinde ac adoptiuum, patri & agnatis, quamuis non conſentientibus agnaſci,etiam quoad ſucceſsionem eorum,probat Caſtrenſ.conſ.34.nu.12.lib.2. Marc.(aliud in arrogatione docens)quæſt 881.num.3.lib.1.Dec.conſ.307 ſub num.13.& ſeq.conſil.316. num.7.conſ 365.ſub num.5.& conſ.366.nu.2.alijque quos refert Tiraquel ad d.l.ſi vnquam. in verb.liberos.num.83.Roland.(commune probans)conſil.67.num.24.cum ſequ.lib.3. latè Pariſ.conſ.1.num.33.& conſi.5.num.11.lib.2.Decian.conſil.42.ſub num.15.lib.1. & conſil.1. ſub num.163.conſi.38.num.7.lib.3.Soarez recept.ſenten.theſ.in lit.L.nu.116. & poſt Crauet. conſ.138.num.4 alioſque Couar.d.cap.8.§.10.num.2.explicans intelligendum id, in vera legitimatione,non in diſpenſatione: ſecundum ea quæ dicemus hic inferius,ſub tit.legitimatus. ad verb.loquuntur.

(c) RELINQVERE POTEST. Imò debet, cùm alioquin rumpant teſtamentum,vt communem teſtatur Alex.conſi.139.num.1.lib 1.conſ.vltim.ſub num.9. lib 5. & in adduct. rub.de liber.& poſthum.num.3.Gomeſ.ad l.9.Taur.ſub num.66.& ad l.24.ſub num.1. verſ. 8.& principaliter.Dec.conſi.264.num.1.conſi 257 ſub num.2.conſi.275.ſub nu.4. conſ. 288. ſub num.2.conſi.365 ſub num.7.& conſ.ſeq.ſub num.5.Roland.d.conſi.67.nu.20. cum ſeqq. & d.conſi.96.num.54.Pariſ.conſi.7.num.2.lib.2.& conſi.55.num.2.lib.3.Clar.lib.3.§.teſtamentum.quæſt.84.& poſt eum alioſque Soarez recept.ſent.theſ.in litt L.num.101.& num. 123.Cephal.conſ.276.num.4.copioſiſſ Burſat.conſi.15.num.2 & ſequentib.Viui.deciſ.213. num.3.& ſequentib.Decian.conſi.1.num.85.conſi 19.ſub num.2.& 74 cum ſeq. & conſ.37. ſub num.7.& ſeq.lib.1.Tiraq.ad d.l.ſi vnquam.in verb.liberos.num.81. vbi num. 80. legitimatum poſthumi vicem obtinere tradit.idemque Decian.conſ.88 ſub num.3.lib.2.qui ibid. num.5. addit, etiam legitimatum inſtitutionis titulo legitimam conſequi debere. idemque Roland,d.conſ.96.num 51.poſt Fabr.num.26.& Iaſ.nu.14.in authen.nouiſsima. C. de inoff. teſtamen. Bero.conſi.57.num.40.conſ.136.in princ.& conſ.172.num.37.lib.2.Ruin.conſ.67. num.16.

Digitized by Google

nu.16.& conſ.84.nu.5.lib.1.Pariſ.d.conſ.7.ſub nu.3.& d.conſ.55.ſub nu.3. Cephal.d.conſi. 276.nu.5. Burſa.conſ.355.ſub nu.10. Couar.d.c.8.§.8.n.2.vbi limitat in eo qui diſpenſatione effectus eſt legitimus.idemq; Ceph.conſ.442.nu.37.Rip.conſ.19.nu.6. de ſubſtit.in nouis.& poſt Alex.d conſ.vlt.nu.9.in fin. Pariſ.d.conſ.7.n.7. alioſque Sfort.Odd.conſ.1.nu.49.lib. 1.Decian.d.conſ.19.nu.69.& d.conſ.38.præſertim,nu.73.ad fin.Burſa.conſ.390.ſub nu.64.

(d) ARROGAVIT. Debet ſimiliter relinquere legitimã,vt probat Decia.conſ.120. nu.8.& ſeq.lib.3.Menoch.lib.4.præſum.89.nu.33.& poſt Iaſ.in Rub.C.de poſthum.hæred. inſtit.nu.1.Burſa.conſ.247.num.12.vbi nu.17.ſecus in adoptato ab extraneo tradit, ſecundũ l.cum in adoptiuis C. de adopt. idemque Decian.conſ.19.num.71. conſ.34.num.12.lib.1.& conſi.126.num.9.lib.3.vbi duplicatur. Martin Laudenſ.conſi.53.num.2. Dyn.tract.de ſucceſſ. ab inteſtat.num 9. Bolognin.in addition.1. ad Mathæſill.de ſucceſſ. ab inteſtat.num.19. Tiraquell.in d.verb.liberos.ſub num.8.& 20.

Arrogatio, & Adoptio.

ARrogatio, & Adoptio fere ſunt paria, niſi (a) quod arrogetur is, qui ſui iuris eſt, adoptetur vero qui in aliena poteſtate exiſtit. Hanc tamen differentiam D.Paulus confundit,& adoptionem legitimationi (quantum ad hæreditatem vitæ æternæ) æquiparat, cum ait: Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus: Abba pater. Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filij Dei. Si autem filij & hœredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti, Roman.8. Idem ferè innuit ad Galat.4. Miſit Deus, inquit, filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret,vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniã autem eſtis filij Dei,miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamantem: Abba pater. Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius, quod ſi filius & hæres per Deum, &c. Ex his Pauli verbis apertè monſtratur, quod Chriſtus ſit naturalis & legitimus Dei filius, nos vero adoptionis filij,Deinde quod Dei mira bonitas adoptiuos habeat pro legitimis,nempe quod ad conſequendam vitæ æternæ hæreditatem,nos adoptiuos, cum Chriſto filio ſuo legitimo, verè cohęredes & pares faciat.

ANNOTATIO.

(a) NISI. Differunt & in alijs,vt pulchrè tractat Connan.lib.2.commen.c.15. Matthęſil. de ſucceſ.ab inteſt.in 3.membro. 1.art. ibidemque apoſtill. Mart.Laudenſ.conſ.53.num.1.& ſeqq. Marc.q.881.num.1.2.& 3.lib.1.

Arrogationem quoque,& adoptionem,cum parificationis ſeu vnionis prolium contractu comparari,auctor eſt Gail.lib.2.obſeru.125.nu.6.dum(ex præiudicio Imp.Cameræ)aſſerit, conſuetudines & ſtatuta de prolium vnione,eatenus de iure ſubſiſtere, ſi ad vnionis contractum,exactam cauſæ cognitionem requirant,certaſq; ſolennitates præſcribãt;vt ſcilicet ante vnionis contractum,præſentibus tutoribus vel curatoribus,& conſanguineis,imprimis excutiatur quæ facultates ſint eorum,quorum nomine parificatio prolium petitur, vt ex earũ cõparatione æſtimetur,an ea vtriſque ſalubris ſit futura; idque apud magiſtratum loci & cõpetentem iudicem,cauſa cognita fiat,quemadmodum in arrogationibus & adoptionibus receptum eſt,per textum in l.2.Cod.de adopt.in l.nec ei.§.& primum.ff.eodem.in §.cum autem inſtitut.eodem.cum ſimilib.vt per eum latiſsimè. Meminitque ſimilitudinis ſiue æquiparationis huiuſmodi Fichardus conſilio 74.numero 8.& ſequent.libro 2. qui de hac vnione agit etiam conſilio octuageſimo octauo, libro 1.vt & Cantiuncul. conſilio 26. Hartmano. titul.

 36.obſer.

36. obſeruat. 4. in fin. & poſt hæc à me ſcripta viſus, integro tractatu Iac. Rick. vbi cap. 9. colligit 15. differentias & 33. ſimilitudines quod præuia huiuſmodi argumentorum cognitione, vel mediocriter eruditus concinna deriuatione, per ſe facilè poterit.

Auia.

A*Via, mater, ſoror, & nutrix æquiparantur,* (a) quoad accuſandum tutorem de ſuſpecto. Ad hoc enim ex pietate mouentur. l. 1 §. Conſequés. ff. de ſuſpect. tuto. Quin & omnibus patet accuſatio ſuſpecti tutoris. Imo & mulieres ad accuſationem ſuſpecti tutoris admittuntur, ſed hæ potiſsimum ſolæ, quæ pietate neceſsitudinis ductæ ad hoc procedunt, quales ſunt (vt dixi) mater, nutrix, auia, ſoror, & ſi qua alia ſit mulier, cuius perpenſam pietatem prætor intelligat. Item, pares ſunt, quoad teſtimonium ferendum. Nam ſicut mater, auia, & ſoror non ſunt idoneæ teſtes, pro filio, nepote, aut fratre, vt eſt in l. Parentes. Cod. de teſtib. c. Super. & c. In literis, extra eod. ita quoque & nutricis teſtimonium eſt ſuſpectum, (b) vt habet Baldus ad d. l. Parentes. Et Lanfrancus ad c. Quoniam contra, de probat. Ad ætatis (c) autem cõprobationem validum eſt nutricis teſtimonium. Bartol. in l. de tutela. C. de reſtitut. in integ. Item, ſicut frater non poteſt vxorem ducere ſororem ſuam, ita quoque nutritor (d) non poteſt de iure ciuili accipere vxorem ſuam alumnam quam pro filia adoptauit, educauit & ſemper habuit. Nam quia talem intentione ac pietate vt germanam filiã ſemper habuit, ideo nec eam magis quam veram ac naturalem filiam ſibi in matrimoniũ adiungere potuit, de naturali enim filia & adoptiua quantum ad matrimonium, iura ciuilia paria cenſent. l. Si quis alumnam & ibi Bald. cum aliis. C de nupt. Verum an hæc obſeruentur, an non, deinde quid ratio, quid vſus, quid ius canonicum hic permittat non diſputo, ſed quid ius ciuile ſtatuat explico.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARANTVR. Tiraq. ad l. ſi vnquam, in verb. liberos ſub num. 73. C. de reuocand. donat. qui ibidem ex num. 49. vſque ad 56. infinita propè priuilegia, & ſpecialia fauore nutricum & alumnorum conſtituta congeſsit: multa etiam Decian. tractat. criminal. lib. 3. cap. 14. num. 5.

(b) SVSPECTVM. Decian. d. cap. 14. num. 5. in fin. Tiraq. vbi ſupra, ſub num. 54. latiſſ. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 2. caſu 101. vbi poſt relatas circa hanc rem. 4. opiniones, eorum ſententiæ ſubſcribit qui hoc iudicis arbitrio relinquunt. vti & nouiſſ. Maſcard. de probat. concluſ. 1120. num. 3.

(c) AETATIS. Maſcard. d. concluſ. 1120. num. 4. & concluſ. 1062. num. 41. Sfort. Odd. tract. de reſtitut. in integ. parte 2. quæſt. 37. artic. 4. num. 40. Eſt enim difficilis probationis ætas, adeoque ad eam probandam etiam matris teſtimonium admittitur, vt ex l. etiã ff. de probat. aſſeuerat poſt Crauett. de antiq. temp. 8. partic. 1. partis princ. incipiente, vidimus & abundè num. 35. Menoch. de arbitrar. iud. lib. 2. caſu 116. num. 2. & 3. Cephal. conſ. 435. num. 10. Maſcard. vbi ſupra. num. 47. cum ſeq. communemque ait Viui. deciſ. 184. ad fin. videatur tamen & Alex. conſ. 29. num. 11. lib. 7. & Odd. d. quæſt. 37. artic. 5. qui fœdere diſtinctionis, opiniones hac in re contrarias, pulchrè conciliat, idem omnino in teſtimonio patris, conſanguineorum, & amicorum, quod in matris, docens; vti & Maſcard. d. tract. de prob.

Digitized by Google

prob.concluſ.668.num.10.cum ſeqq.& concl.1086.nu.1.cum ſeqq.

(d) Nvtritor. educatores hos loco parentum haberi, eiſque æquiparari, comprobat latè Decian.conſ.2.num.21.cum ſeq.lib.3.& d.cap.14.ſub d.num.5. Menoch. d. caſu 101. ſub num.4. poſt Alciat.in l.vlt.num.5. C. de in ius vocand. vt hinc ijs priuilegia illa ſint collata, ſecundum eos. Sic item pædagogum, Magiſtrum, nutricem, & alumnum æquiparari alijs ſanguine coniunctis, notat ex illo textu, Angel. in §.eadem lege, verſ. iuſtæ autem cauſæ, inſtit. quib. ex cauſ manum. non lic. quem ſequitur Boër.deciſ.313.ſub nu.4. latè Decian.d.conſ.2.ſub num.21. & d.cap.14. ſub d.num.5.& num 6.7.& 8. vt & præceptorem parenti æquari ſcribit, poſt Cagnol.in l.2.§.fin.num.592. ff.de origin.iur. Pinelus ad l.1. parte 3.ſub num.62.verſ.nec cauſa illa. C.de bon.mater. Sichard.in l.parentes. ſub nu.3.C.de teſtib.Zaſ. in l.generaliter. ad fin.ff.de in ius vocand.latè Menoch. de arbitrar. iudic.centur 5.caſu vltim.num.5.& ſeq.apud quos varios effectus videre eſt. Socerum quoque parentis locum obtinere, habet text. in l.quia parentis. ff.ſolut. matr.& effectus ſunt apud Iaſ.in l.tranſactionem. ſub num.2. C.de tranſact. Grammat. conſ.45.ſub num.15. in crimin. Roland.conſ.18.num.28.lib.2. Cephal.conſ.325. num.64. & conſ.492.num.15.cum ſeq.Maſcard.de probat.concluſ.1357.ſub num.52. Vinc.deciſ.366.ſub num.4. Decia. conſ.5.num.103.lib.1. Menoch.conſ.23. num.27. Viui. deciſ.376.num.8 Videatur ad hæc omnia, poſt alios, etiam Iaſ.in §.pœnales. ſub num.75.& num.78. cum ſeqq. ibidemque Zaſ. verſ. item collige ex textu quod parentes. inſtitut.de action. Quin & patria æquiparatur parentibus, per l.veluti.ff.de iuſt it.& iur. Iaſ. in d.§ pœnales ſub num.69. Schurpf conſ.92.ſub nu.2.centur.2. Odd.de reſtitut.in integ.part 1, quæſt.18.artic.1.& 2.num.8.& ſub num.9.vbi fallit in reſtitutione in Integrum. & quomodo aliàs procedat hæc æquiparatio, docent poſt alios commemoratos, Alex. ſub num.6.& Iaſ.num.26. in l.ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus ff.de verbor.oblig. vt & plurimos huius æquiparationis effectus congerit Crauett.conſ.657. num.6.cum ſeq.& poſt Anchor.conſ.75. num.3.& conſ.169. ſub num.2. alioſque, Decian. conſ.2.num.116.cum ſeq.lib.2. & conſ.48.num.12.& ſeqq.lib.3.& in tract.crimin.lib.7.ca.19. numer.38.Luc.de penu.in l.in filijs, ad verb. Retinendis. C.de decurio.lib.10. & in l.vnica. verſ.& not. C.ſi curial.relict.ciuit.eodem lib.10.vbi ſecundum Fab.etiam tradit, paria eſſe parentibus parare venenum & tyrannidis inire conſilium. Quomodo autem princeps dicatur communis omnium pater, vt in auth. Neque, vir quod ex dot.collat.8.ad fin. tradit poſt Luc. de penu. in l.vnica, ad verb. iudicio C. de ſuperind.lib.10. & in l.qui conditioni verſus finem.eodem lib.alioſque latè Roland. d.conſ.18 num.18.& ſeqq accedit Caſtrenſ. conſil.313. num.1.& ſeqq. lib.1.

Bannitus.

B*Anniti æquiparantur relegatis.* (a) Vti placuit Vdalrico Zaſio. in l. Ad cognitionem. Et in iuncta gloſſa vltima, in verbo: Bona veneunt, quæ hoc ipſum pulchre ibidem explicat. ff. Quib. ex cauſ. in poſſeſ. eatur, quam gloſſam notant Barto. & Ang. alibi ad. §. Relegati, Inſtitut. Quib. mod. ius pat. poteſ. ſoluitur. Quod autem exilio temporario banniti dicantur relegati, vel ex eo patet, quod cum effectu conueniri non poſſunt, ſicuti veri relegati, quia ambo ſunt exules. Atque ideo contra ambos petitur, & decernitur immiſsio bonorum, niſi ſit, qui eos abſentes defendat. Bartolus tamen in tractatu de bannitis, numeris. 5. & 6. multis argumentis oſtendit, bannitos neque deporta-

Digitized by Google

tatis, neque relegatis (b) per omnia æquiparandos, ob id quod relegato non detur reuertendi licentia, niſi à principe. l. relegati. ff. de pœnis, in fine: banniti vero etiam à ciuitate ſua reſtitui poſſunt. Item, relegatus habetur infamis, bannitus autem non item, vt ibi latius per eum. Æquiparantur banniti deportatis, (c) id eſt, perpetuo exilio mulctatis, de quo multa ſcripſit Bartol. in quæſtione ſua, quę incipit: Lucanæ ciuitatis ſtatuto cauetur, &c. Ad quam quęſtionem iuris ſtudioſos prolixitatis euitandę cauſa, remitto. Nec non D Bartholomeus à Chaſſenęo in ſuis commentarijs Conſuetu. duca. Burgund. *des confiſcations.* Rubrica, *Qui confiſque le corps.* §. 1. fol. 90. numeris, 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. vbi admodum abunde tractat & examinat materiam exulum ſiue bannitorum, videlicet. Banniti qui dicantur? Bannum quid, & quotuplex? quid ſit bannum ſiue exilium, quod deportationi comparatur. Bannum vnde dictum? Qui dicantur banniti noſtri temporis? Bannitorum differentia? Banniti ſimiles deportatis? Bannitus imperij æquiparatur (d) deportato? Banniti Gallię non poſſunt impunè offendi? Exules (e) æquiparantur deportatis? An bannitus mortuus, poſſit ſepeliri in ſepulchro maiorum ſuorum? Quem per ocium & occaſionem etiam videre poteritis.

ANNOTATIO

(a) AEQVIPARANTVR RELEGATIS. Alex. conſ. 116. ſub nu. 1. ibidemque apoſtill. lib. 2. Natt. conſ. 472. nu. 19. Et hanc æquiparationē banniti cū relegato potius (tanquā potentiori nomine, & in qualitatibus magis cōueniente) quā cū deportato, multis confirmat Signor. de homod. conſ. 119. ſub nu. 12. & ſeq. cōmuniterq; approbari teſtantur quos refert Clar. ſent. lib. 5. § fin. q. 71. ſub nu. 12. Oſaſ. deciſ. 105. n. 9. quamuis perperā vtrobique inter eos citetur Alex. ad l ex facto. §. ex facto. nu. 7. & ſeq. ff. ad Trebel. cùm ille ibidē diſtinguat, quemadmodū & in conſ. ſuo 23. nu. 9. lib 1. & Menoch. conſ. 271. nu. 3. & 13. conſ. 492. n. 23. & conſ. 603 ſub nu. 11. cōmunem hanc aſſerens poſt Corn. conſ. 55. n. 14. & ſeq. lib. 2. vt ſi ex ſtatuto impunè poſſit offendi bānitus æquiparetur deportato, alioqui verò relegato. Crauer. tamen conſ. 941. ſub nu. 40. & ſeq. auctoritate Alex. in d. §. ex facto. Corn. d. conſ. 55. aliorūq; ſcribit, eo demum caſu bannito deportatū parē eſſe, quo & impunita offenſio & bonorum publicatio cōcurrunt: quod voluit & Burſ. conſ. 54. n. 1. & ſeqq. Alij verò aliter diſtinguunt, vt per Alex. d. conſ. 116. nu. 3. & ſeqq. Pariſ. conſ. 157. nu. 19. lib. 4. & latiſſ. Clar. qui ſupra.

(b) NEQVE RELEGATIS. Idem Clar. qui ſupra, aſſerens tertiam quandā eſſe ſpeciem de per ſe, in qua ſtandū ſit, vel doctorū in ſpecie banni deciſionibus, vel conſuetudini. Rectius verò Oſaſ. d. deciſ 105. ſub nu. 9. explicat hanc ſpeciē iudicari tanquā excedens & exceſſum, vt ſi quis ob delictum publicum plenè probatum, perpetuò à patria exulet, cum publicatione bonorum, horum reſpectu magis comparetur deportatis: ſi verò ſimpliciter exulet ſine bonorum confiſcatione, propter contumaciam dumtaxat. vel ob aliquod crimen quod pecuniariam tantummodo pœnam mereatur, relegatis magis conueniat, idque ſecundum opinionem auctoris noſtri, de qua etiam habetur hîc inferius ſub titulo. exilium. idemque magis ſentire videtur Odd. de reſtitut. in integrum part. 1. quæſt. 7. artic. 3. num. 12. & 22. Soarez recep. ſent. theſaur. in litt. B num. 1. & 4. quanquam aliud etiam ſentiat Alciat. in l imperium. num. 134. ff. de iuriſdict. omnium iud.

(c) DEPORTATIS. Guid. Papæ deciſ. 437. nu. 3. Baro. ad inſtitut. tit. quib. mod. ius pat. poteſt. ſoluit. commentar. partic. 2. Coraſ. ad l. qui liberos. num. 110. ff. de rit. nupt. & ad l. 2. num. 6. ff. ſolut. matrim. Crauet. conſ. 220. nu. 13. conſ. 224. ſub num. 1. & conſ. 697. num. 2.

Viui.

Digitized by Google

Viui.deciſ.391.ſub num.4.Odd.conſ.45.nu.18.lib.1.& d. artic.3.num.12.& ſeq.(dicens hoc regulare in materia indifferenti) Grammat.vot.19.ſub nu.10. (aſſerens hoc maximè procedere, quando quis bannitur pro crimine cuius pœna de iure communi eſt deportatio : multis huiuſmodi opinationi reclamante Crauetta d.conſ.941.nu.42.& ſequentib.) alios etiam huius opinionis auctores laudat Clar.in d.§ fin.q 67.ſub nu.8.Oſaſc.d.deciſ.115.nu.3. quæ eò probabilior etiam videri poſſet, quod excommunicatis comparentur banniti, c.1.in princ. tit. hic finit. lex.in vſ.feud. Signorol.d.conſ.119.num.3. Ceraſ. in d.l.qui liberos.num. 111. & in d.l.2.nu.7.Odd.d.tractat.de in integ.reſtitut. part.1.quæſt.7.artic.2.num.3. & art. ſeq. num.24.& quæſt.30.articul.4.num.22.extenſiſſ.Gaill.de pace public.lib.2.cap.1.num.26.& c.12.nu 22.excommunicati autem æquiparentur deportatis, ex ſententia gloſſ. & doctor.in §.minor.inſtitut. de cap. diminution. Coraſ.vbi ſupra, Mudæi ad l.actione.§. publicationi.in fin.ff. pro ſoc. Verum enimuero prædictam opinionem communiter reprobari teſtatur Ancharan.conſi.275.ſub num.1.verſ.in contrarium.Clar.d.quæſt.71.ſub num. 12. Et comparationem excommunicati cum deportato à Bart. etiam traditam in l.ſi quis arbitratu. ſub num. 22. ff.de verborum oblig. reprobat ibidem apoſtill.adeo vt Vant de nullit. ex defectu iuriſd. deleg.num.65.ſcripſerit,relegatum ſeu bannitum excommunicato æquiparari. Verū tametſi in aliquibus bannitus à pari procedat cum excommunicato , non tamen in omnibus æquiparantur, vt poſt Panor.in c.paſtoralis.§.verum. n.19. de appel. & Bald.multas inter vtrumque differentias commemorantem,in l.1.num.17.C.de hered.inſtit.tradit Menoch.de arbit. iud. lib.2 cent.5.caſu 432.num.33.addens ex ſententia Bald.in d.l.1.ſub num.4.æquiparationem banniti & excommunicati eam videri præcipuam , quod ſicuti excommunicatus ab eccleſia eijciiur , ita bannitus à ciuitate.

(d) AEQVIPARATVR. Fichar.conſ.8.num.5.lib.1 Gaill.d lib 2.de pace publ.cap.1. nu.24.qui videatur de omnibus his,& ſimil.toto illo libro latiſſ.diſſerens, ac pariter Oldendorp.de iur & æquitate titul.15. Crauett.d.conſi.941.num. præſertim 40.& ſeqq. Mynſing. conſ.20.& conſ.ſeq.num.60.& ſeq.

(e) EXVLES. De his pulchrè etiam Duaren.libro 1.diſput.anniuerſ.cap.37. Menoch. de arbitr.iudic.lib.2.caſu 530.præſertim.num.1.vbi de reliquis latiſſ.

Baſilica.

DE *priuilegijs conſecrandæ Baſilicæ, vide infr. ſub tit.* Eccleſia, per totum.

Beneficium.

N*Vllum beneficium habere , & habere beneficium, ſed minus ſufficiens, paria ſunt.* c. Cum ſuper quæſtione , & ibi Panorm.num.5.extra,de conceſ.præbend.& in c.2. extra de tranſlat, epiſco. Et ideo quamuis regulariter nulli conceſſum ſit habere plura beneficia , adeo, vt ſi quis adipiſcatur alterum aut ſecundum beneficium , per eam impetrationem mox cenſeatur vacare primum, vt notatur in Clementina Gratiæ , de reſcript. cap.de multa, de præbend. tamen hæc regula fallit, quando vnum aut primum beneficium tam eſt tenue, (a) vt hoc ipſum poſſidenti ad victus rationem non ſufficiat , tunc enim tale primum beneficium non obſtabit, quo minus & alterum aut plura beneficia conſequatur & poſſideat,cap. Si cui, de præbend.lib.6.c. Cum adeo,de reſcript. Sed hac in re conſideranda eſt perſonarum qualitas. Nam nobiles, paſtores vrbani , prælatique eccleſiæ , & qui maiori authoritate ſunt præditi , pluribus egent

Digitized by Google

egent quam alij inferioris conditionis homines.c.Sanctorum.70.diſtinct. vnde gloſſa.in d.cap.Cum adeo.Vbi etiam dicitur, quod tunc beneficium dicitur ſufficiens, quando ipſi poſſeſſori, omnibus ſuis, quoſque ſecum neceſſariò habere debet, ad honeſtam alimoniam ſufficit.

ANNOTATIO.

(a) TENVE. Ita etiam beneficium eſſe tenue vel paruum æſtimandum, tradit Meno. de arbitrar. iudic. lib. 2. cap. 216. num. 13.

Beneficialis gratia.

GRatia beneficialis, *æquiparatur* (a) *vltima voluntati*. cap. Autoritate, de conceſſ. præben. lib. 6. Sicut enim in ſucceſsionibus hæreditarijs, defertur hæreditas ei, qui propinquitatis gradu alterum vincit, licet ex perſona alterius, ita & in beneficijs, quando plures ex diuerſis capitibus veniunt aut vocati ex perſona tertij, ille præfertur, qui ex perſona ſua beneficium obtinere non poteſt. Et ideo Philippus Francus dicit ſimpliciter, quod licitum eſt decidere caſum in materia beneficiali, per leges loquentes in materia vltimarum voluntatum, vt probatur per gloſſam & Doctores ad ca. 1. §. econtra, eodem titulo. Et per Bald. in. l. 2. §. Sed & ſi quis. 5. colum. nu. 17. C. Commu. de legat. Vide etiam notata in cap. Quia cunctis, de conceſſ. præben. lib. 6. Et ſic per conſequens, gratia omnis (quia eſt fauorabilis) æquiparatur magis vltimæ voluntati, quam contractui, teſte Bald. in. d. l. 2. §. Sed & ſi quis, num. 17 Barto in l. Si quis arbitratu. ff. de verbor. oblig. Quam ſimilitudinem etiam probat Ioann. Monachus, Et Ioann. Andr. ibi, vt refert D. Geminianus. in c. Si tibi abſenti, colum. 4. verſicu. Sed quæro, de præben. in. 6. Atque ita tenet Petr. Paulus Pariſius, in ſuis conſilijs, conſilio, 119 in. 4. parte ſuorum conſiliorum. Sed in beneficialibus iſtud hoc loco notandum eſt, quod ſi gratia beneficialis ſumatur pro ipſa beneficij conceſsione, ſeu pro indulgentiæ, vel authoritatis largitione, tunc ſi ea ſemel conceſſa fuerit alicui per ſummum Pontificem, videtur quod poſt talis Pontificis mortem, ea gratia expirare (b) non debeat. Nam ſi cui ſummus Pontifex beneficium iſtud gratuitum contuliſſet, vt vel contrahere vel ordinare poſſet, etiam ſi neutrum viuente eodem Pontifice feciſſet, gratia tamen eiuſdem beneficij ſemel conceſſa, aut eiuſdem gratiæ vigor, adeo non expirauit, quin gratiæ, & beneficij eiuſdem vigore poſtea vel contrahere, vel ordinare (cum velit) poſsit. Vide de his etiam infra, Gratia papalis.

ANNOTAT.

(a) AEQVIPARATVR. Gomeſ in regul. cancellar. de infirmis reſignant. quæſt. 16. circa fin. Franc. Marc. quæſt. 136. num. 3. lib. 2. in nouis, Natta conſ. 647. num. 5. poſt Bald. in l. falſus. ſub num. 21. de furt. Decius conſ. 405. num. 2. Gigas de penſion. quæſt. 27. num. 5. & quæſt. 58. in fin.

(b) EXPIRARE. latiſſ. Marc. quæſt. 512. lib. 1. & d. quæſt. 136. ſub num. 2. & num. 6. ibidemque apoſt. Natta d. conſ. 647. ſub num. 4. poſt Alex. conſ. 107. num. 5. lib. 7. alioſque com-

que commemoratos, accedit Rolan. pleno conſ. 37. lib. 3. vbi in ſimilib. hoc exactiſſ. diſcutit.

Bona Pupillorum, & Eccleſiæ.

Pauperum, Pupillorum, Minorũ & Eccleſiæ bona æquiparantur, potiſsimum quo ad ſubhaſtationis requiſitionem. l. Finali, & Authentica, Hoc ius porrectum. C. de ſacroſanct. eccle Aymo. Crauetta conſilio. 325. (a) Et ideo ſicut vni ex his conceditur reſtitutio (b) in integrum per actionem læſionis in bonis, ita & alteri, vti teſtatur Ioann. Andr. in cap. 2 de reſtitut. in integ. Secundo ſicut bona vnius ſine certa ſolemnitate (c) diſtrahi, & vendi non poſſunt, ita quoque neque alterius bona. Vtrobique enim eadem eſt ratio & fauor idem. Tertio, Sicut præſcriptio ipſo iure contra vnum non eſt valida, ita nec valida eſt contra alterum. (d) Cardi. in Clementina Vnica. in 10. q. de reſtitu. in integ. Quarto, ſicut ſententia lata pro vno vel contra vnũ ſcilicet pupillum, per procuratorem non legitimè conſtitutum, eſt nulla. l. Non eo minus. Cod. de procura. ita quoque ſententia lata pro altero, (e) vel contra alterum ſcilicet eccleſiam, vel contra, etiã cenſenda eſt nulla, teſte Abbate, & alijs, in c. Cauſam, de Iudic. Et præſide in loco à minoribus ad eccleſiam, cum alijs locis ibidem ſequentibus, & l. Orphanotrophos. C. de epiſco. & cleric. & crebro citata. l. Et ſi ſine. ff. de minorib. 25. annis De his etiam memini in mea Subhaſtationum cõpendioſa exegeſi recens recognita. anno 1564. ca. 3. folio 168. verſo nu. 29. vti ibidem hæc videre, licebit. Quantum vero ad proprietatem, ſciẽdum eſt, quod Eccleſiæ bona, bona quidem ſint pauperum, non tamen ſic, vt quicquid Eccleſia poſsidet, id protinus ad pauperes pertineat, ipſiſq; mox id impartiri debeat, niſi fortaſsis in extrema, & deplorata neceſſitate, ſed tantum ob id, quòd ſola tertia bonorum Eccleſiæ pars pauperibus cedere debeat. Trifariam enim Eccleſiæ bona diuidi ſolent. Nam prima pars eaque præcipua, ceſsit Eccleſiæ miniſtris. vt ad Galath. 6. Communicet autem is qui catechizatur ei, qui ſe catechizat verbo, in omnibus. Secunda fabricæ. Tertia demum portio, eiuſdem Eccleſię pauperibus in neceſsitate relinquebatur. Porro ſi pauperum tanta eſſet neceſsitas, vt inedia perirent, cenſeo diuitum omnium loculos ad extremum eſſe laxandos, qui ſi non ſufficerent, tum etiam miniſtrorum, & fabricæ portiones eſſe concidendas, ne perirent fideles pauperes, pro quibus & Chriſtus ſuũ fudit ſanguinem, quique cum diuitibus eiuſdem corporis ſunt membra, & eiuſdem hęreditatis celeſtis ex æquò participes.

ANNOTAT.

(a) Consilio 325. Videtur allegare voluiſſe Crauet. conſil. 323. num. 3. Idemque voluit Bald. in l. ordo. ſub num. 4. C. de execut. rei iudi. & in margarita ſua ad Innoc. in verb. contractus 3. Roland. conſ. 33. ſub num. 14 lib. 1. Rebuff. ad conſtitut. reg. tomo 2. titul. de præconijs licitat. & ſubhaſtat. art. 4. gloſ. 1. ſub num. 31. accedit Alexan. conſ. 4. num. 5. lib. 3. Gabriel. recept. ſentent. lib. 6. reg. 2. tit. de pia cauſa, Menoch. conſ. 726. ſub num. 17. Marcus quæſt. 565. lib. 1. Portius ad Imol. lib. 5. reg. 7. copioſè Pinel. ad l. 2. parte 2. cap. 2. ſub nu. 25. & nu. ſeq. C. de reſcind. vend. Licet contrarium aſſerat etiam Socin. ſen. conſ. 15. num. 6. & ſub num. 48. lib 1.

(b) Resti-

(b) Restitvtio. Bald.conſ.465. num.2.lib.1. & conſ.381. num. 3. lib. 3. dicens pauperes æquiparari pupillis & minoribus, latè Odd. de reſtitut. in integr.part. 1. quæſt. 3. artic. 7. Reliqua dicentur inferius ſub tit.eccleſia 2.

(c) Solennitate. ſolennitates has & requiſita in alienatione immobilium minoris, tradit Imol.conſ.98.num.2.& ſequentib. Alex.conſ. 125.num.1.in fin.lib.1. Socin. d. conſ.15. Capyc.deciſ.113. Zaſ.conſ.21. ſub num.2.lib.1. Mynſing conſ.40.ſub nu.9. Schurpf conſ.76.nu.3.centur.2.& latius conſ.4.conſ 19 num.4.& 5.conſ.33.num.1.& 2. conſ. 74. & conſ.94.centur.3. Roland.conſ.99 num.4.& ſequentib.lib.1.& conſ.13.num.72.& ſequentib.lib.2.poſt Pariſ.conſ,98 99.& 100. lib.1.alioſque commemoratos,locupletiſſ. Viui deciſ. 22.& deciſ.25.præſertim num.6.& ſequentib. enumerat Reb.ad conſt.reg.tom.2.tit. de reſtit.art.2.gl 7.num.2.& conſ 144. Roland.d conſ.33 eumque ſequutus Menoch. de recuperand.poſſeſſ.remed.15.num,146.cum ſeq. & latius de arbitrar.iudic.lib.2.caſu 171. ex num. 5.vſque ad 29.& conſ.564.num.1.& ſeqq. In alienatione verò immobilium eccleſiæ tradit Bald.conſ.378.lib 3.Alex.conſ.17.num.4.& ſub num.6.lib.4 Dec.conſ 142. num. 4. & ſub num.5.Guid.deciſ.149. Roland.conſ.15.num 4.& ſequentib.lib.1. Imb.in enchir. verb. eccleſia. Capyc.deciſ.10.vſque ad num.6.& deciſ.105. Suares allegat. 21 in princip. Schurpf conſ.70.præſertim num.3.centur.2.VVeſenbec.conſ.59.Mynſinger.conſ.30.præſertim nu. 3.& ſeq. Couarr. variar reſol.lib.2.cap.17.num. 1.& ſeqq. enumerat Euerard. conſ. 74. latè Rebuſſ.& alij in tract. de alienat.rer.eccleſ.

d) Contra alterum. Idem in omnibus qui reguntur per procuratorem tradit Bald.in l.2.num.1.C.de curat. furioſ. quem ſequitur Alex.in l.ſi curatorem habens, ſub num.4. C.de in integr.reſtitut.minor.explicatque latiſſ. Balb.de præſcript.in 1.parte 6. partis princip.in 23. & 24.caſu,præſertim ſub num. 46. videatur etiam Tiraquel. tractat. de præſcript.§.1.gloſſ. 9. & 10.

(e) Pro altero. Mirum eſt quid hic, in mentem venerit auctori, quum econtrario text.in adducta l.non eo minus. Euerard.alijque citati, diſertè tradant, valere ſententiam abſque interuentu curatoris latam, pro minore,alijſque: aliter atque contra eos. vt & Salyc. in l.cum & minores num.10. C.ſi aduerſ.rem iudic. Marant.de ordin.iudicior.4.parte prin. diſtinct.16.num.35.& ſequentib. &, qui ex eo ſuppreſſo tranſcripſit Mynſinger. cent. 2 obſeruat.35.& ſeq. idemque Mynſing.conſ.45. ſub num.4. Gomeſ.ad l.54. Taur. ſub num. 2. Lepid.Luc.deciſ.57.ad fin.Menoch.conſ.561.num.7.cum ſeqq. copioſè Viui.deciſ.51.& latiſſ.tractat.Vant.de nullit.proceſſ.tit.de null.ex defectu inhabilitat.ſeu mand.num.20.& tit. qualiter ſentent.& proceſſ. null. reparari poſſ.num. 82. dum probat beneficium d. l. non eo minus extendi ad omnes qui tutoris vel curatoris auxilio iuuantur:prout & reliqua iuris beneficia. dum tamen ſint talis priuilegij capaces,nec diuerſa militet ratio; ſic vt cum furioſus & mente captus,iudicij reputentur omnino incapaces, quòad eos non procedat,vt apud eum latius & apud Tiraq. ad l.conuubial.gloſſ.8.quæſt.8.num. præſertim 68. 70. 71. & ſeq qui ibidem in varijs iuris articulis oſtendit, & tandem num. 87. generale & perpetuum aſſerit, quando in aliquo actu requiritur ſolennitas fauore perſonæ, valere actum abſque ea ſolennitate,ſi reperiatur vtilis tali perſonæ. ſequiturque Pinel. ad l.1.parte 3. ex num. 30. vſque ad 34. C.de bon.matern. Laurent. Auenion.deciſ 228,ſub num. 9.Vinc.deciſ. 296. latè etiam hac de re Grammatic.conſ.28.in ciuil. Menoch.conſ.655. num.9.& ſeq. & conſ.817. nu. 21. Soarez receptar.ſentent.theſaur.litt. M.num.182.cum ſequentib.aliter paulò ſentiens. vt & Vincent. iuſta deciſ. 35.Caualc.deciſ.30. num.decimo ſexto. & trigeſimo ſecundo. & deciſ. 46.num.3. cum ſequentibus.

Bona

Digitized by Google

Bona ciuitatum, Eccleſiarum.

B*ona ciuitatum æquiparantur (a) bonis Eccleſiarum*.l.vt inter diuinum.C.de ſacroſ.eccle. ex qua quidem lege in principio ſecundũ Iaſo. nota quod eccleſia & ciuitas ęquiparãtur & ad hoc quotidie allegatur ille textus, & intellige verum, quantum ad tres caſus poſitos ibidem in illo textu, alias æquiparatio non procedit. Et ſic nota. Quod idem ius datur rebus ciuitatum, quod rebus eccleſiarum, vt ibidem per gloſſam, in verbo, Priuata commoda, iunctis etiam ibidem allegationibus. Huius æquiparationis etiam meminit. D. Nicolaus Euerardi à Middelburgo, in ſuis reſponſis ſiue conſilijs, conſilio.71.pagina.224.

ANNOTAT.

(a) AEQVIPARANTVR. Roland.conſ.27.nu 16.lib.1.reliqua traduntur inferius ſub ti. Eccleſia.& reſp.

Bona ſua donare.

B*ona ſua donare, & bona ſua pro modico vendere, paria ſunt, & venditio rei magnæ facta pro paruo precio habetur (a) pro donatione, nec parui precij habetur aliqua conſideratio.* l. Apud Celſum. §. Si quis autem. ff. de except. doli. & Cynus in l.1.in vltima. q. Cod. de pact. Et propterea talis venditio reuocatur per ſuperuenietiam liberorum ſicut alia donatio. Bald.in d.l. 1. & extra de pact. in Rub.column.2. verſicu. Quæro an venditio. & Tiraquel in lib.de iudici. in reb. exig.ferend.verſ 84.

ANNOTATIO.

(a) HABETVR. exactiſſ. Tiraquell. ad l. ſi vnquam, in verb. largitus, nume. 2. & multis ſeq. C.de reuocat.donat.

Bona damnatorum.

I*n damnati bonis non eſſe, & eſſe in bonis damnati, ſed de eis quæſtionem moueri propemodum ſunt paria.* l. Si in cauſa, & ibi Rapha. Fulgoſ. num. 2. C. Quando fiſc. vel priuat. debito. ſui debito exigere poſsit, vbi text, Si in cauſa iudicati, quem tibi condemnatũ eſſe proponis nihil eſt, quod ſine quæſtione pignoris loco capi & diſtrahi poſsit, tunc debitores ipſius conueniri & ad ſolutionem authoritate iudicis vel præſidis compelli debent. Et quamuis generalis eſt regula, (a) quòd poteſt & debeat, fieri excuſsio in bonis principalis, hoc locum tamen non habet, quando non ſunt alia bona, quæ ſine cõtrouerſia (b) excuti poſſunt, quia in his excuſsio prius fieri debet. teſte Angelo. in Authent. de fideiuſſorib. §. Sed neque. Sed ſciendum eſt, quòd horum cauſa proceſſus contra tertium poſſeſſorem retardari non debeant, vt aſſerit Guid. pap. q. 432. Et Neguzantius in tractat. de pignorib. 1. membro. 8. partis. num. 44.

ANNOTATIO.

(a) REGVLA. de hac regula latiſſ. poſt Angel. & alios Iaſ. in §. item ſi quis, ex nu. 66. vſque ad 85. ibidemque aliqua per Zaſ. in verſic. inter hæc. Ferrarienſ. in forma reſponſ. libelli in actione hypothec. in gl. exceptionem excuſsionis. Pariſ. conſ. 50. nu. 40. & ſequent. lib. 1. Natta conſ. 521. Roland conſ. 9. num. 5. cum ſequentib. & conſ. 14. nu. 7. 8. 14. 15. 16. 17. & 18. lib. 1. VVeſenb. conſ. 10. præſertim ſub num. 34. & nu. ſequentib.

Digitized by Google

(b) CONTROVERSIA. Pariſ.conſ.103.num.12.lib.3. Roland d.conſ.14 num. 17.li.2.

Bona immobilia.

B*ona immobilia , & mobilia precioſa, quæ ſeruari poſſunt (qualia gemmæ, vel lapides precioſi) æquiparantur.* (a) *nempe quo ad ſolemnitatem adhibendam, & ad eorum alienationem faciendam.* Teſte gloſſ.in verbo. Tractatu in cap. Tua. & ibi Panorm. extra de his quæ fi. à prçlat. ſine conſenſ. cap. vide gloſſam in cap. 1. de reb. Eccleſ.non alienan.lib.6. & in ca. Is cui.de elect lib.6.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARANTVR. Felin.in cap.licet heli. ſub num.2.de ſimon.& in ca. fin. ſub num.3. de accuſat.vbi limitat quando immobilium mentio fieret per taxatiuam tantùm aut duntaxat. Tiraquellus verò de retract.proximit.§.1.gl.7.num.100.& ſeq. tradit procedere in caſibus expreſsis,quia in illis par ſit ratio; ſecus ſi diuerſa ratio ſubſit,vt ille ibidem latius commonſtrat.adeo vt Rebuff.ad l.mouentium. verſ.annuli verò.ff. de verb. ſignificar. contrarium iure regulari aſſerat. qui tamen ad conſtit.reg.tit.de reſciſſ.contract.art.1 gloſſ. 15.num.34.& 36. hinc aſſeuerat, quod licet in Francia (quemadmodum & apud nos in Brabantia) reſciſsio ex l.2.C.de reſcind. vendit. non concedatur pro rebus mobilibus , ſecundum gloſſ.& doctor.in d.l. 2. (malè tamen citatos,quum contra ſentiant , ſecundum Pinel. ibidem in 2.parte cap. 2.num. 17.) attamen ſecus ſit in mobilibus precioſis. quod probat & Papon. in areſtis galliæ, libr. 16, titul. 3.areſt. 7. & Molinæus ad conſuetudin. Pariſ. §. 22. ſub nume. 47.

Annuos quoq; reditus æquiparari immobilibus ſi perpetuò debeantur: ſi verò breui tempore ſint duraturi mobilibus, tradit Alciat.in d.l.mouentium.Fichard.conſ.48.num.10.lib. 1.Bened.Bon.tract.de cenſ.art 14.ſub num.32.& cap.15.ſub nu 39.voluitque Foller.in praxi cenſ.ad verb.huiuſmodi cenſ.num.32.Iac.Venent.tract.de ann præſtat.quæſt.39. latè commentat.ad conſuet. Pariſ.tit.2 §.57. num. 22. Idque procedit quoad reditus nondum ceſſos; nam reliqua,ſiue penſiones ceſſæ,fructibus à ſolo ſeparatis,adeoque mobilibus comparantur, vt Imbert.in ench.verb.bonorum differ. Bon.d.art.15.ſub num. 37. Foller.ad d. verb. huiuſmodi cenſ.nu.34.& ad d.verb. ſub num.24. & ſeq. tradit Alc. qui ſupra. & poſt alios Gaill. lib.2. obſeruat.10.num.3.voluit Venent.vbi ſupra, Decian.conſ.2.ſub num. 192.lib 1. Certum eſt autem,vt poſt alios probat Foller.Bon.& Euerard.conſ.232.ad 4.q.num.4.& Venen. qui ſupra,poſt Tiraq.in d.§.1. gloſſ.6.ſub num.3. reditus ipſos ex ſuaptè natura nec mobiles eſſe nec immobiles (vt ad quos actio tantùm competat,quæ nec ipſa propriè mobilis nec immobilis eſt,vt per eos ibidem Boër.conſ.3.ſub num.22.Pinell.in Rub,C.de bon. matern. in 1.part. nu.24.& ſeqq.Soar.rec.ſent.theſ.in lit.A.n 61.& in lit.B.nu.41.Odd.conſ.10.nu.8. lib.1.Peck. de teſtam. coniug.lib.5.cap.15.num.5.pleniſſ.Rebuff.in d.l.mouentium.verſ.ſed dubitari.cum ſeqq.Couarr.in cap.relatum in 2.num 1.de teſtam.& lib.2.var.reſ cap.2.ſub n. 3.diſſentiente Gomeſ.de contr.cap 10.ſub num.2.ſed conſtituere tertiam quandam ſpeciem, aut (vt voluit Molinæ.qui ſupra,ſub num. 18.) genus quoddam ſubalternum per ſe, iuxta. §. quædam præterea l.1.ff.de rer. diuiſ. Verùm quando (ſecundum Tiraq.ibidem quem ſequũtur & alij qui ſupra,diſſentiente tamen Surdo dec. 204. nu. 9.) trahendi ſunt ad alterum eorum, immobilium naturam ſequuntur. ex quo fit, inquit ille, vt plerique omnes dicant , annuos reditus inter immobilia computari. quod & ipſum tradunt Alex.conſ.103.ſub num. 16. lib.2. & conſ.179.ſub num.3.lib.6.Angel.conſ.72.ſub num.3.Rebuff.ad d.l.mouentium verſic.re-

Digitized by Google

ſic. reditus autem. & ad conſtit.reg.tomo 2.tit.de conſtitutionib.redit.art.1. gloſſ.9. Ferrar. Montan.in vſus feudor.lib.2.cap.3.verſ.eodem numero. Oldendorp. in progymnaſ.claſſe 2. act.10. Marc.quæſt.21.num.4.lib.2.in nouis. Menoc.de recuperan.poſſeſſ.remedio 1.q. 2. num.45.de arbitrar.iudic.lib.2.centur.3.caſu233. & de præſumpt lib.4.præſ.142. num. 13. Gomeſ.ad l.66. Taur.ſub num.1. Valaſc.deciſ. 66.num.30 Milanenſis Sicil.dec.7.ſub nu. 42.& dec.10.num.16.lib.2. Richard.conſ.45 ſub num.16.lib.1.latè Boër.d.conſ.3.num.7.& ſeqq.Schurpf conſ.74.num.1.& 2 centur.3. Decian.d.conſ.2.num.191. Suares in l.2.tit.de comperendination.in initio,ſub num.28. Roland.conſ.1. num.131. lib.3. & latius conſ.54. nu.6.& 26.lib.2. Surd d.deciſ.204.nu.1 & ſeqq.Gail.d.obſ.10.qui varios hinc eliciunt effe-ctus. Quanquam autem Gaill.ibidem ſub num. 2. probet ad diſtinctionem illam temporis breuis & perpetui non eſſe animaduertendum; attamen ſciendum eſt,eodem modo, vt de reditibus dictum eſt,piſcandi ius æquiparari immobilibus,ſi in perpetuum concedatur, ſi verò cum temporis præfinitione mobilibus,ſicuti tradit Fridei. Schenck. in cap. 1. §. fin. de feudor.cognit.in vſ feud. & voluit Chaſſen.ad conſuet. Burg. tit. des droicts & appart. a gens mariez. § 2.verb tous meubles num.23.in fin.quem refert & Peck.d.cap. 15. ſub num. 3. Sic item nauim æquiparari prædio vrbano,non ruſtico,tradunt, varijſque effectibus & exemplis illuſtrant, Bald in l.certi iuris. ſub num 7.C.locat. Cepoll.de ſeruit vrban.præd.cap 11.nu.7. Dec.in l.nemo de domo num.3 ff de reg.iur. Neguſ.de pignor.in 4.membro 2. partis princi. num 140. Boër deciſ.177.ſub num.6. Rebuff conſ.117.verſ.11.procedit.latiſſ. Tiraq d.glo. 7.num.83. Menoch.de adipiſcend poſſeſſ.remed.3.num.190. Stracha de mercatur. tit. de nauib. parte 2.num 5.qui tamen num 31.ibidem,aduerſus Boër. vbi ſupra, inter res mobiles nauem connumerari docet,probatque Menoch.d.remed 2.num.41. Peck.d. cap.15. ſub num. 2. poſt Tiraq.loco citato,referentem ibidem ſub num.91. idem fateri Bart. Alexand. Iaſ. in l. inter ſtipulantem § ſacram.ff.de verb.oblig.alioſque; quamuis alij ob molem & pondus quodammodo immobilibus æquiparent. Vt hinc liqueat perpetuam non eſſe hanc æquiparationem adeo vt Zaſ. in d. §.ſacram. ſub num.18 ſcripſerit,quod quamuis hinc argumentum à ſimili ſumatur,tamen ſit remotum ſimile,plus habens differentiæ quam ſimilitudinis: quam ille differentiam,poſt Iaſ. num.29.& alios ibidem, ex parte colligit. De reliquis autem quæ immobilium iure cenſeantur,videre eſt apud Roland.d.conſ 1.nu.126.& ſeqq. Reb. & alios in d.l.mouentium. Schenck & alios in d.§.fin. Tiraq. & Chaſſ.vbi ſup.

Bona vniuerſa.

De *vniuerſis (a) bonis in lite tractare, & tractare de maiori parte bonorum, paria ſunt*. quia vterque caſus dicitur cauſa grauis. Et ſic cenſet Aymo.in ſuis conſilijs conſiliō.31. nu.2.

ANNOTATIO

(a) De vniversis. tractatur inferius,ſub tit.cauſa ciuilis ardua.

Bancarij.

B*ancarij qui ſint, & quomodo aliter vocentur, vide ſupra.* Argentarius.

Cancellare.

C*ancellare verbo, & cancellare facto (a) paria in iure ſunt.* *Sic etiam eadem ſunt. Scribere aut dicere ſibi ſatisfactum eſſe, & in ſchedulam obligatoriam cancellare.*

G 2 Nihil

Digitized by Google

l. Nihil intereſt. ff. de adimend. legat. & ibi pater veritatis Bartolus & eius ſequaces, vbi dicitur, quod ſicut per verbalem ademptionem rei legatæ vtilitas perit, ita etiam perit ſi reipſa per cancellationem, aut ſcripti confeſsionem adimatur. Idem in l. 1. & 2. ff. de his quę teſtament. delen Et ſicut realis cancellatio inſtrumenti ſufficit, ita etiam ſufficit, ſi creditor ſibi ſatisfactum eſſe ſcribat, aut verbis coram teſtibus confiteatur. Bartolus & alij, ad dictam l. Nihil, & ad l. Emptor. §. Lucius. ff. de pactis. Sic quoque ſicut teſtator verbis cancellando & reuocando extinguit vim teſtamenti, ita quoque cancellando realiter vim teſtamenti extinguit (b) l. Noſtram. Cod. de teſtament.

ANNOTATIO.

(a) FACTO. Pulchrè Caſtrenſ. pleno conſil. 128. lib. 2. Alex. conſ. 159. num. 2. & 9. lib. 7. plura etiam de hac informi cancellatione, & quomodo facta præſumatur, & proſit vel noceat, Caſtrenſ. conſ. 131. ſub num. 1. lib. 2. Ang. conſ. 132. num. 4. Martin. Laudenſ. conſil 24. Franc. Marc. queſt. 370. lib. 1. Zaſ. conſ. 2. lib. 1. Euerard. conſil. 170. & conſ. 232. Crauet. conſ. 500. num. 11. & ſequentib. Vincent. deciſ 351. Viuius iuſta deciſ. 45. Rebuff. in l. liberationis. verſ. quæro an creditor. ff. de verb. ſignif. Maſcar. de probat. concluſ. 257. & concl. 476. exactiſ. Menoch. de præſump. lib. 3. præſ. 141.

(b) EXTINGVIT. communem hanc, poſt Crauet. conſi. 228. ait Clar. ſententiar. lib. 3. § teſtamentum. quæſt. 93 apud quos de his latius. & apud Cephal. conſi 519. num. 14. & ſequentib. Gomeſ. ad l 3. Taur. num. 102. cum ſequentib. Alc. conſ. 570. nu. 1. cum ſequen. Quod ſi tamen prothocollum notarius cancellauerit, aſſcripſeritque caſſum de voluntate partium, poterit nihilominus validum ex eo aſſumi inſtrumentum: aliter atque ſi diceretur, caſſum de voluntate partium, præſentibus huiuſmodi teſtibus; vt pulchrè ex prǫiudicio ſenatus ſui aſſerit, poſt Imol. in cap. 1, ad finem, de fid. inſtru. alioſque, Viuius deciſ. 17. ex numero 5. vſque ad 10. & hoc voluit Clar. d. quæſt. 93. ſub numero 1. latè Maſcard. de probationib. concluſ. 256. & non obſcurè Marc. quæſt. 742. ſub numero 1. & ſequentib. lib. 1. Alexan conſil. 59. ſub num. 5. & ſequen. lib. 2. conſ. 14. ſub num. 17. & 28. lib 6. & conſ. 104. ſub nu. 6. & nu. ſeq. lib. 7. qui videatur latius.

Canonica portio.

C*Anonica Epiſcopalis, & Canonica Parochialis in legitima, quæ iure naturæ debetur, æquiparantur cum ea legitima, quæ debetur filijs.* teſte gloſſa. in cap. Officij. de teſtament. Præterea teſte Dom. Petro de Vbaldis, in quarto volumine ſuorum tractatuum. De Canonicali, Epiſcopali, & Parochiali. cap. octauo. ſummario decimo ſeptimo. folio 182. vbi hanc Canonicam ſingulis diſtinctè diſtribuit, nempe Epiſcopo quartam Canonicam, alteram quartam Canonicam, Eccleſiæ Parochiali, reliquas duas Canonicas Eccleſiæ legatariæ. Quocirca ſicut omne grauamen à legitima reijcitur, ita quoque reijcitur à dicta quarta Epiſcopali vel Parochiali. Item ſicut filius agere poteſt ad ſupplementum legitimę, quando legitimam ſuam non habet ex ſupplemento teſtamenti, ita quoque poteſt Eccleſia vel Epiſcopus agere ad ſupplementum legitimę, quando legitimam ſuam ex teſtamento non habuit. Imo Eccleſia vel Epiſcopus ad ſupplementum quartæ ſibi debitæ omnino agere poteſt, vti opinatur Hoſtienſis ibidem. in §. Conſultationi. & Dom. Anton. de Butrio. circa finem. verſic. gloſſ.

gloſſ.oppo. quod quidque modicum. Ad hæc ſicut quarta iure naturæ debita, debetur quaſi nomine alimentorum, ita quoque quarta parochialis debetur Eccleſiæ miniſtris, ne Eccleſia defraudetur debitis obſequijs. Clementin. Dudum, §. Verum. de ſepult. Poſtremo, Sicut legitima per teſtatorem filio adimi nõ poteſt, niſi ſit in cauſa exhęredationis, ita etiam quarta Epiſcopalis per teſtatorem prohiberi non poteſt. d c. Officij. & cap. Requiſiſti. de teſtamen.

Capere reſtituendum.

NON *capere vel accipere, & capere, quod alteri mox reſtituendum erit, in iure paria ſunt*, l. Non videtur quiſquam. ff de regul. iur. & l. Si pars. §. fina. ff. de inofficioſ. teſtamen & l Sed ſi mortis. §. Item ſi quis, verſ. Sed ſi opponas. ff. de legat. præſtand. & in l. Sulpitius. ff de donatio. inter virum & vxo. & in l. finali. §. finali. Cod. de bo. quæ lib. quibus concinit text. in l Si quis mandato, & ibi Bartol. ff. de negot. geſt. Huc ſpectat, quod ponit Philippus Decius in d. l non videtur quiſquam. ad exordium. ff. de regulis iur. Vnde & non capere, vel non accipere dicitur, qui quod capit, mox reſtituere debet, (a) quia is idipſum capiens quaſi non capere cenſetur, quod acceptum ſeruare non poteſt, vt habet l. Cogi. §. hi qui ſolidum ff. ad S C. Trebell. Quia verba capere & accipere cum effectu intelligi debent, vt ſcilicet quis habeat & retineat ad vtilitatem ſuam, non ad reſtituẽdum, vel ad commodum alterius. l Aliud eſt capere. ff. de verbor. ſignificatio. Et ideo is non videtur quicquam capere, vel accipere, qui tantum reſtituit, aut erogat quantum prius accepit. l. ciuitatibus. §. final. ff. de legat. 1. & qui in teſtamento exhæredatus eſt: licet legatum vt alteri reſtitueret accepiſſet, inofficioſi tamen querelam ſaluam haberet, quod legatum tale non ſibi, nec vt ſibi commodaret, accepiſſet, ſed magis vt ipſi traderet, cui id ex legato tradere iuſſus fuerat l. Si pars. §. Illud ff. de inoff. teſtament. Atque hinc eſt, quod aliquis iurare poterit, eam ſe non habere, aut non habuiſſe pecuniam, quam reſtituere debet, aut iam reſtituit. teſte Anto. de Butrio. in cap. 1. de mutuis petit. Et Hyppolito. in ſuis ſingularibus, ſingulari 177. Et Rebuffo. de nominat. quæſt. decima ſeptima. numero 30. verſ. primo. vt obuietur fraudibus.

ANNOTATIO.

(a) RESTITVERE DEBET. Laté Cephal. conſi. 626. num. 12. & ſequentib. lib. 5. Belliſsimè Rebuff. in adduct. l aliud eſt capere. ad verb. ideo non videtur. accedit idem Ceph. conſ. 460. num. [illegible], cum ſequentib. lib. 4.

Capere, pro aliquem iuridicè apprehendere.

CAPERE *quoque pro apprehendere, quem neceſſario debes indemnem reſtituere, eſt non capere*. (a) quod & lege diuina confirmatur. Dominus enim Deus Numeri. 35. pręcipit, vt qui abſque odio, & inimicitijs, ſed fortuito aliquem occiderat, iſque per occiſi propinquos, & per præfectũ ex vrbibus perfugij ereptus fuerat, vt is inquã profugus, & indignè extractus per ſententiã reducatur denuò ad eã vrbẽ, in quã defenſionis cauſa confugerat. Nulla enim in eo

extracto

extracto fuit æqua, aut digna cauſa, ob quam iuxta præſcriptum legis caperetur, potiſsimum quando audiente, teſtanteque populo comprobatum fuerat, quòd abſque odio & inimicitijs, hoc homicidium perpetraſſet.

ANNOTATIO.

(a) EST NON CAPERE. Huc pertinet quod poſt Bald. in Authen. item nulla nu. 6. in fin. C. de epiſ. & cleric. Marſil. in l. 1. § præterea. ſub num. 14. ff. de quæſt. alioſque, reſpondit Rolan. pleno conſ. 60. præſertim num. 10. lib. 2. Bannitum extra territorium bannientis captum, & per vim in territorium eiuſdem bannientis adductum, non debere puniri, nec exequi contra eum bannum, ſed priſtinæ libertati relaxandum eſſe. & hoc commune tradit Soar. theſau. recep ſent. in liter. B. num. 10. poſt Clar. in §. fin. quæſt. 56 num. 6. lib. 5. declarantem latius. Voluitque Decian. tractat. crim. lib. 4. c. 29. num. 19. Porrò in hoc ſignificatu etiam, capere cum effectu intelligendum eſſe, adeò vt ſi præmium ſtatutum ſit capienti maleficum, illud non mereatur capiens, niſi etiam adduxerit ad iudicem, probat poſt Bald. Alex. num. 2. Iaſ. num. 7. Dec. num 2. & Zaſ. in verſ. 2. principaliter coll. in l. 1 §. fin. ff. quod quiſque iur. Cepoll. in repet. l. ſi fugitiui. quæſt. 9 num. 85. ibidemque Dec. nu. 15. & ſeq. C. de ſeru. fugit. & poſt Alciat. Rebuf. ad l. aliud eſt capere. verſ. item quando. ff. de verbor. ſignif. Surd. deciſ. 122. numer. 8. Idemque in ſtatuto de inuento cum armis, vt non ſufficiat inuentum eſſe, niſi Magiſtratui cum armis præſentetur, voluit Bart. in l. 1. num. 18. ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. ſi Barſatorem. C. de fideiuſſ. Alex. conſi 24. num. 29. & ſeq. lib. 2 & latius conſ. 216. nume. 2. lib. 6. Lucas de Penn. in l. ſi quis 1. ſub verſ. contrarium ſic oſtenditur. C. de decurion lib. 10. Alciat. in d. l. aliud eſt capere. ad verbum. cum effectu. Chaſſen. ad conſuetud. Burgund. titul. *des iuſtices & droictz d'icelles*. §. 1. in verb. *aduenues & trouuées* nu 3. Riminal. iunior. conſi. 8. Cepoll. in d. l. ſi fugitiui. in 7 q. num. 74. aſſerens ibidem ſub num. 85. ita communiter teneri: vt & poſt Clar. in d. §. final. quæſt. 82. ſtatuto 6. Soarez qui ſupra, in liter. A. numero 268. Licet contrarium aſtruat etiam poſt alios commemoratos. Zaſ. in d. §. final. & Molinæ. ad Alexand. d. conſi. 216. ad verb. capti. Et huc quoque ſpectat, quod voluit Decian. conſilio 27. num. 3. & 4. lib. 2.

Capere, pro furari.

QVi quòd alterius eſt capit, is perinde facit ac ſi non caperet, hoc eſt acciperet. Furtim enim ac fraudulenter capere, eſt non capere, aut accipere, ſed potius furari, quòd cum æquo iure quiſquis ille ſit reſtituere tenetur, idque Domino iubente ſæpe maximo cum fœnore. Lege enim Moyſi (exodi 22.) Furibus conſtituta fuit hæc pœna, vt ſi quis furatus fuiſſet ouem, aut bouem, quem vel occidiſſet vel vendidiſſet, is fur pro vno boue, quinque boues: & pro vna oue quatuor oues reſtituere cogebatur. Porro ſi is fur non habuerat, quòd pro furto redderet, ipſemet publice venundabatur. Cæterum ſi apud furem inuentum fuiſſet, quòd prius furatus erat, ſiue bos, ſiue aſinus, ſiue ouis, tunc pro eo reperto furto duplum reſtituere tenebatur. Ex quibus nunc concludendum eſt, quod is qui ſic ceperat (id eſt furatus fuerat) quòd mox reſtituere debebat, is inquam omnino non ceperat vel acceperat. Atque hoc ipſum ſatis innuere & approbare viſus eſt Zachæus ille Euangelicus. Luc. 19. cum diceret: Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, & ſi quid aliquem

Digitized by Google

aliquem defraudaui reddo quadruplum. (a) Capere ergo vel accipere, quòd alii- quando debemus reddere, eſt omnino non capere.

ANNOTAT.

(a) QVADRVPLVM. De his, in c. in antiquis, cum ſeqq. 12. q. 2. ibidemque doct. & videatur Rebuff. ad conſtit. reg. in procem gloſſ 5. num. 75. in tractat. de reſciſſ. contract. art. 2. gloſſ. 12. num. 18. & ad l. liberationis. verſ. & hæc vis. cum ſeq ff. de verbor. ſign f pulchrè docens, in Gallia non obſeruari leges punientes ad duplum, triplum, vel quadruplum: ſed regium procuratorem mulctam ratione vis illatæ arbitrariam petere. quod voluit & Baro ad inſtitut. tit. de action. part. 2. verſ. pœnales actiones. Imb. in enchir. verb. pænæ pecuniæ explosæ. additque Rebuff. hanc conſuetudinem conſcientiæ conformem, in qua pœnæ dupli, tripli, vel quadrupli non debeantur, per c. fraternitas. 12. q. 2. latè Dec in c 1. in 1. lectur. nu 72. cum ſeq. & inibi apoſtil. de conſtit. Ant. Gomeſ. ad l. 1. Taur. num 4. Imb. verb. pœna conuentional. ad fin. eleganter Zaſ. in d § quadrupli, d. tit. inſtit. de act. Clarus commune probans, ſentent. lib. 5. §. fin. quæſt. 80. num 7. diſſentiente tamen Soarez recep. ſent. theſ. in litera P. numero 396. cum ſequentib. & à iure tam humano quam diuino abhorrere aſſerente, vt hic.

Capitulum.

Capitulum æquiparatur Minori, in hoc, vt poſsit in integrum reſtitui teſtib. Abba. Philip. Franc. & alijs per text. in c. Significauit. extr. de appellat. cum ſimilibus. Quibus adſtipulatur Petr. Paul. Pariſius in ſuis conſilijs, conſilio 92. (a) n. 28. Quia ſicut minor ſi vult litigare contra curatorem ſuum, vel contra. iudex dat minori actorem, quoties hic minor contra curatorem ſuum agere debet, aut contra. §. Vltimo. inſtitut. de autor. tutor. & §. vltimo. inſtitut. de curato. Ita quoque ſi Capitulum agere volet contra prælatum ſuum, vel contra, ſi Capitulum conueniatur à ſuo prælato, tunc ipſi capitulo per authoritatem iudicis dari debet actor ad litem, ſicuti & minori in ſimili caſu datur actor ad litem. gloſſ. in d. c. Significauit. in verbo. Conſtituebat. Quia enim Eccleſia quæuis æquiparatur minori, & omne capitulum eſt eccleſia, vel repræſentat ipſam Eccleſiam. c. Requiſiſti. de teſtamen. ergo per conſequens omne capitulum æquiparandum eſt minori, præcipue in caſibus prædictis. Item ſicut minor poteſt reſtitui in integrum, ita quoque ipſum Capitulum in integrum reſtitui (b) poteſt, ſecundum Philip. Franc. ibi circa finem.

ANNOTAT.

(a) CONSILIO 92. lib. 4. Alia hic ſubſequentia tractabuntur infra, ſub tit. eccleſia 2.
(b) RESTITVI. Sfort. Odd. in tract. de in integ. reſtit. par. 1. q. 3. art. 4. ſub nu. 21. poſt Panorm. in cap. 1. ſub num. 15. ibidemque Berò. num. 141. & ſequen. de reſtitut. in integ. Maraut. de ordin. iudic. in 3. ſiue vlt. par. 6. par. princ. actu 2. tit. de appel. & eius diffin. num. 84. qui latius hoc declarant.

Carcer, Incarceratus.

Condemnatio ad carceres perpetuos, & mors ciuilis in iure æquiparantur. vt notat Innoc. in cap. Qualiter. 2. de accuſat. Quandoquidem pœna perpetui carceri,

Digitized by Google

ceris, æquiparatur (a) damnationi in metallum, quæ morti ciuili par eſt, vt vult Bart. in l. 2. ff. de publ. iudic. Et Bald. in l. Reos. C. de accuſat. Idem dicit Imola in c. 1. de Colluſ. detegen. Quinimo damnatus ad perpetuum carcerẽ, vel in perpetuis vinculis dicitur quodãmodo condemnatus pœna capitali, vel mortis naturalis l. Capitalium. ff. de pœnis. Bartol. & Imol. ad l. 2. ff. de public. iudic. Qua de re vide latius Ioann. de Anania ad cap. 1. de colluſ. detegend. verſicul. quum autem, vbi venit imponenda pœna perpetui carceris. Vbi dicit quod iſta perpetui carceris pœna ſuccedat in locum, ac par ſit cum pœna mortis, aut certe cum pœna morti proxima. Et rurſum in c. fin. de homicidio, vbi diſputat, An damnatus ad pœnam carceris perpetui in iure cenſendus ſit mori naturaliter. Et concludit quòd ſic. Nam ſicut naturaliter mortuus teſtari nemo poteſt, ita quoque damnati ad perpetuos carceres de iure canonico fiunt inteſtabiles, (b) & actiuè & paſsiuè. Idem confirmat Philip. Franc. in Rub. de teſtament. colum. 8. Imò quod maius eſt, etiam ipſa venditio Ioſeph. Geneſ. 37. à doctoribus mors ciuilis iudicatur, etiam priuſquam coniiceretur in carcerem, quanto magis ad carceres perpetuos condemnatio morti ciuili meritò æquiparanda erit. Reliqua huius materiæ vide infra ſub titulo, Deportatus. Item ſub capite eſſe. In eſſe aliquid conſiſtere. Item ſub titulo. Mors ciuilis, Exilium & Relegatio.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARATVR. Bald. in l. incredibile. ſub num. 2. & 3. C. de pęn. & in l. imperium. in 1. lectura, num. 5. & inibi latè Dec. ſub num. 43. cum ſeq. ff. de iuriſd. omnium iudic. Iacobin. tractat. de feud. ad verb. inueſtituræ cum mero imperio. num. 3. Marc. quæſt. 910. num. 7. & ſeq. lib. 1. Gaill. de pace publ. lib. 1. cap. 1. ſub num. 32. Hartman. practicar. obſer. tit. 50. obſ. 4. Natt. conſ. 451. num. 3. Roland. conſ. 2. num. 53. lib. 1. & conſ. 57. nu. 44. lib. 3. VVeſembec. conſ. 43. ſub num. 76. & ſub num. 173. Sed reprobat æquiparationem hanc Anchoran. in c. quamuis. num. 3. de pœn. in 6. quem ſequitur Bertrand. conſ. 194. (cui initium, viſo caſu) num. 3. in fin. & ſeq. lib. 1. quod à iure canonum non videatur hæc carceris pœna limitata pro certo & ſpeciali crimine; adeoque genus pœnæ non relatum ad certum titulum criminis, non videatur operari effectum damnationis in metallum: cùm eum effectum ſolus criminis titulus, non etiam ſententia, quæ fortè acerba nimis ſit, operetur, argumento l. ictus fuſtium. ff. de his qui notan. infam. Verùm nihil hæc, mea quidem ſententia, mouere debent. Pœna quippe carceris perpetui, à iure Pontificio, pro crimine hæreſeos, adeoque grauiſsimo infligitur, c. penult. §. fin. de hæret. c. vt commiſsi. de hæret. in 6. latè Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 42. num. 8. & 14. At eodem iure, à iudice Eccleſiaſtico, non poteſt irrogari corporalis pœna mortis. c. clericis. & c. ſententiam. ne cler. ſecul. ſe immiſc. quæ de iure ciuili (pro huiuſmodi grauiſsimis imponi ſolita) primum pœnarum genus ſeu gradum conſtituit, vt docet Innocen. in adducto c. qualiter. 2. ſub num. 6. Marc. q. 911. nu. 2. lib. 1. Oldendorp. de iure & æquit. cap. 15. Mynſinger. conſ. 20. num. 12. Probabile itaque ſit, perpetui carceris coërcitionem, in iure Pontificio, aſſumptam eſſe, loco antiquatæ in metallum damnationis; vt quæ, ſecundum pœnarom gradum, iure ciuili obtinuit; & cum qua, in eodem gradu, apertè connumeratur, in ſeruis, hæc carceris pęna, in l. aut damnum. §. ſolent etiam. in fin. ff. de pęn. vt dubium non ſit illi æquiparari in ſpecialibus illis caſibus, in quibus de iure ciuili indicitur ipſa carceris pœna, quos commemorat Menoch. de arbitrar. iud. lib. 2. quæſt. 89. ac proinde etiam in alijs, in quibus iure pontificio infligitur. Quanquam enim varij variè diſceptent,

quando

quando eodem iure, perpetui hæc carceris pœna infligatur, ſicuti latè poſt Dec. in cap. cùm non ab homine. num. 65. de iud. alioſque, tradit Diaz. in praxi Canonica crim. c. 129. certum tamen eſt, ſecundum Panor. ſententiam, in c. tuæ. ſub nu. 4. de pœn. non niſi pro grauiſsimo crimine, quod de iure vltimum affert ſupplicium, infligendam eſſe, vti cenſuit & Rebuff. in l. licet capitalis. verſ. nota quod. ff. de verbo. ſignif. cùm enim pro eo crimine, iure pontificio impoſita reperiatur in d. c. pœn. credendum non eſt pro omni, etiam inferiori genere criminis, indiſcriminatim eandem pœnam irrogari poſſe: cùm delicto commẽſurari debeat, c. quæſiuit. de his quæ fiunt à maiore parte c. 24. q. 1. c. non afferamus. c. fœlicis. §. illud. de pœn. lib. 6. c. at ſi clerici. ibidemque Panor. ſub nu. 8. Dec. nu. 58. & ſeqq. de iud. idemque Dec. in c. 1. lect. 1. nu. 74. de conſtit. Marſil. in praxi crim. §. expedita. n. 58. & in §. oportunè. n. 46. & ſeq. Marc. deciſ. 507. nu. 2. lib. 2. in nouis. Molin. ad conſuet. Pariſ. §. 13. gl. 5. ſub num. 7. Reb. vbi ſupra, verſ. inſuper not. Cephal. conſ. 39. nu. 37. Crauet. conſ. 287. ſub nu. 6. Burſat. conſ. 404. nu. 41. Laur. Auenion. deciſ. 145. nu. 2. Magon. Luc. deciſ. 30. nu. 35.

(b) INTESTABILES. Bald. in l. 1. nu. 3. ibidemque fuſius apoſtil. C. qui non poſſunt ad libert. peruen. & latius conſ. 478. nu. 1. & 2. lib. 1. vbi eum refert & ſequitur Diaz d. c. 129. verſus fin. idemque Alc. in d. l. imperium. nu. 231. licet aliter ſentiat idem Bal. ad l. 1. in 2. lect. ſub nu. 6. C. de ſacroſ. eccle. Panor. in d. c. tuæ. nu. 6. Anchor. & Bertr. vbi ſupra. Clar. ſenten. lib. 3. §. teſtamentum. q. 23. Soar. in theſ. recep. ſent. in lit. C. num. 21.

Carnes.

SI *hominum conſtitutiones, quibus ſe deuouerunt quidam, reſpicere velimus, tunc ſecundum ipſorum opinionem comedere carnes, & comedere olera cocta cum carnibus quodammodo habentur paria*, quam in re non tam meam quàm D. Præpoſiti opinionem (quæ tunc mundo in hac re magis placuit, quàm noſtro tempore recepta eſt) affero: qui hæc eo ſuo ſeculo paria eſſe cenſuit in cap. vltimo. incipien. ſi quis presbyter. 30. diſtinct. Attamen hæc non habentur paria in regula Carmelitarum, quam dedit illis Albertus Patriarcha Hieroſolymitanus, anno Domini milleſimo centeſimo vigeſimo ſecundo, vbi ſic habetur: Ab eſu carnium abſtineatis, niſi pro infirmitatis, vel debilitatis remedio ſumantur, & quia vos oportet frequentius mendicare, ne itinerantes ſitis hoſpitibus oneroſi, extra domos veſtras ſumere poteritis pulmenta cocta cum carnibus. Olus enim ſiue pulmentum, & caro ipſa valde inter ſe differunt, quia quamuis olus coctum ſit cum carne, ipſum tamen nihilo ſecius ſemper olus eſt, ac olus manet, minuſque quàm caro ipſa nutrit. Quod conſiderans Eugenius Papa, eandem conceſsionem adhuc ſatis eſſe duram, eâdem anno Dom. milleſimo quadringẽteſimo trigeſimo primo clementius ſcilicet mitigauit, & conceſſit, vt nunc tribus diebus in hebdomada extra aduentum & quadrageſimam, non tantum olera cocta cum carnibus, verùm etiam ipſas carnes guſtare, & manducare ipſis liceat.

Cauſa ciuilis ardua.

C*Auſa criminalis, & cauſa ciuilis ardua æquiparantur*, & contra. *Cauſa magna, ſiue ardua ciuilis, æquiparatur (a) cauſa criminali.* Sic cauſæ pecuniariæ graues (*b*) ſimiles ſunt cauſis capitalibus ſiue criminalibus. Vtcumque autem hæc

Digitized by Google

tem hæc efferantur, in idem recidunt, & in eundem ſenſum omnia conueniunt teſte Bartolo. in l. Admonendi. 5. colum. nume. 53. Vbi idem etiam probat Iaſon colum. 21. nume. 100 ff. de iureiurand. Quin & comprobatur hoc dictum per doctrinam Baldi in l. Parentes. C. de teſtib. Quam quidem doctrinam refert, & ſequitur Andr. Barbat. in Repetit. cap. Teſtimonium. in. 5. colum. extra de teſtib. & in ca. Querelam. extra de procurat. & per eundem Bald. in cap. Veniens. 1. extra de teſtib. Idem quoque approbat. D. Petrus de Ancharano in ſuis conſilijs, conſilio 28. incip. Rationes inductæ &c. circa fi. & in conſilio. 64 incipient. In cauſa quæ vertitur &c. in 2. colum. ad fi. nu 2. Idem præterea cõprobat D. Hyppo. de Marſilijs in l. 1. in §. Seruum municipum in 2. colum. ff de quæſtion & in l. 1. §. Præterea in 7. colum & in l. Diuus Pius. in 1. colum eod. titu. Horum etiam ipſe memini in meo Pupillorum patrocinio titu. de tuto. & curat. liberat. cap. 2. folio. 105. num. 26. in poſtrema editione. Quapropter, ſicut delatori in cauſis criminalibus (c) non ſatis efficax eſt eiuſdem delatoris per iuramentum probatio, ſed requiruntur ampliores probationes luce meridiana clariores, vt notant Hyppolit. & alij ad l. fina. C. de accuſat. ita quoque non ſatis eſt efficax iuramentum alicuius in cauſis ciuilibus magnis, ob quòd etiam ipſi iuramentum in ijs cauſis deferri nõ debet, quia hoc ipſum eſſet inualidum in cauſis ciuilibus magnis, (d) quæ criminalibus iure æquiparantur. Atque ideo etiam ad horum imitationem nonnulli in ea opinione (e) fuerunt, quòd ne in cauſa quidem matrimoniali in ſupplemẽtum probationis, vllum iuramentum deferri poſſet, non ob aliam cauſam, quam quod & iſthæc cauſa ciuilis ſit grauis, & ardua, & criminali cauſæ omnino etiam æquiparãda. De qua re videre licet apud DD. in c Finali. de iureiu. Et apud Zaſium in diuerſis conſilijs. Et apud Barto. ad l 3. ff de iureiur. Et ibi Alex. & Bal. Nihilominus quicquid his ex cauſa aſſerere placuit, contraria tamen opinio verior eſt, quam, tenet Didacus in 4. decretalium. c. 4. parte. 1. Ioan. Corraſ. lib. 3. Miſcel. cap. 4. Et Hippol. in ſuis ſingularibus, ſingulari. 22. Et Panormit. in c. Mulieri. de iureiuran. Teſte item Curtio & alijs, ad d. l. Admonendi. Huc etiam facit, quod capitales (f) inimici dicuntur inter quos eſt de magna cauſa ciuili contentio, ſecundum Hippol. ad l. 1. § 1. num. 54. ff. de quæſtionib. Ad quæ loca lectorem breuitatis cauſa remitto. Iſthæc præterea confirmantur per. 2. Regum. 12. Vbi Nathan propheta ſub parabola & inuolucro verborum, ipſum Dauid reprehendere ſtatueret, ſermonem proferens de quodam paupere peregrino, & diuite, qui diues pauperis vnicam ouiculam peregrino amico apponendam ſuſtulerat, ſuis ipſius innumeris ouibus ſeruatis, & parcitis. Quo ſermone iniuriarum à Nathan audito: Dauid mox iratus reſpondit. Viuit dominus quoniam filius eſt mortis, (id eſt, dignus eſt morte) vir qui fecit hoc. Ouem reddet in quadruplum, eo quòd fecerit verbum iſtud, & non pepercerit. Ecce hic Dauid cauſam ciuilem arduam æquiparat cauſæ criminali, & morte dignę.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARATVR. Copioſè Marſil. in praxi crimin. §. expedita. numer. 60. Boer. conſ. 40. num. 64. Gaill de pace public. lib. 1. cap. 15. ſub num. 16. & pract. obſeruat. lib. 2.

lib.2.obſ.94. ſub num.1. Crauet.conſ.387.num.20. Burſat.conſ.359.ſub num.36. Decian. conſ.14.num.21.lib.3 Menoch.de præſumption.lib.1.quæſt.40.num.2.& 8. Maſcar.de probat.lib.1.concluſ.54.nu.7.& lib.2.concl 738.num.3. & concl.898.num. 10. Surd deciſ.59.n. 4. Et hoc quando lis vertitur omnium bonorum, ſecundum Marcum deciſ.83.num. 7. lib.2. in nouis, Menoch.de arbitrar.iudi.lib.2.centur.2.caſu 110.num.4. (eam addentem rationem, quod ſanguinis loco ſint pecuniæ, iuxta gl.& Bald.in l.aduocati C. de aduoc. diuerſ. iudi. alioſque, relatos etiam apud Decian.tract. crimin.lib 3.cap.25 ſub num.55.) aut maioris partis bonorum, vt voluit Gramm.deciſ.86.num.9. Alex. ad l.reum ſub num.2. C. de procurat. Sfort. Odd. tract.de reſtitut.in integ.part.1.quæſt.30.artic.17.num. 84. Decian. d. cap.25. ſub num.56. referens Blanc, tract.de indic.& tortur, num.125.& ſeq. optimè reſpondentem ad ea quibus æquiparationem hanc oppugnabat Iaſ.in l.properandum nu.3. Co. de iudic, quem refert & Chaſſen.conſ.1. part. 3.num.2. vt & ipſemet Iaſ. ijs, aliqua ex parte reſpondet in repetit.adductæ l.admonendi num. 271. Sic quoque metum amiſsionis bonorum æquiparari timori mortis, tradit Bart.in l.ſi ob turpem num.6.ff. de condict.ob turp.cauſ. latè Marſil.ad l.furem, ſub num.7.ff.de ſicar.& l.1.§.præterea.ſub num.21 ff. de quæſt. Gramm. conſ. 13. num.21. in crimin.& deciſ.18.num.11. Crauet.d.conſ.187.num.19. Mar.deciſ.377.nume.6. lib.2.in nouis, Viui.deciſ.394.ſub num.6. Royzius deciſ.3 num.318. Mart. Laudenſ conſ 26. num.15.conſ.27.num.4.& conſ.31, num.32. ſentit Suares conſ.23.num.2.& ſeq. copioſè Roland.conſ.81.nu.27.lib.4. Oſaſc.conſ.53.nu.9.& conſ.75.num.1.

(b) GRAVES. quæ dicantur cauſæ graues ſiue arduæ explicat Chaſſen.conſ.18.num. 4. Molinæ.conſ.19.num.25. Natta conſ.32.num.22. Royzius deciſ.4. ex nu. 20. vſque ad 27. & num.484. 485. & 486. Dec.in cap. de appellationibus num.36. & ſequentib. de appella. Coraſ.poſt alios, in contextu adductæ l.admonendi num.51. Decian. qui ſupra nu. 58. latiſſ. Menoch.de arbitr.iud.lib.2.centur.3.caſu 205. Odd.d.art.17.nu.78.& ſeqq.

(c) CRIMINALIBVS. Alex.poſt alios, ſub num.12. Iaſ.num.19. in l.3.ff. de iureiur. idemque Alex.conſ.66.ſub num.1.lib.1. Dec.conſ 37.num.11.in fin. conſ.429. num.10. conſ. 458.num.4.& in l.qui accuſare num.13. C.de edend. Coraſ.poſt alios, in contextu d.l.admonendi. ſub num 51. latè Marſil.in praxi crimin. §.expedita, ſub num.73. & num.74 & 75.& §.poſtquam num.1.& ſequentib. Boër.iuſta deciſ.86 Maſcard.de probat. lib 1. concluſ. 24. ſub num.11.& lib.2.concl.956.num.38. Iul.Clar.ſentent.lib.5. §. fin. quæſt.63. ex nu.1. vſque ad 7. & qui ampliat, aduerſus Alexand. d. conſilio 66. etiamſi pecuniaria duntaxat pœna ex crimine imponenda ſit, Soarez receptarum ſententiarum theſaur. in litera I. numero 305. cum ſequentib.

(d) MAGNIS. Fulgoſ.conſ.172.verſus fin. Alexan.conſ.74.num.5. lib.1. VVeſemb. conſ.36.num.13.& ſeqq. Maſcard.d.concl.956.num.30. Gail.d.obſer.94.num.7. Maril. deciſ. 89.num.1. Surd deciſ.325.num.94. Soarez vbi ſupra num.311. Coraſ poſt alios, in contextu d. l.admonendi. ſub nu.50. vbi nu.52 vno caſu limitat. quando ſcilicet, vltra ſemiplenam probationem probatum nonnihil eſſet: idemque Alexand.in d.l.3 num.13.& conſ.122. num.7.lib 2. conſ.42.num.21. ibidemque apoſtill.lib 3.conſ.76.num.7.lib.6.conſ.103. num.9. conſi.185. num.9.& conſ.ſeq num.7 lib.7. Corn.conſ.135.num 36.lib.1. Oſaſc.deciſ.99. num.30. in fin. Gabriel.recept.ſentent lib.1.reg.1.num.40.ſub tit. de ſponſalib. Boër.d.conſ. 40.num.69.& deciſ.85.ſub num.3. & num. ſeq eandem & in criminalibus adhibens limitationem, ibidem deciſ.ſeq ſub num.4.& 5. vt & Maſcard.d.concl.956.num.33.& ſeq. & in famoſis VVeſemb. vbi ſupra num.34. qua de re videatur & Clar.d.q.63.num.2. Sic neque defertur iuramentum quando agitur ciuiliter ad pœnam, puta contrauentionis pacti, aut ſimilem, vt poſt Bald.in l. 1.num.7. C. de his quæ pœnæ nom. tradit Alex.conſ.33.ſub num.1. ibidemque apoſtill. lib. 2. Dec.conſ.531.ſub num.1. Cott.in memor.verb.pœnam. requiruntur enim & hic probationes

 liquidiſsimæ,

liquidiſsime. Alex.conſ.34.nu.2 in fin.lib.1.Molin conſ.47.nu.4. Dec.conſ. 330. ad finem. Natta conſ.174.nu.24.Burſ.1.conſ.149.nu.35. Menoch conſ.98.nu 9. quod ſummè notandum eſt inter alios huiuſmodi caſus recenſitos à Socin.reg.204.& alijs,præſertim Curt.in d. l.admonendi. Maſcard.d concl.956.

(e) OPINIONE. Alexan. ſub numero 16 Iaſon ſub nu.26.poſt alios,in d.l.3.Dec. conſ.133.nu.2.& conſ.679.nu.11 & in c 3.nu 36.de offic.deleg. Marſil.in l.maritus num.13.ff. de quæſt.Coraſ.in contextu d.l admonendi ſub nu.51. Alc.conſ.5.nu.19.Ceph.conſ.141.nu. 9.latè Fichar.conſ.36.nu.12.lib.2.commune probans,vt & Schurpf pleno conſ.47. centur.2. Marcus deciſ.475.& iuſta deciſ.543. libro 2.in nouis, vbi tamen hoc iudicis diſcretioni relinquendum docent,quemadmodum & Boer. d.conſilio 40 ſub numero 68.Gaill d.obſer.94. numero 11.& ſeq.declarans interim latius. vt & exactiſsimè Maſcar.auctorem hic etiam citans d.concl.955.nu.43.& concl.1033.nu.1.cum ſeqq.

(f) CAPITALES. Bart.in l.ſi quis.§.fin.num.3.& 4.ibidemque apoſt. ff. de adim. legat.Panor.in c.1.ſub nu.3.de iudic.& in c.cum oporteat,numero 4.de accuſ. Alex.conſ.99. ſub numero 1.libro 1. Marcus q.897 numero 20,libro 1.Craueita conſ.31.ſub nu.3.& conſ 75. numero 11.& d.conſ.387 ſub numero 20. Purpur.conſ.121.numero 21. Natta conſ.42.nu.7.& conſ.ſeq.ſub numero 4. Maſcar.d.concl.898.numero 7.Menoch. de arbitr.iud.libro 2. cent.3. caſu 239 numero 11.& de præſump libro 5.præſ.43.numero 5.Triuiſan deciſ.61.numero 6. li.1.Sfort.Odd conſ.15.nu.85.& ſeq lib.1.Decia.tract.crim.lib.3.c.25.ſub nu 56.dum exactiſ. ibi.ex nu.37.explicat,quę ſint capitales inimicitiæ,de quo & Maſcar. d.concl.898.

Regulariter quoque à pari procedunt cauſa criminalis & ciuilis, ſicuti per l.omnem.ff.de iudic.& l.abſentem.ff.de pœn. tradit Dec. in c. cum M. Ferrarienſis numero 38.de conſtitut. poſt.Alexan.in l.minoribus.ſub numero 3.C.de his quib.vt indign.idemque Alexand.in l. diuortio.ſub numero 11.ff.ſoluto matrim. Caſtrenſ.in l.conſentaneum,ad fin. C. quomodo & quando iud.Roman.ſingul.694.Pinel.ad d.l.1.parte 3.ſub numero 62.verſic.infertur 28. C. de bonis matern.& in Rubric.C.de reſcind.vend.parte 1.cap.2. ſub numero 22.Soarez commune aſſerens,in theſaur.recept.ſentent.in litera A.numero 257.Boſſ.tractat.crim.tit.quom. proc.per præc.numero 2.Migon.Luc.deciſ.58.numero 12.Decian.tractat.crimin.libro 9.c.35. numero 1.in fin.Marſcardus de probat.concl.332.numero 5.cum ſeq. Marſil.in praxi crimin. §.diligenter.ſub.nu.137.& in d.§.expedita,nu.63.vbi hinc vſque ad num.83.differentias inter ciuiles & criminales cauſas congerit tantum non infinitas, quas ait non reperiri ab aliquo prius accumulatas. De quibus etiam pulchrè Boſſ.tractat.crimin.titul.quomodo proc.per act. in delic.nu.17.30.& ſeqq.

Cauſa matrimonialis.

CAuſa matrimonialis æquiparatur (a) cauſæ criminali. teſte Vdalr. Zaſio in ſuis conſilijs ſiue reſponſis li.ſecundi conſil.3 pagina.72.nu.28. Sequitur Alexander in ſuis conſilijs, in conſilio. 143.incip.Quoniam abundè,in principio 2. colum. in 2. volumine, vbi per hoc infert, Quod in cauſa matrimoniali neceſſariæ ſint probationes, quæ in cauſa criminali requiruntur. (b) Vnde infert, Quod ſicut in criminalibus non ſufficit probatio facta per famam (c) cum vno teſte,vt per gloſſ. in c. Veniens. 1. de teſtib.vbi Anton.de Butrio, & alij, & per Doctores late in l. Si quis ex argentarijs. §.1.ff.de edend. cum ſimilibus, vt ibi per eum ita dicendum in cauſa matrimoniali. Vnde concludendum, quòd ſicut in criminalibus clariores (d) probationes luce meridiana requiruntur l. finali.

nali C. de probat. ita & in cauſa matrimoniali. Cauſa matrimonij, quare æquiparetur cauſis criminalibus. Vide breuitatis cauſa D. Vdalr. Zaſ. in ſuis cōſilijs. d. lib. ſecundi conſilio. 13. pagina. 353. numero. 9.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARATVR. Decius conſ. 133 ſub numero 3. & conſ. 693. nu. 10. Grammat. conſ. 25. nu. 19. in crim. & conſ. 30. nu. 25. in ciuil. Marcus dec. 543. nu. 5. li. 2. in nouis, Crot. de teſtib. parte 4. ſub nu. 53. Cephal. conſ. 141. nu. 7 & 9. in fin. Decian. tract. crim. lib 3. c. 25. ſub nu. 47. & conſ. 30. nu. 2. in fin. lib. 2 Menoch. conſ. 69. nu. 59. & de præſ. li. 1. q. 41. ſub n. 10. Gaill lib. 1. obſer. 107. nu. 12 & latiſſ. lib. 2. obſ. 94. nu. 1. & ſeq. Lauren. deciſ. Auenion. 33. ſub nu. 20. copioſè Burſa . conſ. 359. nu. 33. Quanquam Maſcard. de probat. concl. 1022. nu. 9. cum ſeq. poſt alios quoſdam ſcribat, æquiparationem tantùm procedere ratione iuramēti ſuppletorij, ſed hac de rē apud eum etiam latius concl. 1033. nu. 13. 19. in fin. & ſub nu. 22.

(b) REQVIRVNTVR. Dec. in c. 3. ſub n. 36. de offic. deleg. Cephal. vbi ſupra, & conſ. 540. nu 77. latè Couar. de ſponſalib. & matr. parte 2. cap. 8. §. 12. ſub nu. 8. Menoch. de arbitra. iud. lib. 2. cent. 3. caſu. 205. pleniſſ. Burſat. d. conſ. 359. vbi nu. 37. oſtendit ſtrictius hic procedi quàm in criminalibus, videatur tamen Maſcard. d. concl 1022. nu. 4. cum ſeqq.

(c) FAMAM. Gabriel. lib. 1. recept. ſententt. regul. 1. ſub tit. de probation. verſ. 5. Pariſ. conſ. 58. num. 19. lib. 4. Dec. d. conſ. 133. num. 3. conſ. 310. ſub initio, & conſ. 153. num. 10. 11. 12. & 28. vbi declarat latius, & in adducto cap. veniens num. 25. & ſequentib. deciſ. Tholoſa. 72. Maſcard. d. concl. 1033. num. 20. exactiſſ. Menoch. d. lib. 1. de præſumpt. quæſt. 40. num. 5. & ſequentib. & d. q. 42. num. 8. & ſeqq.

(d) CLARIORES. Gaill. de pac. publ. lib. 2. cap. 7. ſub num. 14. Cephal. conſ. 438. n. 19. Marc. deciſ. 423. ſub nu. 21. cum ſeqq. lib. 1. Clar. ſentent. lib. 5. §. fin quæſt. 66. nu. 3. Maſcard. de probat. concluſ. 34. num. 3. 5. & ſeqq. concl. 459. num. 2. concl. 496. nu. 1. & 9. conc. 739. nu. 2. concl. 740. nu. 14. concl. 75. num. 2. & concl. 1360. num. 4. Burſat. conſ. 69. nume. 2. & conſ. 439. nu. 6. Crauett. conſ. 991. ſub num. 1. & 16. ibidemque ſub num. 57. & ſeq. declaratur latius & in confeſſione idem probat Vallar. Luc. deciſ. 67. verſ. nam præterquam.

Cauſa noua.

Cauſam de nouo oriri, & de nouo peruenire ad noticiam creditoris, paria ſunt. Bart in l. Quæſitum. ff. de pignoribus. Vbi dicit. Si debitor creditori fiat poſt contractum ſuſpectus ante diem, vel ante conditionis conſtitutæ tempus, tunc creditori competit actio proſequendi ſui pignoris, potiſsimum ſi talis ſuſpitionis cauſa de nouo, ac recēter ſuperueniat, (a) quæ prius tempore contractus orta non fuerat. Vel ſi tunc apud alios ea ſuſpitio fortaſsis innotuiſſet, talis tamen non fuit, quę tunc temporis ad notitiā (b) creditoris perueniſſet: Quare paria (c) ſunt: Cauſam aliquā de nouo oriri & diu ortam nunc demum ad noticiam alicuius peruenire. Et ideo quāuis regulariter id quòd poſt litem conteſtatā accidit, non veniat (d) in iudiciū, tamē ſi id iam demum, & quaſi de nouo ad noticiam litigatoris perueniat, tunc is litigator non habet rationem, aut reſpectum de præterito ſibi ignoto, ſed id præteritum tanquam recens ortum, & recenter ſibi cognitum in iudicium proferre poteſt, quia nunc demum ſibi id ortum eſſe exiſtimat, teſte Baldo & alijs, ad l. non poteſt videri. ff. de iudic. Secundum

cundum hanc itaque noticiam, aut præteritam, aut recenter natam, & cognitam, ſæpe libelli iudiciarij auctiores redduntur. l. Edita. & ibi Doct. Co. de edend. & Baldus in l. finali. C. de ſponſal. & in c. Paſtoralis. extra de except. & meminit etiam Petrus Paulus Pariſius in ſuis conſilijs, conſilio. 99. numeris. 16. 17. 28 & ſequentibus, in 3. parte conſiliorum.

ANNOTATIO.

(a) SVPERVENIAT. Dec. conſ. 75. ſub num. 1. Pariſ. pleno conſ. 101. lib. 3. Natta conſ. 646. accedat & Gomeſ. ad l. 66. Taur. nu. 3.

(b) NOTITIAM. Alexand. conſ. 19. nnmer. 3. libr. 3. & ad l. ſi ab arbitro. numero 3. ibidemque Iaſ. num. 5. ff. qui ſatiſdat. cogan. Peck. de iure ſiſtendi cap. 4. ſub numero 7. & cap. 5. ſub num. 18. exactè Menoch. de arbitrar. iud. libro 2. caſu 87. numero 17. Valaſc. deciſ. 66. ſub num. 33.

(c) PARIA. Sic parificari, exceptionem eſſe nouè notam vel nouè natam, ſcribit poſt Felin. in adducto c. paſtoralis, ſub nu. 20. Hartman. pract. obſer. tit. 17. obſ. 3. Et ad rem latius hic inferius. ſub tit. nouum & innouatum.

(d) * NON VENIAT. latè Socin. in fallent. regul. 216. Pract. Ferrar. in forma libelli, in action. real. glo. incipiente, deducendo, ſub initio.

Cauſa nulla.

NVllam cauſam exprimere, & exprimere cauſam friuolam, paria (a) ſunt. Friuola enim, & indigna cauſa habentur pro nulla. Gloſſa magna in verbo. Eatenus. circa principium in l. 1. & ibi Baldus eam ad hoc notat. ff. de oper. noui nunciatione. Vbi paria eſſe dicit. In nunciatione noui operis cauſam non adiecisse, & adiecisse cauſam, ſed non ſatis idoneam. Sic & cauſa friuola appellationi ab interlocutoria adiecta, perinde haberi ſolet, atque ſi omnino appellatum non fuiſſet. teſte Ioann. Andr. in cap. Cordi. de appellati. in 6. An autem aliqua cauſa habenda ſit aut friuola, (b) aut probabilis, id non eſt à partibus iudicandum, ſed huius iudicium à ſolo iudicis arbitrio dependet, vt habet Baldus. in l. Ante ſententiam. C. Quorum appellat. &c. Sic etiam & in iuridica confeſsione, niſi in ea cauſa ſit apta ſat efficax, & conueniens, ea non valet. Baldus in l. Generaliter in 4. quæſt. Cod. de non nume. pecun. D. Iaſon in l. Quotiens. ff. Qui ſatiſd. cogantur,

ANNOTAT.

(a) PARIA. latè poſt Alex conſ. 182 ſub num. 5. lib. 2. Marſil. in Rubr. ff de fideiuſſ. ſub num. 318. & in l. 1. § præterea. nu. 59 ad fin. ff. de quæſt. Grammat. conſ. 31. nu. 13. in ciuil. Grauett. conſ. 499. num. 14. Menoch. conſ. 466. num. 37. Viuius deciſ. 34. ſub num. 3. & nu. 12. Maſcard. de probat. lib. 1. concl. 345. num 5. & 6 in fin. & concluſ. 1118. ſub num. 4. pulchrè VVeſemb. conſ. 29. ſub num. 66. poſt Salyce. in l. ſi mater. nu. 2. C. de inoff. teſt. parificantem poſthumum à matre præteriri vel exhæredari cauſa expreſſa vel non: quod ſcilicet nulla iuſta cauſa in poſthumum cadere poſsit, & hanc communem probat, poſt Clar. lib. 3. ſenten. § teſtamentum. q. 41. num. 10. aliosque. Soarez in theſ. recep. ſenten. in lit. E. num. 216. Sic item poſt Grauet, conſ. 553. reſpondit Menoch. conſ. 314. ſub num. 29. cauſam iniuſtam à pari procedere cum

re cum cauſa nulla, ne impediat poſſeſsionis redintegrationem, vt apud eos latius. Et in vniuerſum, quidquid ſine cauſa agitur, nihil regulariter operari colligit, poſt Marſil. in d. §. præterea, nu m. (mihi) 64. cum ſequentib. alioſque Maſcard. d. concluſ. 345. nu. 14 cum ſeq. quemadmodum & nullius valoris eſſe, ea quæ falſa ex cauſa geſta fuerunt, colligit, & in multis iuris ſpeciebus commonſtrat, Menoch. conſ. 91. numer. 40. cum ſequentib. & conſ. 320. numer. 18. cum ſequentib.

(b) FRIVOLA. latè poſt Marſil. ad l. quæſtionis modum. numer. 45. ff. de quæſtion. Menoch. de arbitrar. iudic. libr. 2. caſu 197. ad finem.

Cauſa extincta.

NOn eſſe cauſam, & eſſe cauſam, ſed finitam & extinctam, paria (a) ſunt. l. Nihil intereſt. ff de naut. fœno. & l. 1. ff. de condit. ſine cauſ. Vbi Vlpianus. Siue autem ab initio ſine cauſa promiſſum eſt, ſiue cauſa fuit promittendi, quæ finita eſt, vel ſecuta non eſt, dicendum eſt, conditioni locum fore. Et, vt vbi notat Iaſon num. 3. Cauſa reducta ad non cauſam, non parit ius retinendi, quia paria ſunt, ab initio non fuiſſe, & poſtea de facto ad talem finem perueniſſe, gloſſ. in Conſtitut. Siciliæ, incipien. Si quem noſtrum, & ibi quoque. D. Matthæus de afflict. colum. 3. verſicul. 3. nota ex textu. & Tiraquellus in libro. Ceſſante cauſa, parte. 1. nume. 15.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Cephal. conſilio 10. numero 12. Leonin. conſilio 2. ſub num. vndecimo, Chaſſen. conſil. 18. num. 20. voluitque Oſaſc. conſilio 4. numero 11.

Cautum eſſe vitioſè.

NOn cautum eſſe, & non ſatiſdatum eſſe. Vel ſic vicioſe cautum eſſe, & non ſatiſdatum eſſe, in iure ſunt paria. l. Quotiens, & ibi Dominus Iaſon ff. Qui ſatiſd. cogan. Et l. 1. Vbi etiam idem comprobat Iaſon. ff. Si quis in ius voca. non ierit. Pro his autem ſciendum eſt, quòd tunc vicioſe cautum eſſe intelligitur, quando cauetur ab eo, qui ob facultatis inopiam ſoluendo eſſe non poteſt, vt l. 2. in principio, & l. Si fideiuſſor. ff. eod. titu. Qui ſatiſd. cogan. Aut quando fideiuſſor habet fori priuilegium, vt in d. l. Si fideiuſſor. & in l. 1. ff. Si quis in ius voca. non ierit. Quiſquis enim fori priuilegium habet, is non eſt habendus idoneus fideiuſſor, niſi fortaſsis in ſubſidiũ cum alijs adiunctus fuerit, aut niſi cũ priuilegij ſui renunciatione (a) fide iubere velit. Item vicioſa eſt cautio, quando aliquis eſt in loco munitiſsimo, (b) ad quem ipſi cauendo non facilis admitteretur acceſſus, iuxta gloſſ. in d. l. 2. in princip. In his itaque tribus caſibus pari ratione cẽſebis quoque vicioſe ſatiſdatum eſſe, vt inquit gloſſa, in d. l. 2. Secus tamen iudicandum erit de ſatiſdatione quæ præſtatur ex ipſarum partium conuentione, & conſenſu. Si enim alterutra partium in eam qualemcumque ſatiſdationem conſenſerit, is cõſenſus legem facit, adeo vt etiam ſi ea ſatiſdatio non ſit ſufficiens,

Digitized by Google

ficiens, aut idonea: ipſa tamen ob conſenſum partis repeti non poſsit, vt denuo ſatiſdetur, (c) ſed interim tamẽ parti per proprium conſenſum ſic leſæ, tunc remanet actio ad repetendum intereſſe, vt habet text. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit Stichum. §. final. Secundum verum intellectum. ff. de verborum obligat. Et ſecundum Bart. in l. 3. ff de fideiuſſ. Et per Angel. & Paul. de Caſtr in d l. quotiens. Cæterùm quando ſatiſdatio propter ſolam facultatis inopiam eſt inidonea, eaque nihilominus à parte ſatiſdanda ſcienter recipitur, tunc is recipiens ſibi ipſi præiudicat. Secus verò cenſendum eſſet, ſi quis alterius ſatiſdaturi inidoneitatem non preſciuiſſet, eamque tanquam idoneam & ſufficientem per ignorantiam acceptaſſet. Tunc enim talis ſatiſdatio recuſari, & reſcindi (d) poterit. Quando autem non eſt idonea præſtita ſatiſdatio propter obligationis defectum, vel propter obligantis ętatem, quòd is obligans manifeſtè erat talis, qui ſe obligare non poterat, tunc nulla habenda eſt differentia ſcientiæ aut ignorantiæ, ſed ea indigna ſatiſdatio reſcindi poteſt, & denuo ſatiſdandum erit ab alio idoneo, d. l. 3. ff. de fideiuſſ. Et tunc à prioti inidoneo intelligitur nihil fuiſſe ſatiſdatum, poſtquã noua perſona idonea effectualiter obligatione ſe deuinxit. ſecundum Angelum & Paul. de Caſtro, in d. l. Quotiens, & ibi Bald. quem ibidem latè opponentem, & diſtinguentem curioſi conſulere poterunt. Et ideo qui promiſit fideiuſſorem dare, aut cauère ſuæ promiſsioni, non ſatisfacit, ſi vitioſè cauet, aut talem fideiuſſorẽ dat, qui non poteſt conueniri coram eodem iudice. (e) Iaſon ad l. 1. n. 2. ff. Si quis in ius voca. non ierit. Atque ideo ſi quiſquam offerret alteri pro ſatiſdatione, aut militem caſtrenſem, aut aliquem in vinculis conſtitutum, ipſe cauendus tales fideiuſſores veluti vicioſos, & inidoneos non acceptaret, certe hic recuſans nullo modo teneretur iniuriarum, (f) quia nullus tenetur cum ſuo incõmodo acceptare cautionem vicioſam, aut inſufficientem, teſte Baldo ad l. Sed & is. ff. de in ius vocan. Idem aſſerit Iaſon nu. 4. Angel. & Fulgoſ. ad l. Si vero. §. Qui pro rei. ff. Qui ſatiſda. cogan. Nam quando is qui ſe obligauit pro aliquo non fuit idonea perſona ad ſe obligandum, tunc denuo alius dandus eſt qui ſe obliget. l. 3. ff. de fideiuſſorib.

ANNOTATIO

(a) Renvnciatione. Pulchrè Rebuff. ad conſtitutiones reg. tomo 1. tractat. de ſententijs executor. art. 1. gloſſa 16. numero 44. vbi latiſsimè ex numero 18. quæ dicatur cautio bona vel ſufficiens. de quo poſt eum etiam Peck. de iure ſiſtendi cap. 31. numero 6. cum ſequen. Surd. deciſ. 320. numero 8. & ante eos Rod. Suarez declar. l. 2. foro ll. lib. 2. tit. de comperendination. cap. incip. nunc oportunè.

(b) Loco mvnitissimo. Explicat latè Suarez vbi ſupra, ſub numero 19. & numer. ſequen. & verius ponit Soarez receptarum ſententiar. theſaur. in litera F. numero 321. ſed videatur & Menoch. de recuperand. poſſeſſ. remedio 1. numero 315. & conſilio 9. numero 218.

(c) Satisdetvr. Alexander conſilio 60. numero 2. & 5. libro 5. Rebuff. d. gloſſa 16. numero 25. Peck. d. cap 31. numero 6. in fine. Soarez commune probans, in dicta litera F. numero 126.

(d) Rescindi. Latè Alexand. d. conſilio 60. ſub numero 2. aliter tamen ſentiens ibidem. numero 3. & ſequentib.

(e) Eodem

(e) Eodem iudice. Latè Marſil. in l. de minore. §. plurimum quoque. nu. 32. ff. de quęſt. Boer. deciſ. 99. nu. 4. Soarez commune probans, vbi ſupra nu. 157. poſt Clar. ſent. lib. 5. §. fin. q. 46. nu. 13 alioſque commemoratos.

(f). Iniuriarum. Rebuf. d. gloſſ. 15. numero 42. in fine, & in l. quos nos. §. locuples eſt. verſic. 2. fideiuſſor. ff. de verborum ſignificat.

Cedere.

Cedere, & Cedere velle, poſt obtentam licentiam, nequaquam diſparia cenſentur. teſte D. Petro de Ancharano, in c. quidam, nu. 1. extra, de renunc.

Cedere, & Tradere.

Cedere, & Tradere paria ſunt. Vti eleganter probat Bartolus in l. Labeo, in fine, ff. de pact. Vbi per exemplũ dicit, Quod ſi tradidi tibi inſtrumentum, per quod & tu, & alius quiſpiam mihi ſimul obligati fueratis, certè per eam inſtrumenti traditionem videor tibi traditionem, & liberationem debiti facere, quod in eo inſtrumento complexum fuerat, tibiq; ſimul cedere(a) actionem illam, quam in eodem inſtrumento contra alterum habueram, argumento l. Si is qui duos. in fine, ff. de libera. lega. Et quamuis dicitur quod tradere fit de rebus corporalibus, & cedere de incorporalibus, hæc tamen differentia non eſt vniuerſalis, vt meminit D. Vdalricus Zaſius in l. 1. §. Si vir. numero 7. & l. poſſideri. numero 13. ff. de acquirend. vel amitten poſſeſſ. allegans gloſſam in l. 1. C. de actio. ad quod facit l. Seia. in principio, ff. de donation cauſ. mort vbi textus dicit: Seia ceſsit vſumfructum cognatis. Vſusfructus eſt ius incorporale; tamen in d. §. ſi vir (teſte D. Vdal. Zaſio ibidem) cedere accipitur pro traditione rei corporalis, & per conſequens non eſt mirum (inquit) ſi etiam loquendo de iuribus incorporalibus cedere accipiatur pro tradere, ſunt enim hæc verba non raro inter ſe ſynonyma, & differentia prædicta plerumque confunditur, teſte etiam Baldo, & Doctor. in l. 2. C. ne fiſ. vel priuat.

ANNOTATIO.

(a) Cedere. Diſſentiunt Alex. nu. 10. & Iaſ. nu. 4. in adducta l. Labeo. quorum, cũ alijs, opinionem conciliando, diſtinguit latè Menoch. de prę ſum. lib. 3. prę ſ. 140. ſub nu. 6. ex ſententia Panor. in c. Eccleſia 2. num. 14. vt lit. penden. & Caccialupi tractat. de pact. quæſt. 8. ſed eandem diſtinctionem illi, quamuis non tam latè explicent, facilè admittunt, cùm in eundem finem Iaſon alleget etiam Panor.

Certum eſſe per relationem.

Aliquid eſſe certum, ſiue expreſſum per ſe, & aliquid eſſe certum ſiue expreſſum per relationem ad idem certum, paria (a) *ſunt*. Vnde in ipſa ſcriptura referente idipſum contineri dicitur, quod continetur in ſcriptura ad quam fit relatio. l. Certum. ff. Si certum petatur. & l. ait prætor. §. Si iudex, & ibi Iaſon, & l. in ſumma. ff. de re iudicata. & l. Vbi autem non apparet. §. Illud dubitationem. ff.

ficiens, aut idonea: ipſa tamen ob conſenſum partis repeti non poſſit, vt denuo ſatiſdetur,(c) ſed interim tamē parti per proprium conſenſum ſic leſæ, tunc remanet actio ad repetendum intereſſe, vt habet text. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit Stichum. §. final. Secundum verum intellectum. ff. de verborum obligat. Et ſecundum Bart. in l. 3. ff de fideiuſſ. Et per Angel. & Paul. de Caſtr in d l. quotiens. Cæterùm quando ſatiſdatio propter ſolam facultatis inopiam eſt inidonea, eaque nihilominus à parte ſatiſdanda ſcienter recipitur, tunc is recipiens ſibi ipſi præiudicat. Secus verò cenſendum eſſet, ſi quis alterius ſatiſdaturi inidoneitatem non preſciuiſſet, eamque tanquam idoneam & ſufficientem per ignorantiam acceptaſſet. Tunc enim talis ſatiſdatio recuſari, & reſcindi (d) poterit. Quando autem non eſt idonea præſtita ſatiſdatio propter obligationis defectum, vel propter obligantis ętatem, quòd is obligans manifeſtè erat talis, qui ſe obligare non poterat, tunc nulla habenda eſt differentia ſcientiæ aut ignorantiæ, ſed ea indigna ſatiſdatio reſcindi poteſt, & denuo ſatiſdandum erit ab alio idoneo, d. l. 3. ff. de fideiuſſ. Et tunc à priori inidoneo intelligitur nihil fuiſſe ſatiſdatum, poſtquā noua perſona idonea effectualiter obligatione ſe deuinxit. ſecundum Angelum & Paul. de Caſtro, in d. l. Quotiens, & ibi Bald. quem ibidem latè opponentem, & diſtinguentem curioſi conſulere poterunt. Et ideo qui promiſit fideiuſſorem dare, aut cauère ſuæ promiſsioni, non ſatisfacit, ſi vitioſè cauet, aut talem fideiuſſorē dat, qui non poteſt conueniri coram eodem iudice. (e) Iaſon ad l. 1. n. 2. ff. Si quis in ius voca. non ierit. Atque ideo ſi quiſquam offerret alteri pro ſatiſdatione, aut militem caſtrenſem, aut aliquem in vinculis conſtitutum, ipſe cauendus tales fideiuſſores veluti vicioſos, & inidoneos non acceptaret, certe hic recuſans nullo modo teneretur iniuriarum, (f) quia nullus tenetur cum ſuo incōmodo acceptare cautionem vicioſam, aut inſufficientem, teſte Baldo ad l. Sed & is. ff. de in ius vocan. Idem aſſerit Iaſon nu. 4. Angel. & Fulgoſ. ad l. Si vero. §. Qui pro rei. ff. Qui ſatiſda. cogan. Nam quando is qui ſe obligauit pro aliquo non fuit idonea perſona ad ſe obligandum, tunc denuo alius dandus eſt qui ſe obliget, l. 3. ff. de fideiuſſorib.

ANNOTATIO

(a) RENVNCIATIONE. Pulchrè Rebuff. ad conſtitutiones reg. tomo 1. tractat. de ſententijs executor. art. 1. gloſſa 16. numero 44. vbi latiſsimè ex numero 18. quæ dicatur cautio bona vel ſufficiens. de quo poſt eum etiam Peck. de iure ſiſtendi cap. 31. numero 6. cum ſequen. Surd. deciſ. 320. numero 8. & ante eos Rod. Suarez declar. l. 2. foro ll. lib. 2. tit. de comperendination. cap. incip. nunc oportunè.

(b) LOCO MVNITISSIMO. Explicat latè Suarez vbi ſupra, ſub numero 19. & numer. ſequen. & verius ponit Soarez receptarum ſententiar. theſaur. in litera F. numero 132. ſed videatur & Menoch. de recuperand. poſſeſſ. remedio 1. numero 315. & conſilio 9. numero 218.

(c) SATISDETVR. Alexander conſilio 60. numero 1. & 5. libro 5. Rebuff. d. gloſſa 16. numero 25. Peck. d. cap 31. numero 6. in fine. Soarez commune probans, in dicta litera F. numero 126.

(d) RESCINDI. Latè Alexand. d. conſilio 60. ſub numero 2. aliter tamen ſentiens ibidem, numero 3. & ſequentib.

(e) EODEM

Digitized by Google

(e) EODEM IVDICE. Latè Marſil. in l. de minore. §. plurimum quoque. nu. 32. ff. de quęſt. Boer. deciſ. 99. nu. 4. Soarez commune probans, vbi ſupra nu. 157. poſt Clar. ſent. lib. 5. §. fin. q. 46. nu. 13. alioſque commemoratos.

(f). INIVRIARVM. Rebuf. d. gloſſ. 25. numero 42. in fine, & in l. quos nos. §. locuples eſt. verſic. 2. fideiuſſor. ff. de verborum ſignificat.

Cedere.

C*Edere, & Cedere velle, poſt obtentam licentiam, nequaquam diſparia cenſentur.* teſte D. Petro de Ancharano, in c. quidam, nu. 1. extra, de renunc.

Cedere, & Tradere.

C*Edere, & Tradere paria ſunt.* Vti eleganter probat Bartolus in l. Labeo, in fine, ff. de pact. Vbi per exemplū dicit, Quod ſi tradidi tibi inſtrumentum, per quod & tu, & alius quiſpiam mihi ſimul obligati fueratis, certè per eam inſtrumenti traditionem videor tibi traditionem, & liberationem debiti facere, quod in eo inſtrumento complexum fuerat, tibiq; ſimul cedere (a) actionem illam, quam in eodem inſtrumento contra alterum habueram, argumento l. Si is qui duos. in fine, ff. de libera. lega. Et quamuis dicitur quod tradere ſit de rebus corporalibus, & cedere de incorporalibus, hæc tamen differentia non eſt vniuerſalis, vt meminit D. Vdalricus Zaſius in l. 1. §. Si vir. numero 7. & l. poſſideri. numero 13. ff. de acquirend. vel amitten poſſeſſ. allegans gloſſam in l. 1. C. de actio. ad quod facit l. Seia. in principio, ff. de donation cauſ. mort vbi textus dicit: Seia ceſsit vſumfructum cognatis. Vſusfructus eſt ius incorporale; tamen in d. §. ſi vir (teſte D. Vdal. Zaſio ibidem) cedere accipitur pro traditione rei corporalis, & per conſequens non eſt mirum (inquit) ſi etiam loquendo de iuribus incorporalibus cedere accipiatur pro tradere, ſunt enim hæc verba non raro inter ſe ſynonyma, & differentia prædicta plerumque confunditur, teſte etiam Baldo, & Doctor. in l. 2. C. ne fiſ. vel priuat.

ANNOTATIO.

(a) CEDERE. Diſſentiunt Alex. nu. 10. & Iaſ. nu. 4. in adducta l. Labeo. quorum, cū alijs, opinionem conciliando, diſtinguit latè Menoch. de pręſum. lib. 3. pręſ. 140. ſub nu. 6. ex ſententia Panor. in c. Eccleſia 2. num. 14. vt lit. penden. & Caccialupi tract. de pact. quæſt. 8. ſed eandem diſtinctionem illi, quamuis non tam latè explicent, facilè admittunt, cùm in eundem finem Iaſon alleget etiam Panor.

Certum eſſe per relationem.

De 4. Certum eſt confeſsionem per procuratorem factam, in rebus criminalibus capitalibus, vbi procuratori occupare non licet, (e) nulli damnum præſtruere poſſe, vti copioſius meminimus in noſtra Praxi rerum criminalium, cap. 54. de proceſſus viſitatione, & examine, pagina. 118. numeris 36. 37. 38. & 39. in poſtrema editione.

ANNOTATIO.

(a) Amentivm. Grammat. conſilio 15. numero 20. in crim. eumque ſequutus Menoch. conſ. 82. numero 235. Maſcard. de probat. concluſ. 375.

(b) Ivdice. Guid. deciſ. 419. ſub init. Cap. deciſ. 179. Alexand conſ. 13. num. 10. lib. 1. vbi tamen apoſtill. poſt Panorm. ſub num. 14. & num. 18. Dec. num. 24. 66. & ſeqq. in adducto c. at ſi clerici alioſque, dicit, coram incompetenti ſponte factam confeſsionem valere vt extraiudicialem & proinde ſufficere ad torturam: vt communem hanc probat etiam, ex ſententia ſenatus ſui, Boër. deciſ. 90. ſub numero 8. Card. Put. dec. 298. lib. 2. Caier. in praxi crim. in princ. ſub num. 121. verſ. quid autem. Soarez in theſauro recept. ſentent. litera C. num. 257. Laurent. Auenion. dec. 138. numero 4. exactè Iul. Clar ſententiar. lib. 5. §. fin. quæſt. 21. numero 32. 33. & 34. & quæſt. 55. num. 3. & 4. Roland. conſ. 31. libro 3. latiſſ. declarans & limitans. vt & Maſcar. de probat. concluſ. 352. & concl. 457. numero 6. cum ſeqq. accedat Valaſc. Luſitan. deciſ. 65. nu. 5. Menoch. conſ. 557. ſub nu. 3. & ſeq.

(c) Ivdicivm. Imo faciũnt indicium ad torturam, vt diximus, Alex. conſ. 24. num. 40. lib. 2. Dec. conſ. 163. ſub num. 2. & in d. c. at ſi clerici. num. 121. ibidemque Panormitan. ſub numero 26. Marſil. in l. de minore. numero 29. ff. de quæſt. & in praxi crim. §. diligenter. nu. 76. & §. quoniam. nu. 19. Boer. deciſ. 108. in fin. Blanc. caut. 5. Arnon. caut. 19. Ferrat. caut. 27?

Digitized by Google

Burſat. conſ. 166. numero 20. Crauet. conſilio. 267. ſub numero 5. Mynſing. centur. 5. obſ. 33. Roland. d. conſ. 31. ſub numero 17. Grau. conſ. 42. ſub nu. 2. in crim. Caſonus in tract. de torment. cap. 21. ſub num. 6. Iul. Clar. commune probans, d. quæſt. 21. num. 31. Decian. tracta. crim. libro 7. cap. 15. numero 21. Laurent. d. deciſ. 138. ſub d. numero 4. latè Carer. d. nu. 121. Soarez qui ſupra, numero 237. Viui. deciſ. 149. Gabriel ſententiar. libro 1. reg. 1. tit. de conf. Maſcard de probat. lib. 1. concluſ. 346. ſub num. 6. & latius concl. 349. & concl. ſeq. (vbi limitatur 14. modis) & d. concluſ. 497. Menoch. de arbitrar. iud. lib. 2. caſu 331. & de præſum. lib. 1. præſ. 89. numero 14. & ſeqq. explicans pleniſſ.

(d) PROCVRATOREM. Maſcard. de prob. lib. 1. concluſ. 370. num. 13.

(e) NON LICET. Capyc. deciſ. 143. Grammat. conſ. 95. numero 33. in ciuilib. Clar. lib. 5. ſententiar. §. fin. quæſt. 32. VVeſenb. conſilio 43. numero 166. & ſequent. pleniſſ. Menoc. de arbitr. iudi. lib. 1. quæſt. 80. & lib. 2. caſu 164. Gaill. de pace publica lib. 1. cap. 10.

Confeſsio in tormentis.

Confeſsionem factam in ipſis tormentis
&
Confeſsionem extortam formidine pœnæ } *Lex æquiparat.* (a)

BArtol. in l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de quæſti. Cui adde quod voluit idem Bartol. in l. Nouiſsime per illũ textum. ff. Quod falſo tuto. autho. Ita etiam tenuit. D. Guido à Suſaria, in ſuo tractatu de indic. & tortur. nume. 72. Et Ludo. Bolog. ibidẽ in additione D. Guidonis, nu. 73. Hæc etiã confirmat. D. Franciſc. Bru. in ſuo etiam tractatu, de indic. & tortu. q. 2. ſecundæ partis, numeris. 3. 4. & 5. Et D. Bald. de Periglis in ſuo tractatu de quæſtionib. & torment. ſub 3. cap. circa confeſsiones in tormentis n. 1. Hanc materiã quoque & nos tetigimus in noſtra praxi criminali. capi. 54. de proceſſus viſitatione, & examine, pagina 115. numer. 20. in poſtrema editione, quam explicationem per occaſionem ibidem (ſi placet) perlege.

ANNOTAT.

(a) AEQVIPARAT. latiſſ. Marſil. in praxi crim. §. expedita numero 1. & ſequentib. & ad l. 1. ſub numero 25. ff. de quæſt. Iaſ. in l. a. ſub num. 4. C. de tranſa. Rolan. conſ. 17. nu. 17. & ſeq. lib. 3. Maſc. de prob. lib. 1. concl. 353. nu. 14. Deci. conſ 80. ſub n. 35 lib. 3. pulchrè Laur. Auenio. deciſ. 20. nu. 17. Burſat. communem hanc & veriorẽ probans, conſ. 201. n. 17. Viuius deciſ. 34. nu. 8. Grammat. conſ. 15. ſub nu. 6. & ſeq. in crim & voto 6. ſub nu. 13. & nu. ſeq. vbi maximè hoc obtinere ait, quando ad torturam conductus eſſet reus, comminatis etiam tormentis. ſequiturque Maſcard. d. concluſione 353. numero 16. & voluit, explicans latiſſ. Boſſ. tractat. crimin. titu. de tortur. ex numero 3. vſque ad 25. Sed & Caſonus de torment. cap. 19. numero 3. quem refert & Clar. ſent. lib. 5. §. fin. quæſt. 64. ſub nu. 21. omnes ferè tenere dicit, quod ad funem ductio leuis ſit terror, ſed ductio & ligatio metũ indicent. Quin & Viu. d. dec. 34. num. 9. & deciſ. 362. numero 2. ex ſententijs ſenatus ſui, ſcribit, tortũ nullatenus dici, eleuatum à terra, ſed territum. cuius tamen contrarium, præter alios ab illo cõmemoratos, docet etiam Boſſ. vbi ſupra num. 6. Sed & ab hac æquiparatione (cuius contrarium praxin obſeruare dicit etiam Clar. qui ſupra) diſcedit Soarez in theſ. recep. ſent. in litera c. nu. 237. Porrò de his latè etiam Marcus q. quæſt. 516. & q. 917. ad fi. lib. 1. Burſ. d. conſ. 201. n. 14. Marſ. d. §. expedita nu. 10. Ibidemque nu. 11. 12. & 13. & in §. attingam nu. 27. & ſequentib. tradit, confeſsionem carcerati,

Digitized by Google

carcerati, etiam ſine alia tortura, non dici ſpontaneam, quum ſpecies tormenti ſit carcer, ſecundum Bald. in l. ſi clericus. ſub n. 6. C. de epiſ. audi. adeoque ſufficere probaſſe quem fuiſſe ſolummodò detentum, vt eius confeſſio metu tormentorum extorta dicatur. quod probat & Burſ. d. conſ. 201. num. 6. & 15. Viuius deciſ. 201. num. 12. Maſcar. de prob. lib. 1. concl. 353. n. 17. cum ſeq. ſed damnat Caſon. in d. cap. 19. num. 8. & rectè, mea quidem ſententia: nam (quo maximè innititur Marſilius) Alex. in conſ. 52. nũ. 3. libro 3. poſt Anchor. conſ. 24. hoc ſolummodò voluit, confeſſionẽ huiuſmodi detenti, prætendentis ſe per torturã (quãuis non apparentem) confeſſum, non ſufficere ad condemnationẽ, quando nulla præcedunt iudicia, tanquã non veriſimilem (vt id ſentit & Tiraq. ad l. ſi vnquam, in præfat. n. 40. C. de reu. don.) & in hoc caſu probat Marſilij ſententiam Gram. conſ. 37. nu. 17. 18. & 19. & conſ. 60. n. 5 in crim. Rolan. d. conſ. 17. n. 19. & ſequent. addens contra eam ſentire Cæpol. con. 40. in 7. q. & Boſſ. in ti. de conf. n. 6. quemadmodum & contrarium omnino aſtruit Clar. d. q. 64. n. 32. quẽ refert & Maſc. de prob. lib. 1. concl. 267. nu. 7. quin & ipſe Alex. conſ. 19. nu. 7. li. 7. poſt Bal. in l. ſi quis in hoc nu. 4. C. de epiſc. & cler. aſſerit, non quemlibet detentum ſeu carceratum præſumi metu confeſſum. idemq́ue Bald. in c. at ſi clerici, ſub nu. 8. de iud. Limitat autem æquiparationem noſtram Marſil. in d. l. 1. ſub nu. 26. & in d. §. expedita, ſub num. 9. vt procedat in timidis, quiq́ue cruciantur in tortura, aliter atque in non timentibus tormenta, nedum minas eorum; vt vidiſſe plures ait, qui aliquotiens torti, ad tormenta occalluerunt. idq́ue voluit & Caſon. qui ſupra numero 4. facit quod, in fortioribus & terminis tradit Maſcard. d. concluſ. 353. numero 22.

Confeſsio ſub ſpe.

C*Onfeſsio vel cautio facta ſub ſpe futuræ cauſæ, æquiparatur confeſsioni factæ ſpe futuræ numerationis*. vt refert Bald. in l. Si ſub ſpecie. Cod. de poſtuland. eo quod exceptio infra tempus conſtitutum opponi, & cautio condici poſsit. Qui textus adeo clarus eſt, vt exemplo non egeat. Quinimo & infra tempus conſtitutum exceptio de vtroque opponi poteſt, tam bene ſcilicet, ſi quis verbo (a) confeſſus eſſet ſe mutuum recepiſſe, quam ſi ſcripſiſſet ſe mutuum recepiſſe. de qua re plura notantur per Doctor. ad l. Generaliter, & l. In contractibus C. de non numera. pecu.

ANNOTATIO.

(a) VERBO. Idem Rebuff. ad conſtitut. reg. tomo 1. tit. de chirographorum & ſchedularum recog. arti. 2. nu. 22. & 19. Soarez rec. ſent. theſ. lit. E. nu. 169. Veruntamen hoc caſu, quando quis ſine ſcriptura confeſſus erit coram teſtibus, exceptionem doli, non autem pecuniæ non numeratæ competere, tradit Iaſon in l. qui pecuniam. ſub nu. 10. ff. ſi cer. petat. idque non ſolum intra biennium, ſed quocunque tempore; vt veram receptamque ſententiam aſſerit Alc. ad calcem, d. l. qui pecuniam, dum tamen, ſecundum eum, lapſo biennio debitor eam probet. Zaſius vero ibidem, ſub nu. 8. putat, nihil referre ſi huiuſmodi exceptiones miſcerentur: cùm licet ſint verba diuerſa, tamen vnus ſit omnium effectus. Et recte quidem; Nam & lapſo biennio poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, ſi probetur numerationem non eſſe ſecutam, vt ſcribit, poſt alios Afflict. deciſ. 110. nu. 2. Gomeſ. de contr. cap. 6. nu. 7. ibidemque Soar. & in d. litera E. numero 171. & ſeq. Schurpf conſ. 42. ſub num. 6. cent. 2. latè Sichard. commune dicens, in adducta l. in contractibus numero 4. & ſequen. Maſcard. de probat. libro 2. concluſ. 695. ſub num. 16. & concluſ. 1115. numer. 28. & ſeqq. Quando autem, quomodo, & quibus caſibus, huiuſmodi exceptiones non numeratæ pecuniæ opponi poſsint, tractant illi

 latius.

latius: quemadmodum & idem Maſcard. de probat. libro 1. concluſ. 361. ex numero 14. vſque ad 54. & Rot. Genu. deciſione 25. numero 1. Cardinal. Put. libro 2. deciſione 428. Alexand. conſilio 179. lib. 2. vbi apoſtill. ad verb. non valet, teſtatur non obſeruari in Francia has exceptiones. de quo latè Rebuff. qui ſupra, præſertim numero 68. & ſeq.

CONFESSIO item numerationis, ac ipſa numeratio, paribus paſſibus ambulant, ſecundum Speculat. tit. de teſte §. 1. numero 66. argumento l. fin. C. ad l. falcid. l. ſi rem §. fina. ff. de pignor. actio. latè VVeſenb. conſilio 10. numero 21. conſilio 14. ſub numero 8. & conſilio 42. ſub numero 16. Sic & Bart. conſilio 160. ſub numero 1. Alexand. conſilio 90. nume. 3. libro 3. Natta conſilio 438. ſub numero 12. tradunt, veram ſolutionem ac confeſsionem de ſoluto, poſt triginta dies, æquiparari, per l. in contractibus §. ſuper cæteris C. de non numer. pec. additque Alexand. paria eſſe, probare de numeratione, vel de confeſsione. quod refert & Marſil. ad rubr. ff. de fideiuſſ. ſub numero 266. quæſt. 35. Dum aſſerunt, confeſsionem creditoris, fideiuſſori, eiue qui alium promiſit ſeruare indemnem, prodeſſe, vt à debitore quod ſolutum eſt repetant, ſine alia numerationis probatione. vt & hanc probant Caſtrenſ. conſilio 64. lib. 1. Dec. conſilio 453 numero 6. & in l. 2. §. fin. ſub num. 16. ibidemque Alc. numero 25. ff. ſi cert. pet. Tiraquell. de retract. proxim. § 1. gl. 18. nume. 84. Maril. deciſione 83. numero 2. Surd. deciſ. 218. ſub numero 2. & tanquam veram & communem Afflict. deci. 94. numero 3. & deciſione 150. in 5. concluſione. ſub numero 35. Cephal. conſilio 101. num. 5. & 35. cum ſeqq. & conſilio 603. numero 55. Couarr. variar. reſolut. libro 1 cap. 7. ſub nu. 6. verſ. de creditoribus. Maſcar. d. concluſione 361. ſub numero 1. & numero 9. & latius concluſ. 373 Roland. conſ. 17. numero 9. libro 1. reclamantibus alijs quibuſdam quos illi referunt, & apoſtill. ad Alexand vbi ſupra, Martin. Laudenſ. conſilio 50. ſub numero 24. vbi tamen apoſtill. numero 29. communem latè confirmat. Dum item ſuſtinent, dotem confeſſatam gaudere priuilegijs veræ dotis. quam ſententiam communem dicit Crauet. conſilio 40. numero 6. Roland. d. conſilio 17 ſub numero 3. & numero 10. & veriorem apoſtill. ad Alex. vbi ſupra. licet aliter ſentiant alij, quos ille accumulat, & Tiraq. d. gloſſ. 18. num. 82. & de retr. conuent. § 4. gl. 6. nu. 14 Schurpf. conſ. 22. nu. 4. cent. 1. Ceph. d. conſ. 101. nu. 21. & ſeqq. Mynſing. conſ. 15. numero 9. & ſeqq. Viuius deciſ. 148. numero 1. & 2. Menoch. conſ. 7. num. 2. extenſiſſ. Gaill libro 2 obſeruat. 81. Maſcard. (amplians & limitans latiſsime) de probatio. concl. 361. & concl 566. qui tamen exaudiendi erunt, infra tempora opponendi exceptionem dotis non numeratæ, priores verò illi poſtea, vt in d. conſ. 7. declarat Menoch. num. 9 Gaill d. obſeruat. 81. numero 10. Maſcard. d. conclu. 362. numero 8. & exactiſſ. Couarr. vbi ſupra, Mandoſ. ad Roman. conſilio 445. ſub numero 10. Roland. pleno conſ. 74. præſertim ſub nu. 10. libro 4. Soarez ſenten. theſau. in litera D. numero 326. & ſeqq. Oſaſ. deciſ. 20. numero 8. & ſeqq. Laur. Auenion. deciſ. 25. Purpur. conſ. 32. numero 30. & ſeqq. Sfort. Odd. conſi. 14. numero 22. & ſeq lib. 1. Cephal. conſ. 131. numero 11. Valaſ. Luſitan. deciſ. 6 præſertim num. 5. & 21. Surd. deciſ. 116. ſub numero 2. pulchrè ex præiudicio ſenatus ſui Viuius d. deci. 148. numero 3. & 4. deciſ. 481. numero 1. & ſeqq. deciſ. 537. præſertim numero 13. cum ſeqq. & dec. 538. numero 19. cum ſeqq. poſt Afflict. deciſ. 402. numero 12. aliosque commemoratos, ſentitque Tiraquell. d. gloſſ. 18. ſub numero 83. & ſeq. Per confeſsionem enim aiunt probari veram numerationem; traditque latè Dec. in d. § fin. ſub numero 14. cum ſeqq. & d. conſ. 493. nu. 4. Tiraq. d. gl. 18. num. 83. Maſcar. d. concl. 361. numero 1. cum ſeq. & concl. 1115 præſertim numero 5. & 14. cum ſeqq. Natta d. conſ 438. numero 3. & ſub num. 11. VVeſemb. d. conſilio 42. numero 17. & ſeq. Ceph. d conſ. 603. numero 52 adeoque ſtaturum quod loquitur in ſolutione, verificari in confeſsione aſſerentes, poſt Bald. in l. ſi non ſortem §. indebitum. verſic. quid in excep. ff. de condict. indeb. Idemque Dec. in c. cum cauſam. num. 35. de probat. tradit, in omni contractu, confeſsionem probare veram numerationem, præterquam in mutuo. Sed

hoc in

hoc in mutuo intelligit Crauetta conſilio 267. ſub numero 5. poſt Alexand. d. conſilio 90. numero 7. quando actum & capitulatum eſſet de numeratione, teſtes autem deponerent de cõfeſsione tantùm, deponunt enim extra articulum: aliter atque ſi actum eſſet ex mutuo ſimpliciter, & ſuper eo deponerent de confeſsione: vt & Specul. vbi ſupra, intelligit Alexand. conſilio 179. ibidemque apoſtill. libro 2. conſilio 76. ſub numero 9. lib. 6. & in l. ſi ita ſtipulatus § Chryſogonus. ſub numero 12. ibidemque Zaſ. numero 8. & 9. ff. de verbor. obligatio. Marſil. in rubr. de probati. ſub numero 71. latè Maſcard. d. concluſ. 1115. numero 3. cum ſeqq. accedit Couarr. vbi ſupra, & Soarez in theſauro recept. ſentent. in litera c. numero 253. & 254. commune aſſeuerantes. Non procedit tamen hæc æquiparatio; vt poſt doct. in l. per diuerſas. & l. ab Anaſtatio Cod. mand. & Tiraquel. d. gl 18. numero 85. & ſequentib. tradit VVeſenbech. d. conſilio 42. ſub numero 9. quando ſubeſt præſumptio fraudis in contractu prohibito. & quando de præiudicio tertij tractatur. id quod voluit & Imbert. in enchir. iur. Gall. verb. confeſsio. & Maſcard. (aliter etiam declarans & limitans latiſſ.) in d. concluſio. 361. præſertim numero 6. & 11. cum ſeqq. & d. concluſ. 1115. numero 21. cum ſeqq. & comprobat etiam Tiraq. in d. gloſſ. 6 ex numero 9 vſque ad 18. aſſeritque, ex communi ſententia Bart. numero 6. Iaſ. numero 20. Dec. numero 14. aliorumque in d. §. fin. confeſsionem procuratoris conſtituti ad recipiendam ſolutionem, vel mutuo pecuniam, non prȩiudicare conſtituenti, niſi verè conſtet de numeratione. vt & hanc probat Dec. d. conſilio 493. num. 13. 14. 15. & 24. Marcus quȩſt. 109. libro 1. Marſil. ſingul. 265. Capyc. deciſ. 16. numero 7. Cephal. d. conſilio 101. numero 18. apoſt. ad Mart. Laud d. conſilio 50. numero 26. Meno. conſilio 39. numero 33. & conſilio 375. numero 2. & 20. Burſat. conſ. 395. numer. 15. & ſeq. Surd. deciſione 229. numero 28. Strach. tractat. de mercat. titul. mandat. numero 4. Maſcard. d. concluſ. 361. numero 7. & concluſ. 369. num. 6. cum ſeqq. declarans latius. ſed damnat eam conſtantiſſ. Zaſ. ſing. reſpon. lib. 1. c. 21. & in d. §. fin. ſub nu. 30. Soar. vbi ſupra nu. 252. Imbert. d. verb. confeſsio. Alciat. in l. ſolutionis. numero 3. ff. de verb ſignif. alijque quos refert Alc. in d. §. fin. numero 24. Quem ibidem, probat Tiraq. in d. gloſſ. 6. numero 13. in fin. & Cardin. Put. (ex concluſione rotæ Romanæ) deciſ. 416. numero 1. libro 3. dum rem iſtam plurimum reſidere opinatur in arbitrio iudicantis; qui ſubtiliter perpendat, veriſimileue ſit numeratum an innumeratum. idque è multis declarationibus & limitationibus, quas ipſe Alcia. ibidem, ad communem tradit. de quibus latè item videre eſt apud Laudenſ. eiuſque apoſtill. in d. conſ. 50. vbi numero 31. declarat etiam communem, de qua per Alcia. & Tiraq. vbi ſupra, quod confeſsio tutoris, prælati, & aliorum adminiſtratorum non probet contra pupillum & ſimiles. latè Caſtrenſ. conſ. 34. num. 1. 2. 3. & 4. libro 1. Crauetta conſ. 494. numer. 4. 14. & 20. Capyc. d. deciſ. 16. numero 9. & ſeq. Marcus deciſ. 203. numero 8. & ſeq. lib. 2. in nouis, & dec. 56. numero 1. & ſeqq. libro 1. Menoch. pleno conſ. 39. prȩſertim numer. 35. & ſeqq. & conſilio 479. numero 1. cum ſeqq. Surd. d. deciſ. 229. num. 23. cum ſeqq. Lepid. Luc. deciſ. 57. verſ. prætèrea. ad finem. ibidemque Rouat. deciſ. 137. Maſcard. (declarans etiam latius) de probation. concluſ. 370. & concluſ. 367. præſertim numero 7. cum ſequentib.

Confiteri nihil.

Nihil prorſus confiteri *&* *Confiteri ſine perſeueratione (a)*	*paria ſunt.*

HOrum quoque meminimus in noſtra Praxi criminali. cap. 54. de proceſſus viſitatione & examine, pagin. 114. num. 16. in poſtrema editione. quæ breuitatis ſtudioſus ibidem clariſsimè aſſerta videbit.

ANNOT.

ANNOTAT.

(a) PERSEVERATIONE. Grammat.conſ. 44.num.15.in crim.Clar.ſententiar. lib. 5.§. fin.quæſt.21.numero 36.& quæſt. 64. num. 40. poſt Boër. deciſ.163. numero. 18.alioſque, Maſcard. (declarans & limitans latiſſ.) de probat. lib. 1. concluſ. 353. numero 19. cum ſeqq. Quemadmodum & è diuerſo Grammat.deciſione.34 ſub numero 57. ex ſententia Speculator. in tit. de confeſſ. §.1.numero 4 in fin. tradit, æquiparari perſeuerantem in confeſsione per tormenta extorta,& nullis tormentis præcedentibus confitentem.

Conſenſus tacitus.

Conſenſus (a) tacitus, & conſenſus expreſſus, in iure æquiparantur, vti notat Bart. in l. de quibus.nu.4 ff. de legib. quem vide. Vnde ſicut conſenſus expreſſus parit obligationem, ita etiam & conſenſus tacitus. De quo Specul. in titul. de cauſ. poſſeſſ. & proprié. §.3. circa principium. Et quemadmodum nominationea ad beneficia perduntur per expreſſam renunciationem, vt in c. Audita, de reſtitut. ſpolia. ita etiam perduntur per renunciationem tacitam, (b) veluti, ſi quis tempore nominationis fieret miles, vel ſi cum aliqua muliere matrimonium contraheret, vel aliquid aliud ſimile faceret, quod per ſe tacitam renunciationem includeret, is haud dubiè ſuæ denominationi cenſeretur cedere, non ſecus quam is qui expreſsis verbis ſuæ denominationi ceſsiſſet, de qua re vide Rebuffum, in tractat. de nominat. quæſtione vltima, nume. 17. & 18. Non enim minus factis voluntas (c) alicuius declaratur, quam verbis. d. l. De quibus, & l. Recuſari. ff. de acquir. hære. Vnde etiam contractus qui per conſenſum fiunt, verba non exigunt, ſed vel nutibus, vel alijs actibus conſenſum exprimentibus tacitè (d) conficiuntur l. Si pater naturalis. ff. de adopt l. Item quia. (e) ff de pact. Et ſi is, cuius conſenſus requiritur, præſens adeſſet, iſque taceret, (f) ipſius certè tacitus conſenſus nudè colligitur, & perinde valet, atque ſi expreſsis verbis conſenſiſſet. l. Qui patitur. ff. Mandati Et latè Felin in c nomine, de præſumpt. Et latè quoque Tiraquel. de retract. §.1. gloſſa. 9. num. 313. cum ſequentib. Hic tamen conſenſus tacitus nô ſufficit, neque locum habet in matrimonio: In eo enim requiritur conſenſus expreſſus, (g) potiſsimum ſi res agatur coram tribunali Eccleſiaſtico.

ANNOTATIO.

(a) CONSENSVS. Regulariter tamen expreſſus plus tacito operatur conſenſus, vt docet Panormitan. in cap. ſi diligenti. ſub numero 25. & in ca. dilecti, ſub numero 4. de for. compet. & poſt eum, alioſque, Dec. in c clerici numero 56. & ſeq. de iudic. & in ca. cauſam matrimonij numero 28. de offic. deleg. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 127. numero 18. & ſeq. Natt. conſilio 512. ſub numero 12. & numero ſeq. latiſſ. Tiraquell. ad leg. connub. gloſ. 7. numero 49. 50. & 71. cum ſeq. ibidemque numero 73. & ſequentib. Declarat conſenſum tacitum, expreſſo, aliquando potentiorem, vt & Natt. (remiſsiuè) ſub d. numero 12. vbi tamen reſpondet, quòd tunc lex improbat expreſſum conſenſum; tacitum autem permittit & fouet. latius autem ad rem inferius ſub tit. Expreſsio tacita.

(b) TACITAM. Anchar. conſilio 34. numero 20. Aufrer. deciſ. Tholoſ. 239. Euerard. conſilio

conſ. 111.num. (mihi) 4. Rebuff. in l. Paulus reſpondit, verſ. penult. de verbor. ſignificat. Gygas de penſion. quæſtion. 54. Neque modò beneficia perduntur,(vt apud eos) ſed etiam quicumque regreſſus, acceſſus, & alia quælibet iura ad beneficia competentia, Clar. poſt alios, lib. 5. ſentent. §. fin. quęſt. 73. ſub numero 5.

(c) VOLVNTAS. Sic item voluntatē teſtatoris expreſſam, & quæ ex coniecturis colligitur, æquipatari, ſcriptum reliquit Bellon. conſilio 9. num. 13. per l. licet imperator, & ibi Barto. de leg. 1. l. cum auus. ff. de condit. & demonſt. & l. cum virum C. de fideicom. & voluit Afflict. deciſ. 44. num. 14 & ſeq. Viuius deciſ 466. num. 5. Schurpf conſ. 61. ſub nume 3. & conſ. 75. num. 4. cent. 2. Menoch. lib 3. præſumpt. 134. num. 37 & conſ. 95. num. 31. cum ſeqq. conſ. 450. n. 12. conſ. 459. n. 9. cū ſeq. & conſ. 775. n. 22. declarat latè Decia cōſ 41. n. 53. & ſub n. 59. & 146. lib. 1. conſ. 1. n. 45. & n. 106. lib. 2 conſ 34. nu. 98. & 99. lib. 3. & poſt alios, Burſat. conſ. 308. (cui initium, nobilis dominus) nu. 4. & conſ. 251. nu. 14. vbi poſt Pariſ. con. 5. n. 17. & conſ. 66. n. 80. lib. 3. alioſque, addit hoc procedere, etſi coniecturę, ex ipſo teſtamento, non deſumantur. in quo tamen mox in conſ. 263. n. 31. & ſeq. contrariū docet, vt & poſt eundē Pari. conſ. 74. n. 16. lib. 3. alioſque Oſaſ. conſ. 74. ſub n. 48. & conſ. 71 n. 1. Ceph conſ. 738. inci. quamuis ego. n 5. ſed & aliorū varietatem, qui propter huiuſmodi axiomatū pugnantiā, cauſæ inſeruientes, pro vtraque parte conſuluerunt, longa ſerie recenſet Franc. Mantica, de coni. vlt. volunt. li. 3. tit. 19. Verùm conſtantiſsimè Men. conſ. 57. nu. 41. conſ. 330. n. 7. & latius de præſum. lib. 4. q 26. nu. 3. poſt. Alex. conſ. 139. ſub n. 6. lib 6. Crauet. conſ. 161. nu. 13. alioſque, aſſerit voluntatem teſtatoris tacitam non obſeruari, quando verba non patiuntur, nec ad eā, ex lata, aut impropria ſignificatione, adaptari poſſunt. idemque Crauet. conſ. 334. nu. 15. Decia. conſ. 2. n. 69. lib. 2. & ex præiudicio ſenatus ſui Viu. dec 281. n. 10. & dec. 284. n 7. & ſic in hac materia ſcripti & voluntatis, poſt longam multamque diſputationē, tandē concludit Tira. ad l. ſi vnquam, in verb. libertis n. 69. C. de reu. don. verba cū clara ſunt & minimè ambigua, haud dubiè, ſequēda eſſe, etiamſi mens & ratio repugnare videantur. quod & latius confirmat Viu. d. dec. 281. nu. 7. & ſeq deciſ. 283. ex nu. 1. vſque ad 7 & d. dec. 284. num 8. latiſſ. autem de his Mant. vbi ſupra, & in tit. 3. præſertim nu. 10. & nu 18. & tit. ſeq. pręſertim nu. 4. lib 3.

(d) TACITE. ſunt tamen expreſsi, non taciti contractus, vt probat Tiraqu. d. gloſſ. 7. ſub num. 83. ſentitque Socin. ſen. conſilio 112. ſub num. 8. lib. 1. quem ſequitur poſt alios & Burſat. conſ. 150. num 54. dum tres modos deducit agnoſcendi expreſſum conſenſum, à lege requiſitum, vt apud eos latius. latè etiam Crauett. conſ 204. ſub nu. 15. & ſeq.

(e) L. ITEM QVIA. & ibi pulchrè Portun. Garc. & in l. labeo 2. §. & ideo n. 5. eod. tit. Rom. conſ. 103. ſub nu. 5. & conſ. 291. nu. 3. Schurpf conſ. 44. nu. 9. & ſeqq cent. 3.

(f) TACERAT. Iaſ. in l. quæ dotis, ex nu. 68. vſque ad fin. ff. ſolut. matrim. enumerat. 17. caſus affirmatiuos in quibus præſens & tacens conſentire videatur, & nouem negatiuos. eiuſque traditionem probat Menoch. lib. 6. pręſumpt. 99. poſt Maſcard. multis etiā corollarijs & declarationibus explicitem, in tract. de prob. in concl. 1153. 1109 & 1218. Accedit idē Maſc. concluſ. 417. num. 15. & ſeqq. Gomeſ ad l. 54. Taur. numero 5. Molin. conſilio 54. Schurpſ. conſilio 98. cent. 2. Viui. deciſione 23. Surd. deciſione 99. numero 2. cum ſeq. deciſ. 100. numero 8. deciſ. 294. num. 13. & deciſ. 302.

(g) EXPRESSVS. Tiraquellus in d. gloſſ 7. numero 17. Marcus deciſ. 3. libro 1. contrariam tamen veriorem ſententiam, & communem probant Boerius conſilio 40. præſertim numero 20. & ſequent. Decius conſilio 112. in princip. Alciatus conſilio 13. numero 7. Couarru. de ſponſal. parte 2. cap. 4. in princip. Soarez theſaur. receptar. ſententiar. in litera M. numero 87. Tiber. Decian. conſilio 80. nume. 1. cum ſeq. lib. 1. Maſcard. de probat. libro 2. concluſ. 1023. numero 3.

Conſenſus non negando.

Conſenſus item tacitus eſt, quando quis non negat, & pro conſenſu expreſſo habetur. (a) c. Nonne, extra de præſumption. Vbi Dominus (vt eſt in Euangelio) accuſatus à Iudæis his verbis: Nõne bene dicimus, quia Samaritanus es tu, & dæmoninum habes? Reſpondit Ieſus. Ego demonium non habeo. Duo quippe illata fuerunt ei, vnum negauit, alterum tacendo conceſsit. (b) Et huc facit, quòd notat Angel. in l Generaliter, in fine princip[ij]. Cod. de ſecund. nupt. Si quis in præſentia teſtium. non irato animo, neque per iniuriam repræhendit aliquem de delicto, & ille tacet, & non negat, nec excuſat ſe, conſentire videtur, & concedere verum eſſe, quòd ipſi imponitur. adeo, vt ita tacendo de ſe, deque facto obiecto, iudicium præbeat ad torturam ſufficiens, vti etiam teſtatur. Hippolit. à Marſilijs in ſua Praxi criminali, §. diligenter, verſic. Quæro etiam de notabili dubio. (c) Et. Ludou. Carrerius, etiam in ſua Praxi criminali Rub. de indicijs, numero 28. Sic & is qui ſe ſimulat, aut fingit verba aduerſarij non audire, habetur pro expreſsè conſentiente, ob id quòd obiecta ſtatim non negat. Bald ad l. 1. C. de bo. quæ liber. Idem in eo qui non tacet ſed dicit. Nõ contradico, vel non nego. vt habetur in gloſſa, & docto ad c. Per tuas. ad verbum Non negaret, extra de condit appoſ. Et Cagnolus ad l. Qui tacet ff. de reg. iur.

ANNOTAT.

(a) HABETVR. Præſertim in iudicijs, Iaſ. poſt alios, in l. quæ dotis numero 77. ff. ſolu. matr. Moliu. conſilio 54. numero 5. Tiraq. de leg. connub. gl. 7 numero 37. Menoch. recuper. poſſeſſ. remed 1. numero 162. Cepha. conſilio 422. numero 19. & conſ. 685 numero 34. Et ſic paria eſſe, in actibus iudicialibus, partem expreſsè conſentire, vel præſentem eſſe & non contradicere, concludit Felin. in cap. cum in iure, ſub numero 9. de offic. & poteſt. iudic. delega. ſequiturque Vant. de nullit. proceſſ. tit. quib. mod. ſentent. null. defendi poſſ. numero 61. per tex. in l. 1. & inibi Bart. numero 6. C. de relat. cum ſimil. ſentitque Crauet. conſ. 201. num. 6. in fin. videatur tamen Alciat. in l. deteſtatio num. 13. de verb. ſignif.

(b) CONCESSIT. Alexand. in l. quæ dotis, numero 36. ff ſolut. matrim. latè Maſcard. de probatio. concluſione 417. numero 35.

(c) VERSIC. QVAERO ETIAM DE NOTAB. DVBIO, numero 137. non tamen hoc inibi dicit Hippolit. verùm ſimile eius dictum ibidem, referens, hoc illi addit Carer. in ſua praxi, ad l. 2. C. quor. appell. non recip. nu. 142. & de eius dicto, alijſque hic adductis, agit latè Caſon. de ind. & torment. in tract. 9. cap. 2. Reliqua diximus ſupra, ſub tit. Approbo.

Conſentire facto.

Sic quoque conſentire facto, & conſentire verbo paria (a) ſunt, vti teſtatur. D. Ioannes Antonius de ſancto Georgio, aliàs præpoſitus in c. Ad noſtram n. 1. extra de coniugio ſeruorum, per hoc quòd notatur in c. dilecti, in gloſſa 1. extra de appel. Sicut itaque verbis (vt hoc exempli gratia primo dicam) contrahitur matrimonium, ita etiam contrahitur factis. (b) vti habetur in d. ca. Ad noſtrã, in gloſſ. in verbo. Nec facto, & c. Honorantur. 32. quæſt. 2. & l. Sed ea quæ. ff de ſponſalib.

ſponſalib. Secundo ſicut ratihabitio (c) fit expreſsis verbis, ita etiam & tacitè fit factis l. Paulus reſpondet ff. Rem ratã habere. Tertio ſicut Dominus dicitur approbare contractum falſi procuratoris, expreſsè hoc dicendo. ita etiam eundem contractum approbat, ſi id quod in illo contractu per talem procuratorem promiſſum fuerat, de facto ſoluat. (d) l. Indebitum. C. de condict. indebiti. gloſſa in l. Recuſari. ff. de acquirend. hæred. Vbi dicit nihil intereſſe, an verbis, an rebus, vel facto quid fiat. Imò, in l. Si tamen. §. Ei qui. ff. de ædilit edicto. dicitur, quòd multo maius eſt facere, quàm pronunciare. Et re vera facta certius, ac fortius voluntatem alicuius explicant, quam verba. In verbis enim fictio ſępius vſuuenit, quàm in factis, de qua re Anchar conſ. 302. (e) gloſſa in ca. dilecti. per illum textum, de app. Et Tiraq. de retractu conuentio. ad finem tituli nu. 75.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. text. gloſſ. Archid. & alij, in c. exiſtimant 11. quæſt. 3. Panorm. conſilio 28. numero 4. lib. 1. Natta conſ. 652. ſub num. 5. Crauet. conſ. 150. ſub num. 3.

(b) EFFECTVS. ſi tamen prius conſenſus verbis expreſſus, ſed propter aliquam cauſam nullus præceſſerat, vt in adducta gloſſ. in verb. nec facto. & pulchrè Couarr. de ſponſalib. part. 2. cap. 4. ſub numero 5.

(c) RATIHABITIO. Pulchrè Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſ. 11. ſub numero 3. & conſilio 276. numero 2. Decius l. ſemper qui non prohibet, ſub numero 8. ff. de reg. iur. & conſilio 132. numero 3. conſilio 212. ſub numero 3. conſilio 367. ſub numero 3. & conſi. 449. numero 34. Imber. in enchir. iur. Gall. verb. Ratihabitio. Pariſ. conſilio 33. numero 30. 59. & ſeq. libro 1. Cephal. conſilio 756. (incip. dubium non eſt) numero 3. Marin. deciſ. 70. numero 6. Surd. deciſ. 3. ſub num. 10. Maſcar. de prob. lib. 1. concl. 403. num. 13. & concl. 417 numer. 28. Tiraquel. de iure conſtit. poſſeſſor. parte 3. limit. 16. numero 11. & ſeq. qui multis id exemplis illuſtrant, quemadmodum & Vant. de nullit. proceſſ. tit. quib. mod. ſenten. null. repar. nu. 103. & ſeqq. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 113. & conſilio 178. numero 13. conſilio 389. numero 2. Crauetta conſilio 276. numero 5. verſ. qui enim ſolut. Natta conſ. 45. num. 10. Burſat. conſilio 118. numero 14. & ſeqq. Laur. Auemon. deciſ. 13. num. 4. cum ſeq. & dec. 24. num. 2. Oſaſc. conſ. 1. num. 71. cum ſeqq.

(d) SOLVAT. Vt ſi quis pretium rei ſuæ venditę petat, præcedentem alienationem ratificat, quemadmodum poſt Crauett. conſ. 169. ſub numer. 4. aliiſque, latius probat Burſat. conſ. 172. num. 1. & poſt Alex. conſ. 117. ſub nu. 2. lib. 5. aliosque, Menoch. conſ. 658. numero 7. & ſub num. 12. Ceph. conſi. 5. num. 15. extenſè Surd. deciſ. 129. numero 4 cum ſeqq. & deciſ. 257. ſub numero 3. (vbi fallit) Sic & Socin. iun. conſ. 42. num. 12. libro 1. & Crauetta conſ. 77. numero 10. & conſi. 193. num. 12. reſponderunt, ex facto ſubſecuto voluntatem contrahentium declarari. Accedit Roman. conſilio 291. numero 4. & conſ. 291. numero 2. & vtrobique Mandoſ. Rebuff. conſilio 131. verſ. pro qua. & conſilio ſeq. verſ. non obſtat. cum ſequentib. Crauetta conſilio 213. numero 8. poſt Caſtrenſ. conſi. 347. ſub num. 14. & numer. ſeq. libro 1. Socin. ſen. conſilio 25. numero 25. & conſ. 145. ſub nu. 2. lib. 1. quo pertinent etiam quæ tradit Leonin. conſ. 54. ſub num. 2. verſ. ad quorum.

(e) ANCHAR. CONSILIO 302. nu. 1. idemque conſilio 34. ſub numero 10. Vant. ſub d. numero 103. Tiraquel. vbi ſupra, & ad leg. connub. gloſ. 7. ſub numero 7. & de retract. proxim. § 32. gl. vnica numero 21. Dec. in d. l. ſemper, ſub numero 8. & conſilio 536. num. 15. & conſ. 678. ſub numero 2. Guid. Pap. conſilio 109. num. 3. Roman. d. conſilio 291. numb. 4. ibidem-

ibidemque Mand. Rebuff. tractat. de ſeditioſ. §. 7. numero 10. Molinæ ad conſuet. Pariſ. §. 1. gloſſ. 5. numero 29. conſilio 21. ſub numero 4. & conſilio 54. numero 7. Zaſ. conſilio 14. numero 78. libro 1. conſilio 6. numer. 21. & conſilio 13. ſub numero 35. libro 2. Grammat. conſilio 13. num. 3 in crimin. conſ. 150. num. 24. in ciuil. & voto 10. ſub numero 1. Mudæ. inter conſ. Cantiunc. conſilio 8. numero 10. & ibidem conſ. 14. numero 29. Schurpf. conſ. 44. num 12. & ſeq. cent. 3. Oſaſ. vbi ſupra & conſ. 53. n. 5. VVeſ. conſ. 44. ſub n. 62. Leon. conſ. 59. verſ. & quod dicitur. conſ. 75. numero 4 & conſ. 86. nume. 8. Decian. conſilio 5. numero 18. lib. 2. & conſ. 19. numero 73. libro 1. Magon. Luc. deciſ. 33. numero 30 Rouat. Luc. dec. 132. verſ. ſi enim. Lauren. Auenion. deciſ. 4. nu. 18. latè Maſcard. concl. 55. nu. 1. cum ſeqq. concl. 130. num. 3. & concl. 1415. num. 35. cum ſeqq. Menoch. in d. remed. 15. numer. 124. & conſilio 110. nu. 1. conſilio 231. nu. 9. conſ. 257. in fin. conſilio 313. ſub num. 17. conſ. 561. ſub nu. 12. & de præſum. lib. 1. præſ. 19. num. 1. & lib. 6. præſ. 35. numero. 21. vbi id paradigmatibus illuſtrat, quemadmodum & pulchrè Crauett. conſilio 204. numero 11. & ſeqq. conſilio 223. numero 3. conſilio 402. numero 9. conſilio 408. num. 5. conſ. 991. num. 28. lib. 6. & in reſponſ. 1. pro genero, nu. 109. 176. & 205. Declaratque Menoc. d. conſ. 810. numero 38. & ſeqq. vt & Maſcard. d. concl. 1415. numero 45. procedere, quando factum ipſum clarum eſt, neceſſarióque infert id quod declarare dicitur, vt apud eos latius. eſt enim magis limitata voluntas quæ ex facto, quam quæ ex verbis habetur, minuſque extenditur, Dec. in adducto cap dilecti. 2. nume. 2. 3. 4. & 5. in cap. cum ſuper, à numero 29. vſque ad 33. de offic. delegat. in cap. cum venerabilis numero 115. de except. in l. non vult hæres eſſe, numero 9. & ſeq. de reg. iur. & in conſilio 416. ſub numero 15. Caſtrenſ. conſilio 334. numero 6. libro 1. Decian. conſilio 1. numero 77. lib. 2. Tiraquel. d. gloſſ. 7. numero 50. & ſeqq. limitatur enim quatenus ex facto inferatur neceſſariò. Dec. in conſilio 72. numero 5. conſilio 452. numero 24. conſilio 460. numero 7. conſilio 628. ſub numero 3. & c. cum acceſsiſſent numero 82. de conſtit. latè Cardin. put. deciſ. 180. numero 7. 8. 14. & 15. lib. 1. Crauet. de antiquitat. tempor. 1. part. 4. partis princ. ſub num. 77. Surd. dec. 35. num. 10. cum ſeq. dec. 100. nu. 7. deciſ. 259. nu. 5. cum ſeqq. & deciſ. 285. nume. 3. Sed & ex non facto, ſeu fieri omiſſo, voluntatem declarari, tradit Midæ. d. conſilio 3. num. 13. Leon. d. conſilio 86. numero 7. & ſeq. Oſaſc. conſ. 68. n. 46. in fin. latè Mantic. de coniect. vltim. volunt, lib. 12 titu. 13. probatque adductis exemplis Crauett. conſilio 91. numero 10. & conſilio 737. numero 22. Maſcard. d. concluſione 1415. numero 41. cum ſequentib. quod tamen Menoch. de præſumpt. lib. 1. præſ. 23. numero 8. ita demum admittit, quando is, qui tenetur aliquid facere, nihil facit: vt tunc ex non facto vel non dicto colligatur præſumptio. nam alioquin ille, contrariam regulam negatiuam, noue conſtituit, vt ibidem per totam illam præſumptionem 23. latius videre eſt.

Conſentire iudicanti.

C*Onſentire iudicanti, & conſentire actui, id eſt iudicato ſeu ſententiæ, (vt & ſupra diximus, Actui conſentire) paria ſunt.* iuxta gloſſam notabilem, in l. Tunc autem. ff. de re iudicat. Et ibi D. Iaſon. Sic itidem (inquit) paria ſunt, Conſentire perſonæ facienti actum, & conſentire ipſi actui: Quocirca ſicut in Magiſtratu in quo omnes ſunt iudices, ſi quidam ipſorum, aut reliqui omnes ſententiam, aut dicta priorum magiſtratuum vel dicendo vel tacendo approbent, aut certe non reijciant, ea ſententia ab omnibus prolata eſſe cenſetur, ita quoque omnes iudicaſſe, & in priorum ſententiam conſenſiſſe, intelliguntur, quando tempore iudicati ſententiæ non contradicunt, aut recla-

mare

mare non poſſunt. Et ſic legi quæ omnium conſenſum requirit, conſentiri, & ab omnibus ſatis fieri intelligitur. Quod tanquam candido lapillo notandum, atque obſeruandum eſſe monet Zaſius, ad l. Pomponius num. 7. ff. de re iudicat. Atque ideò ſicut à ſententia iudicis is appellare non poteſt, qui in eam ſententiam conſenſit, ita quoque appellare à ſententia non poteſt is qui tacitè in eandem ſententiam conſentit, hoc eſt, qui tacitè iudicatum poſt ſententiam approbat, nempe ſi iudicato mox ſoluat, vel ſi terminum ſoluendi (a) à iudice, aut à parte petat aut exigat l. Ab eo. C. quomodo & quando iudex.

ANNOTATIO.

(a) SOLVENDI. tex. & inibi doctor. in l. ad ſolutionem C. de re iudic. in l. tale pactū §. qui prouocauit. & ibi gl. ff. de pact. Rom. conſ. 9. ad fin. & inibi apoſtill. Dec. conſ. 618. n. 2. Ceph. conſ. 654. nu. 39. cum nu. ſeq. poſt Gram. deciſ. 103. n. 40. in fin. cum n. ſeq. alioſque Gaill. li. 2. de pace publ. c. 4. ſub nu. 23. poſt Panor. in c. quoad conſultationem, de ſent. & re iud. ibidemque Felin. n. 5. communem aſſerentem, & limitantem aliquatenus, vti limitat & Ioann. de Imol. conſilio 144. num. 1. & latius conſilio ſeq. num. 11, & nouiſſ. Menoch. conſ. 561. numero 16. & de præſumpt. libro 2. p: æſ. 54. numero 3. & 4. qui ibidem ſub numero 1. poſt Grauet. conſilio 76. in fin. appoſitiſſ. ſcribit, paria eſſe, quò ad approbationem actus & ſententiæ, ſoluere vel petere terminum ad ſoluendum.

Conſiliarius.

C*Onſiliarij & aduocati comparantur militibus ſtipendiarijs.* Vide ſupra. Aduocatus.

Conſilium petere.

N*ullum requiſiuiſſe conſilium, & requiſiuiſſe conſilium, (a) ſed tempore incompetenti, paria ſunt.* Item, Nullum in ſua cauſa petijſſe ab aduocatis conſiliū, & à magiſtratu petere conſenſum pro conſilio habendo, ſed ſero, & tempore incompetenti, paria ſunt. Simile dicit l. in denunciatione quam facit emptor venditori, non enim debet nimis ſero denunciare, vt l. Si rem. §. Quolibet. ff. de euiction. Vbi aſsiſtentiæ petitio, & denunciatio ab emptore apud venditorem facta, tunc demum rata, & firma exiſtit, quando ipſa competenti tempore (b) ante, & non ſub ipſa condemnatione exhibetur. Sic vbicunque conſenſus, vel conſilium requiritur; & is requirens ſerius petit, atque ob id nil impetrat, ipſi omnino imputandum videtur, quominus impetret, quia ſcilicet competenti tempore conſilium captandum non petijt. Vide Baldum ad d. l. 1. colum. antepenultima verſicu. Extra quæritur. C. Qui admitt. ad bon. poſſeſſ. poſſunt. Et huc pertinet. Quod tutoris authoritas, (c) niſi ſuo tempore interueniat, nihil operetur. §. Tutor autem, inſtitut. de author. tutor. & late de his Bartolus cum Iaſone ad l. Si quis mihi. §. Iuſſus ff. de acquirend. hæred. Horum copioſius meminit D. Petrus de Anchoran. in ca. Cum veteri, extra de euictionib.

ANNOTAT.

(a) CONSILIVM. ſic ſententiā latā à iudice ſecundū conſilium ferendū per conſultorē, eſſe nullā, nec reconualeſcere ſuperueniente conſultoris conſilio, tradit Marſil. ad l. quæſtionis

habendæ numero 34. ff de quæſtion. allegat Alexan. conſilio 185. numero 28. lib. 2. ſequiturque Ruin. conſilio 38. numero 8. lib. 5. ſentitque Soarez recep. ſent. theſ. in litera S. numero 32. videatur tamen idem Marſil. ad rubr. C. de probat. num. 365. poſt Felin. in c. cum venerabilis. ſub numer. 47. de except. ibidemque Decius numero 142 & ſeqq. vbi limitatur, quando iudex aſtringeretur, quia immineret lapſus inſtantiæ. Huiuſmodi autem conſilium deciſiuum conſulentis æquiparari ſententiæ iudicis, in qua non ſolet cauſa exprimi, ſcribit Rolan. conſi. 9. numero 2. libro 1. poſt Panorm. conſilio 2. in princip. lib. 2. & poſt eundem Panormitanum conſilio 21. numero 2. volumin 2. Felin. in cap. ſicut. numero 11. de ſent. & re iudic. alioſque voluit Decian. conſ. 72. numero 1. libro 2. & in apolog. pro iuriſprudent. cap 15. numero 28. vbi latius.

(b) TEMPORE. Aufrer. ad deciſ. Tholoſ. 407. ad fin. verſ. adde quod vbi fieri debet, latè Marant. de ord. iudic. parte 6. tit. de laudatione. nu. 3.

(c) AVCTORITAS. Marſil. ſub d. num. 34 (dum ibidem ex num. 30. poſt Felin. in c. cum dilectus. de accuſ. latiſſ. tractat an habilitas ſuperueniens, validet actum ab initio nullum) Chaſſen. ad conſuet. Burgund. tit. *des droicts & apperten. à gens mar.* § 1. in verb. *& auctorité.* num. 1. & 7. latiſſ. Tiraq. ad leg. connub. gloſſ. 6. num. 1. & ſeqq. aliud docens in conſenſu, vt & Burſat. conſ. 3 0. numero 43 Nam & Roman. conſi. 340. num. 7. Pariſ. cenſet, conſenſum requiſitum interuenire à principio, vel ratihabitionem ſubſequi ex interuallo, per c. Salonitanæ. 16. q. 1. cum aliis ab eo adductis. diſtinguitur tamen vt per Tiraq. ibidem. & Chaſſen. d. tit. § 7. in verb *ſi ce n'eſt du conſentement &c.* num. 2. Gomeſ. ad l. 54. Taur. ſub numer. 6. alioſque quos adducit Burſat. conſ. 160. num. 56. Decian. conſ 130. num. 8. lib. 5.

A Concilio recedere.

ANte diſſolutum Concilium recedere, & ad Concilium non venire, paria ſunt. Item paria ſunt, *Non venire in Concilium, & à Concilio ſine licentia recedere.* Ex quibus notandum eſt, Quod qui vocatus (a) eſt ad Concilium prouinciale, ſatis non ſatisfacit vocationi ſi ad Concilium veniat, niſi in eodem conſtanter duret, & perſeueret. c. ſi quis autem, & ibi Prepoſitus notat. 18. diſtinct. Sed hoc intelligendum eſſe puto, quando nulla ex Concilio recedendi neceſsitas (b) vrget. Atque ideo ibidem ita ſcribitur. Si quis autem ſynodo adeſſe neglexerit, vel coetu fratrum, antèquam Concilium diſſoluatur, crediderit eſſe deſerendum, alienum ſe à fratrum communione agnoſcat, nec ſe recipiendum eſſe putet, priuſquam in ſequenti ſynodo abſolutus exiſtat. Vnde & à ſimili. Si canonicus vocaretur ad electionem faciendam, conſtituto tempore, eaque electio interim die, præfixo ex cauſa, non celebraretur, quod fortaſsis canonici præſentes malint adhuc expectare aliquem abſentem, tunc eo tempore durante non licebit alicui de canonicis præſentibus recedere. Nam ſi eo tempore recederet, id perinde eſſet, atque ſi non adfuiſſet, aut ſi ſe abſentaſſet, teſte Innoc. in c. Conſului. de off. deleg. Simile quoque eſt in iudicio. Nam ſi reus eſſet citatus ad aliquem actum de certo peragendum, & actor interim qui ipſum citari fecit, die præfixo non compareret, ipſe reus comparens, non debet etiam abſque licentia recedere à iudicio, niſi ſi ipſe veluti non comparens haberi voluerit. cap. Certum. 11. q. 3 Quando enim aliquis in iudicium vocatus recedit ſine licentia, (c) is dicitur contumax, & videtur

Digitized by Google

detur proteſtari, quod de cætero nõ vult ſub illo iudice litigare. ca. Finali, de dol. & contu. lib. 6. Clementi. Vnica. eod. titul. Ideoque nec amplius eſt vocandus, quia tunc perinde cenſendus eſt, atque ſi non comparuiſſet, & veluti contumax, qui in non comparendo adeſſe noluiſſet, vti teſtatur Boerius, in Repet. l. Conſentaneum. C. Quomodo & quando iudex, & ibi Baldus & alij.

ANNOTAT.

(a) VOCATVS. Luc. de Penn. ad l. ſi quis decurio., in princip. & verſ. contrarium ſic oſtenditur. de decurion. lib. 10. vbi ſimilia multa videre eſt.

(b) NECESSITAS. Ita declarat Iaſ. loco poſtea citando, quod ibi dicitur. facit quod tradit Roman conſ. 261. ſub nu. 2 eum ſtetiſſe qui ex iuſta cauſa receſsit, dummodo propoſitum habeat reuertendi, ſeu per eum non ſtet quare non maneat.

(c) SINE LICENTIA. Iaſ. ſub num. 6. Sichar. ſub num. 5. in l. ſancimus. C. de iudic. Boer. deciſ. 206. num. 10. ad fin. Zaſ. in l. qui ante calendas. num. 12. vbi latiſſ. Iaſ. declarans & limitans. num 5. & ſeq. ff. de verb. oblig. & inibi apoſtil. ad. Iaſ. intelligendum dicit, dummodo accuſetur contumacia: nunquam enim contumacia rei nocet, niſi quando eam, aduerſarius in termino comparens, accuſat, vt pulchrè tradit Alex. conſ. 100. ſub num. 6. ibidemque apoſtil. lib. 5 Sichard in l. properandum §. & ſiquidem. num 4. C de iudic. Lepid. Luc. deciſ. 115. verſ. in termino, ad finem. Plura autem huc ſpectantia monſtrabimus inferius, ſub titul. venire ad iudicium.

Conſtare.

Conſtare per partium ſubſcriptionem, & conſtare per teſtium depoſitionem, paria (a) ſunt. Vel ſic, Paria debent cenſeri, de partium voluntate cõſtare per ipſorum ſubſcriptionem, & conſtare per teſtium depoſitionem. l. In exercendis C. de fide inſtrument. De quo etiam in l. Scripturas. Co. qui potio, in pignor. habeant. Et per Barto. in l. Nuda. ff. de donat. Et in capit. 2 de fide inſtrument. Vbi dicitur, quod in exercendis litibus parem vim obtinent, & teſtium depoſitiones & inſtrumenta, aut publica, aut priuata, (b) dummodo per partes, vel per alios confecta aut ſubſcripta fuerint Item conſtat de pacto, quãdo id cum bona fide interpoſitum docetur, ſcilicet aut per ſcripturam, aut per alias probationes, (c) per quas rei geſtæ veritas aliquo modo comprobari poteſt. l Pactum quod bona fide. C. de pact. Vnde etiam fit vt ſubſcriptio ipſa vocetur teſtimonium, nempe quod is qui ſubſcribit, etiã teſtificari videatur. l. Final. & ibi Bald. in 2. notabili. C. Si cert. petatur, & habet vim depoſitionis. Idem Bald. ad l. Fina. in 8 oppo. C. de edict. diui Adrian. tollen. Et ſicut teſtamentũ poteſt probari per inſtrumentũ à teſtatore ſubſcriptũ. l. Hac conſultiſsima C. de teſtam. ita quoque & teſtamentum per teſtium depoſitiones (d) confirmari poteſt, l. 2. C. eodem tit. & c. Cum eſſes, de teſtament. & amiſſo teſtamento illo proditum eſt poſſe teſtatoris voluntatem ſolis teſtibus probari. l. Teſtium. C. de teſtibus. Docto. in l 2. C. de bonor. poſſeſ. ſecundum tabul. Et ſicut teſtibus conuictus (e) nõ auditur l. 2. C. Quorum appel. non recipiuntur, ita quoque nec audiendus eſt is, qui per propriam ſubſcriptionem aliquid eſt confeſſus. l. Generaliter. C. de non numera pecu. Et teſte D. Matthæo de Afflictis in ſuis deciſionib. Neap. deciſ. 104. num. 3.

ANNOT.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Appoſitiſſ. Vincent. deciſ. 95. nu. 7.

(b) PRIVATA. Sic Tiraq. de retract. conuention. §. 1. gloſ. 7. nu. 49. ſcribit, quando non agitur de præiudicio tertij, ſed ſcribentis tantùm, priuatam ſcripturam non minus fidei aduerſus eum facere, quàm publicam, per l. publia. §. vlt. ff. depoſ. aliaque ab eo adducta. dum tamen recognita ſit per ſcribentem, vt docet Felin. (quando ſcriptura priuata probet latiſſ. explicans) in c. ſcripta. ſub numer. 11. de fide inſtrum. Coraſ. poſt alios, ad l. admonendi. numero 48. ff. de iureiuran. Alex. conſ. 191. num 1. & ſeq. libro 2. Euerard. conſ. 18. ſub num. 3. Pariſ. conſilio 83. num. 2. lib. 1. Schurpf conſ. 18 & conſ. 93. cent. 2. Laur. Auenion. deciſ. 146 numero 2. Surd. deciſ. 265. num. 27. Crauetta de antiquit. tempor. 1. parte princ. c. 5. incip. viſo de verbis. num. 15. Decian. conſ 11. num. 119. lib. 1. Rebuff. ad conſtitut. reg. tom. 1. tracta. de chirograph. & ſcedul. recognit. num. 25. Couarr. pract. quæſt. c. 22. ſub num. 2. & variar. reſol. lib. 2. c. 11. ſub num. 4. vbi pulchrè deducit, priuatam ſcripturam à parte agnitam, eandem vim habere ac ſi eſſet à tabellione confecta, vt & VVeſembec. conſ. 27. num. 9. poſt Zaſ. conſil. 6. num. 8. & 10. lib. 1. tradit, ſcripturam priuatam recognitam & confeſſatam æquiparari publico inſtrumento. latè Magon. Luc. deciſ. 15. num. 17. & ſeq. vbi tamen Zaſ. ſub num. 26. reſpondet, ad hoc ſemper micam ſalis addendam, dum ſeruata ſit iuris ſolemnitas (quo pertinent & quæ, de comparatione confeſsionis cum inſtrumento, addidimus ſupra, ſub tit. confeſsio 1.) ſed de his apud eos latiſſ.

(c) PROBATIONES. Rebuff. ad conſtitut. reg. tomo 2. tractat. de præcon. licitat. & ſubhaſtat. artic 4. gloſſ vnica num. 12. & in praxi benef. tit. de ſignatura gratiæ. ſub numero 5. Myntinger. conſ 14. num. 8. & ſeq. conſilio 45. numero 13. & ſeq. Surd. deciſ. 277. numero 1. & ſequent. In multis tamen caſibus non admittitur probatio, niſi per ſcripturam, multique actus non niſi in ſcriptis celebrantur. de quibus apud Marſil. in rubr. C. de probat. ex nu. 20. vſque ad 52. Viui. deciſ. 158. & deciſ. 240. Vincent (remiſsiuè) deciſ. 278. nu. 5.

(d) DEPOSITIONES. Marſil. ad Rubr. C. de probat. numero 334. latè Coraſ. poſt alios, ad d. l. admonendi. ſub numero 39. & numer. ſeqq. Alexand. conſilio 105. ſub numero 5. & ſeq. libro 4. Crauet. conſilio 65. numero 5. & ſeq. Pariſ. conſilio 46 numero 20. & ſeqq. libro 3. Surd. deciſ. 285 numero 27. latiſſ. Sfort. Odd. conſilio 64. numero 33. & ſequentib. libro 1. videatur etiam Dec. in cap. quoniam contra numero 235. cum ſeqq de probat. conſ. 82. numero 3. & conſ. 215. numero 1. vbi, teſtes deponentes de tenore inſtrumenti, adhoc vt probent, requiri amiſsionem originalis inſtrumenti, & quòd ipſi teſtes ſint valdè periti. de quo & Gomeſ. ad l. 41. Taur. ſub numero 2. cum ſeq. Surd. deciſione 137. numero 7. & copioſè Viui. deciſione 165. latiſſ. de his etiam Maſcard. de probatio. concluſione 809. & concluſione 908.

(e) CONVICTVS. Paria eſſe, aliquid probari per teſtes, vel per partis confeſsionem, ſcribit Viui. deciſ 34. ſub numero 23. Sed &, quòad pœnæ impoſitionem, paria eſſe, conuictum quem eſſe de crimine, per legitimam probationem, vel confeſſum. notat Panormitan. in cap. at ſi clerici numero 8. ibidemque Felin, numero 49. de iud. id intelligentes (poſt gl. in cap. de hoc in verb. in iure de ſimon.) quando probationis vel tormentorum metu confitetur; probatque copioſè Tiraquel. de pœn. temperand. cauſa 30. numero 9. aliter atque ſi ſponte confiteretur: tunc enim mitius cum eo agendum tradit & Franc. Marc. quæſt. 122. & quæſt. 695 in fin. lib. 1. Laurent. Auenion. deciſ. 1. numero 11. latè Boſſ. tract. crimin. tit. de conuict. ſub numero 6 cum numero ſeq. & exactiſſ per multas declarationes & limitationes poſt Dec numer. 29. alioſque in d cap. at ſi clerici, Tiraquel. qui ſupra, accedit Decian. conſilio 72. numero 3. & ſeq. lib. 3. Porrò confeſſum, non dici propriè conuictum, adeo vt

nec in

nec in ſtatuto appellatione confeſsi veniat conuictus, nec ē cōtra, notat Pano. in d. c. at ſi clerici num. 4 ſequiturque ibidem, poſt Fulg. conſ. 224. in 2. dubio, aliosque relatos, Dec. numero 8. & ſeqq. Boſſ. vbi ſuprà numero 6. & 8. idque verum aſſerit ibidem Dec. ex proprietate verborum: non etiam largo modo loquendo, vel ſi, inſpecta mente ſtatuti, diuerſa ſubſit ratio, vt ille ibidem latius commonſtrat. Idemque in Rubri. de probatio. numero. 49. 50. 51. 52. 66. 67. & 68. docet, quomodo conueniant & differant, conuincere & confiteri. Alia hic pertinentia dicemus inferius, ſub titul. inſtrumenta & teſtes, & titul. ſubſcribere.

Directò conſtare.

D*irectò conſtare de actu, vel per media quæ ad hoc tendunt, paria ſunt*. argumento. l. Si quis naturalem, in fine ibi, quid enim intereſt. C. de natura liber. l. Si vero non remunerandi. §. ſi filiofam. 1. ff. mandati, & Vdalr Zaſ. in ſuis conſilijs ſecundi libr. conſilio 2. pagina. 45. numero 24.

Non conſtare.

(a) PARIBVS. Aretin. conſ. 22 ſub numero 7. conſ. 45. ſub numer. 5. & conſil. 89. ſub initio, & num. 1. Alex conſ. 130. num 1. in fin. libro 2. Cephal. conſ. 319. num. 21. Viuius dec. 255. numero 5. & deciſ. 414. ſub nu. 17. & diſpoſitionem ſtatuti ac teſtatoris à pari procedere ſcribit Alex. conſ. 185. num. 6. lib. 2. & conſ. 53. numero 5. libro 4. Signor. conſ. 56. numero 4. Roman. conſ. 65. ſub numero 6. conſil 123. ſub num. 1. verſ præmiſſis tamen. & conſ. 399. nu. 4. ibidemque appoſitil. Iaſon in l. cum mota. ſub numero 21. C. de tranſaction. & latius in l. non ſolum, §. morte, ſub numero 45. vbi commune aſſerit, ff. de oper. noui nunciat. in l. ita ſtipulatus, ſub numero 17. verſ. vltra ſcrib. de verbor. obligat. in l. teſtandi. num. 1. & 4. C. de teſtam. in l. nemo poteſt. in 2. lectur. numero 13. cum ſequen. & in l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. nume. 8. cum ſeqq ff. de legat. 1. Dec. in c. cum acceſsiſſent., numero 8. & ſeqq. de conſtit. Pariſ. conſ. 41. numero 18. libro 3. Crauetta conſi. 254. numero 4. Grammat. conſ. 105. numero 16. & ſeq. in ciuil Decian. conſi. 1. numero 194. & conſ. 87 numero 17. lib. 2. Menochius conſil. 50. nu. 21 cum ſeq. conſilio 95. numero 84. cum ſeq. conſ. 150. numero 46. conſi. 204. numero 39 cum ſeq & conſ. 265. numero 7 cum ſeq conſi. 602. numero 3. conſilio 633. numero 4. & conſilio 695 numero 14 Cephal. conſilio 423. numero 10. libro 3. conſil. 616. numero 67. conſilio 638. numero 23 libro 5 & conſilio 461. numero 10 libro 4 vbi num. 51. & ſeq declaratur. quemadmodum & diſpoſitionem ſiue prohibitionem legis, ac teſtatoris, à pari procedere, reſpondit Caſtrenſ. conſilio 269. ſub numero 2. & 4. libro 1. Iaſon in l. ſerui electione. ſub nume. 16. & in d. l. nemo poteſt. in 2. lectur. numero 11. & ſeq. de leg. 1. Pariſ. conſilio 19. numero 229. lib. 2. & conſilio 119. numero 23. lib. 4. Crauetta conſil. 174 ſub numero 3. Roland. conſil. 69. num. 11. libro 1. conſi. 1. numero 77. & conſil 35. numero 5. lib. 3. Burſat. conſi. 119. num. 2. conſilio 151. numero 16. Decian. conſilio 124. numero 8. libro 3. Cephal conſilio 541. numero 23. Menoch. conſilio 89. numero 1. 3. 4. & ſub numero 10. & conſilio 97. numero 24. cum ſeq. Mantica. de coniectur. vltimar. volunt, lib. 3. cap. 4. numero 26. enucleat latè Viui. deciſ. 265. numero 1. & ſeqq. qui ibidem numero 7. poſt Barto. in l. Titio centum, ſub numero 1. ff. de condit. & demonſtr. & in l. 1. numero 6. Cod. de pact. declarat non procedere, in fauorem illius cui relinquitur: quum is, cuius fauore diſpoſuit teſtator, poſsit renunciare ſuo fauori; vti tradit & Caſtrenſ. d. conſilio 269. ſub numero 4. Menoch. d. conſilio 89. numero 97. poſt Dec. latius explicantem, conſilio 349. numero 1. ſub numero 3 cum numero ſeq. & in l. cum proponas. 1. numero 3. in fin. & numero ſeq. Cod. de pact. vbi limitatur etiam hæc æquiparatio, quando teſtator diſponeret contra legem, vel bonos mores. vt & per Iaſ. in d. l. nemo poteſt numero 12. & ſeqq. per illum tex. & in d. l. teſtandi numero 1. ibidemque pulchrè Sichard. ſub numero 5. Alciat. in l verbis legis, ad finem, ff. de verbor. ſignif. Surd. deciſ. 62. numero 29. & ſeq. Burſat. exactiſſ. diſcutientem. conſilio 180. numer. 6. 59. & ſeq. Viuius d. deciſ. 265. num. 13 & ſeq. qui ibidem num. 15. reſtringit etiam, poſt Angel. in l. 1. C. de confirm. tutor. vel curat. alioſque commemoratos, vbicunque filiis damnoſa foret voluntas teſtatoris, & conſequenter vtilitati pupillorum contrariaretur: idemque voluit Decius d. conſilio 349. num. 5. per tex. in l. in confirmando. & l. penult. ff. de confirm. tutor. cum ſimil. Limitat quoque (ex præiudicio ſenatus ſui) Viui. vbi ſupra nu. 8. & ſeqq. poſt Bart. in l. 1. ff. vbi pupill. educ. deb Grammat. in ſua deciſ. 5. alioſque relatos, vt locum non habeat, vbicunque oriretur aliqua ſuſpitio, in alendo (ſecundum teſtamentum) filios teſtatoris. & voluit Pariſ. conſil. 55.

num. 3.

numero 3. & 6. lib. 1. Porrò argumentum hoc, de verbis legis ad verba teſtatoris, intelligendum tradit poſt alios, Mant. qui ſupra, quando ſubeſt eadem ratio & reſpondit Pariſ d conſ. 41. numero 83. Annotatque ibidem Mant. poſt Alciat. in l. 1 ſub numero 41 ff. de iuriſd. omn. iud & in l. Gallus. § inſtituens numero 22. in fin & numero ſeq. ff. de liber. & poſthu. facilius multò extendi verba legis quàm teſtatoris. ſentitque Cephal. conſilio 364. numero 68. vbi probatur latius.

Diuortium.

D*iuortium, & ſeparatio thori æquiparantur*, vt teſtatur Iaſon in l. 1. (a) colum 1 verſi. 4. fallit & verſi. ſeq. C. Vnde vir & vxor. Hoc etiam confirmat D. Ioan. de Neuiza in ſua ſylua nuptiali. folio. 21. colum. 2. in principio. Et ideo quamuis hodie ſecundum ius canonicum non permittatur (b) diuortium, quia tamen ſeparatio thori ſuccedit in locum diuortij, iudicant Eccleſiaſtici quod ſicut vxor amittit priuilegium in bonis ſuccedendi marito diuiti, quando inter ipſos nullitatis diuortium ante mortem mariti interuenit, ita etiam ea vxor ſucceſsionis (c) priuilegium amittit, quando ex mala gratia interuenit ſola thori ſeparatio. iuxta textum in l. 1. ff. Vnde vir & vxor, qui textus apertè requirit, Quod ſicut matrimonium per ſeparationem thori non tollitur, ita nec ſucceſsio bonorum extinguitur, ſed ea vxori vſque ad mortem mariti manet integra, ita vt quamuis à mariti thoro ſeparata fuerit, poſt mortem tamen mariti in domum hæreditariam, atque adeo in bonis mariti ſuccedit, non ſecus quam eidem ſuo marito in thoro maritali perpetuo côiuncta fuiſſet, vti teſtatur gloſſa. in cap. Licitè. 32. q. 7 Et Doct in cap. Fraternitatis, de frigid. & maleficia. Et ideo ſecundum Romanum in d. l. 1. nume. 6. quamuis ſtatutum eſſet, quod mater teneretur relinquere dotem ſuam æqualiter filijs tam primi, quam ſecundi matrimonij, id ſtatutum deberet intelligi, ſi ea vxor tempore mortis ſuæ adhuc cum marito ſuo in matrimonio iuncta fuiſſet, & ab ipſo nec per diuortium, nec per thorum ſeparata fuiſſet.

ANNOTAT.

(a) IN L. 1. Et inibi Dec. numero 10. Benuen Strach. in tract. de adiect. part. 3. nu. 140. & ſeq. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 3. c. 287. ſub num. 22. Sfort. Odd. tractat. de reſtit. in integ. part. 2. q. 81. art. 4. nu 38. & 41.

(b) PERMITTATVR, Aliquibus tamen caſibus permittitur; & dirimitur matrimonium ipſum quoad vinculum coniugale, quos recenſet Couarr. de ſponſal. parte 2. cap. 7. §. 4. Leonin. conſ. 61. ſub nu. 2. 3 & 6.

(c) SVCCESSIONIS. Tiraq. de retract. proxim §. 10. glo. vnica. nu. 12. & ſequentib. Leonin. conſ. 46. & d conſil. 61. ſub num. 18. omnia hæc, poſt Dec. vbi ſupra, pulchra diſtinctione declarantes. Quinetiam thoro ex cauſa fornicationis ſeparato, amitti dotem, oſtendimus hîc ſuperius, ſub tit. adulterium. & eſt text. in cap. plerumque, de donat. int. vir. & vxor. quo loco Panormit. ſub numero 4. notat, paria eſſe, quoad dotem lucrandam, matrimonium ſeparari iudicio eccleſiæ, vel propria auctoritate vxoris vel mariti, ob cauſam fornicationis. idque ſentit & Couarr. d. cap. 7. §. 5. numero 13. aſſerens, poſt Pariſ conſilio 54 numero 58. & ſeq. lib. 4. aliſque, maritum excipiendo, fornicationem (necdum notoriam) vxori obijcientem, conſequi debere dotem, & alia ſimilia. id quod reſpondit & Leonin. d. conſ. 61. ſub numero

Digitized by Google

numero 16. qui & parapherna amitti tradit poſt gloſſam in d. c. plerumque. Roman. ſingula. 311. Iaſon in l. 2 numero 5. in fine, ff. ſolut. matrim. idemque probat Felinus in cap. paſtoralis, numero 5 ff. de iudic. & communem teſtatur Couarru. d. cap. 7. §. 6. numero 2. licet aliter ipſe (ex text. in authent. vt liceat matri & auiæ. § quia verò plurimas, collat. 8.) ſentiat; reclametque Myſinger. conſilio 43 numero 6. & ſequen. Coraſ. in d. l. 2. ſub numero decimo quarto. vbi Iaſon d. numero 5. in fine, & Zaſ in verſic quod autem diximus. idem dicunt in donatione propter nuptias; Odd. vbi ſupra, numero 39. Rebuff. in l. alienatum, § donationis. verſicul. ſicut vir. ff. de verborum ſignification. Burſat. conſilio 120. numero 20. Myſingerus conſilio 43. ſub numero 3. qui ibidem, & numero 49. reſpondit, maritum & coniugem, quoad dotem, donationem propter nuptias, & thori ſeparationem æquiparari. quemadmodum & in omnibus (ciuiliter agendo) à pari virum & vxorem iudicari, tradit Burſ. conſ. 218. nume. 8 & ſeqq. qua de re latè etiam Marc. deciſ. 152. ſub nu. 6. & dec. 515. nu. 21. & ſeq. lib. 2. Zaſ. poſt Iaſ. in l. non tantùm. verſ. 2 coll. de re iudic. in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ad fin. (per illos text.) ſolut. matrim. & conſ. 18. ſub num. 29. libro 2. Pichard. conſ. 50. num. 2. libro 2.

Diuiſio.

Diuiſio iudicis comparanda (a) eſt diuiſioni patrisfamilias teſtatoris. l. Solent. ff. de aliment. & ciba. legat, vbi Vlpianus Solent iudices ex cauſa alimentorum libertos diuidere, quoties plures ſunt hæredes, ne à ſingulis hæredibus munitatim alimenta petentes diſtringantur, quam diuiſionem perinde haberi oportet atque ſi paterfamiliâs ipſe ipſos libertos diuiſiſſet, & in l. Seruus hac lege. ff. de manumiſsis tit. generali. Paria enim ſunt adminiſtrationem tutelæ eſſe diuiſam à teſtatore & eſſe diuiſam à iudice. l. 3 ff. de adminiſtat. tutel. Ex quo rectè argumentari (b) licet à iudicijs ad vltimas voluntates, ſicut contra ab vltima voluntate ad iudicia. Vnde ſicut ſeruus à domino ſuo prohibitus manumitti per teſtamentum eiuſdem domini ſui ad libertatem perduci nõ poteſt, ita quoque nec ſeruus à præſide, vel præfecto ob aliquod crimen manumitti prohibitus, in libertatem reſtitui poteſt.

ANNOTATIO.

(a) COMPARANDA. Viuius poſt alios commemoratos, deciſ. 34. numero 24. qui rationē addit, quoniam factum iudicis indiſcriminatim reputetur factum partis, & illi æquiparetur. per l. ſi ob cauſam. vbi Bartolus & alij vnanimi conſenſu omnes, C. de euictio. copioſe Tiraquellus de retract. proxim. §. 1. gloſſa 14. numero 13. alijque quos ille refert, Natta conſil. 206. ſub numero 12. Bellon. conſilio 24. numero 10. & ſequent. Oſaſc. conſilio 5 numero 35. Menochius conſilio 518. numero 8. Surd. deciſ. 265. numero 13. Gaill de arreſt. Imper. cap. 1. numero 20. Laurent. Auenion deciſ. 128. numero 15. Burſat. conſilio 139. numero 39. in fine, latè poſt Crauett. conſ. 5. numero 1. & conſ. 248. num. 1. Ceph. conſ 254. nu. 16. & 47. & conſ. ſequen. numero 3. & conſilio 755. incip. dubium non eſt. numero 11. cum ſequentib. Idque procedere, quando legitime aut iuſtè factum eſt, ſecus ſi iniuſtè, tradit Bart. in l. meminerint, numero 4. Cod. vnde vi. quem ſequuntur omnes, in l. iuſtè poſsidet. ff. de acquirend. poſſeſ. Menoch. recuper. poſſeſ. remedio 8. numero 44. & ſeq. reſponditque Crauetta d. conſ. 5. ſub numero 1. Idemque Viuius deciſ 401. ſub num. 33. Et perpetuò verum non eſſe ſcribit etiam Burſatus conſilio 44. ſub numero 30. longè enim (inquit) aliud eſt factum partis, dantis rem in ſolutum ſponte creditori, propter quod de euictione tenetur; & aliud iudicis ſiue executoris pignoratum prædium cedentis, ſeu plus offerenti relaxantis; quum

 eo caſu

eo caſu debitor non teneatur parti ad id quod intereſt, ſed tantum ad reſtitutionem precij cum vſuris, per l. ſi plus. §. 1. ff. de euict. hæc ille. Et ex eodem textu in d. § 1. iuncta l. eleganter. ff. de pignor. action. poſt gloſſ. ibidem colligit Bart. Illud quod facit iudex, non videri facere partem omnino; ſed illud quod facit princeps omnino æquiparari facto partis: quod & in eadem l. eleganter numero 9. probat Caſtrenſ. licet contradicat Salic. ibidem ſub numero 1. Aliter porrò declarat & limitat idem Burſat. conſilio 139. numero 1. 9. 10. 15. 71. & ſeqq. Aliter Alexand. conſilio 212. ſub numero 6. & numero ſeq. lib. 6. Aliter Coraſ. ad l. admonendi ſub numero 10. ff. de iureiur.

(b) ARGVMENTARI. Alex. conſilio 4. numero 1. lib. 7. Viui. deciſione 255. num. 4. poſt Iaſ. in 1. lectur. numero 47. & alios vniuerſaliter omnes, in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. idemque Iaſ. latius, in l. is qui pro emptore numero 321. cum ſeqq. ff. de vſucap. & ibidem numero 326. tradit, factum ſiue præceptum iudicis & teſtatoris æquiparari. idemque poſt Pariſ. conſilio 19. numero 213. lib. 2. & alios, probat Mantic. de coniectur. vltimar. volunt. lib. 3 tit. 4. ſub numero 17. qui tamen poſt Alexand. in l. errore, ſub numero 10. C. de teſtam. hoc verum intelligit, ſubſiſtente in vtroque eadem ratione. idemque ſentit Alex. in l. impoſſibilis numero 6. ff. de verbor. obligat. vbi ait, quòd licet interdum ſententia æquiparetur vltimæ voluntati, per l. non eſt mirum. ff. de pignor. (id quod pulchrè voluit & Cephal. conſilio 451. numero 18.) tamen hoc verum ſit, quando non reperitur diuerſitas inter contractus & vltimas voluntates eumque ſequitur Felin. in Rubr. de ſentent. & re iud. numero 23. alioqui voluit ille ſententiam contractibus æquiparari: vt & Iaſ. qui ſuprà numero 329. cum ſeqq. Turzan. commun. opini. 168. & magis obtinuiſſe dicit Gaill. de pac. public. lib. 2. cap. 4. numero 18. eò quòd in iudicijs quaſi contrahitur l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecul. cum ſimil. de quo etiam Cach. Oſaſc. deciſ. 64. ſub numero 5. & deciſ. ſeq. numero 8. Porrò autem diuiſionem quæ fit à partibus, vim habere permutationis, tradit Roland. conſilio 51. numero 6. lib. 4. & comprobat latè Decian. conſilio 55. numero 74. lib. 3. Cephal. conſilio 64. numero 8. & inibi, diuiſionem eſſe venditioni ſimilem; & alienationem neceſſariam. idemque conſilio 679. numero 43. & 44. Molinæ. ad conſuet. Pariſ. §. 22. q. 22 ſub numero 69. Tiraq. de retract. proxim. § 1. gl. 14. numero 77. & 78. Odd. conſilio 49. nu. 6. lib. 1. & tranſactionem diuiſioni æquiparari, ſcribit Menoch. conſilio 91. num. 46. & conſ. 320. ſub numero 19. eamque tranſactionis ſpeciem eſſe, Cantiunc. conſ. 4. numero 16.

Doctrina.

D*octrina ſiue Scientia comparanda eſt cum nobilitate, imo quauis nobilitate eſt potior.* Vide infra, Nobilitas.

Dolus expreſſus.

D*olum expreſſum committere, & cum aliena iactura locupletari, paria* (a) *ſunt*. Ita Laur. Calc in ſuis cōſilijs, conſilio 73. colum. 15. & poſt eum D. Vdalr. Zaſ in ſuis conſilijs, conſilio. 5. num. 22 lib. 1. Et ideo ſicut quiſque dolo in futurum committendo, & actioni ipſius doli conſtituendi renunciare non poteſt l. Iuriſgentium. §. Si cum nulla & §. adeo ff de pactis, ita quoque renunciare quiſque poteſt ſuæ actioni quam inſtituit, aduerſus eum qui cum iniuria alterius locupletari ſtuduit non etiam ſi in futurum hoc contingeret, vbi nemo ſe purgare poteſt contra regulam, quæ habet, quod nemo cum alterius iactura locupletari poteſt, quod ad futurum tempus attinet, vti comprobat Petr. Loriotus

rus ad l. Si me & Titium, (b) numero 5. ff. Si cert. petat. Et ideo ſicut iudex ſub= ſeruire non debet illi, quem cognoſcit agere cum expreſſo dolo, ſic inſeruire non debet illi, qui cum alterius iactura locupletari cupit, aut cum aliena iactura iam locupletatus factus cognoſcitur, vt dicit Laurent. Calca. d. Conſilio. 73. numero 44. per textum in l. 1. §. An in pupillum. ff. depoſiti: vbi dicit, & confirmat textus, Quod ſicut contra doli capacem intentari poteſt actio, ſi quis apud ipſum aliquid depoſuerit, ita quoque intentari poteſt actio contra eum qui cum iactura alterius locupletior factus eſſet, non ſecus quàm ſi apertus dolus interceſſiſſet. Reliqua de dolo, vide ſupra, Culpa lata.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Salicet. poſt gloſſ. in adducto §. an in pupillum. Viui. (ex aliorum quos laudat ſententia) deciſ. 34. numero 20. idemque deciſ. 160. numero 5. poſt Bald. in l. Macedoniani, ſub numero 5. C. ad Maced. & in Authen. adhæc, ſub numero 13. C. de vſur. ait, dolum eſſe, cum aliena iactura lucrari.

(b) AD L. SI ME ET TITIVM. Et inibi Dec. ſub numero 6. reclamante tamen Alciat. ibidem numero 2.

Dolus ex propoſito.

D*olus ex propoſito conceptus, præmeditatus, tentatus, & dolus facto commiſſus, vel dolus re ipſa, æquiparantur,* (a) vt habetur in l. Si quis cum aliter ff de verbor. obligat. & in l. 1. ff. de doli mali except. Petr. de Anchara. in ſuis conſilijs, conſilio 82. incipien. Viſis diligenter, cum concord. & conſilio. 330. incipien. Viſis facta narratione, & in repeti. c. Canonum ſtatuta. in 11 q. principali Et Boërius in ſuis conſilijs, conſilio. 38. numero 9. Et quemadmodum dolus ex propoſito non obligat iurantem, vt in c. Quamuis, de pact. lib. 6. & in Authentica Sacramenta puberum. Cod. ſi aduerſ. vendit. Ita nec dolus qui re ipſa propter enormiſsimã (b) læſionẽ collectus interuenit, iurantem obligat, ſed in hoc omnimodo æquiparatur dolo ex propoſito, ſicuti tenet Petr. Paul. Pariſius, in ſuis conſilijs, conſilio 12. num. 28. in prima parte, & in conſilio. 75. numeris. 19. & 20. in 3 parte. Hæc vt certius intelligantur, ſcire prius oportet quid ſit dolus ex propoſito, & quid dolus ex re ipſa. Eſt itaque dolus ex propoſito, cum aliquis præmeditatè & ſtudio proponit quibuſcunque technis velle alterum decipere. Dolus autem re ipſa eſt, quando aliquis in facto ſuo quod intendit, fraudem nullam præmeditatur, ſed ipſius tamen factum interim tale eſt, vt propter enormem læſionem dolum in ſe contineat, & de dolo commiſſo accuſari merito debeat, veluti quando aliquis in contractu emptionis & venditionis, aut in ſimili vltra dimidium valorem exoluere promittit. In hoc inquam contractu, & venditor iuſtè vendere videtur, & emptor iuſtè emere vulgo dicitur, & vtrimque omnia ſincerè acta putantur, quia decipiendi propoſitum neutrobique apparet, nihilominus quia enormis læſio, ſcilicet vltra dimidium iuſti precij ibidem contigit, certus dolus interueniſſe præſumitur. Atque ideo ſecundum Zaſium ibidem nu. 3 ſicut tum contra ſtipulationem in qua fuit ex propoſito dolus exhibitus, datur exceptio doli, ita etiam datur exceptio contra ſtipulatio-

Digitized by Google

pulationem in qua res ipſa per ſe dolum habet. Qui quidem dolus in facto vel tunc apparere incipit, quando altera pars ex illo contractu promiſſum petere & exigere pergit, tunc demum enim dolus commiſſus, & natus apparet, & pro dolo reipſa cognoſcitur. Idem etiam confirmatur per exemplum in l. Lucius, in fine ff ad Trebel. Exemplum ſic habet Hęres quidam grauatus fuit Titio reſtituere hæreditatem, hic credebat eam hæreditatem fuiſſe exiguam, & Titius hoc idem credebat. (quia non ſemper patent vires hæreditariæ) & hi duo ita ſimul inter ſe ſub hac conditione conuenerunt, quod Titius reciperet centum florenos pro ſuo iure. Hic contractus vtrique gratus, & ab vtroque receptus videtur debere eſſe ratus, quia nullus prima fronte apparuit dolus, nec dolus ab alterutro etiam præmeditatus fuit, re ipſa tamen contingeret, quod Titius per aliquam occaſionem perſentiſceret ſe enormiſsimè fuiſſe in eo contractu læſum, imo fere ad quadruplum deceptum, poterit profecto de ea deceptione poſtea conqueri, & dolum ex re ipſa prætendere poterit. Et ob hunc prætenſum, & probatum dolum contractus reſcinditur, & Titius in integrum reſtituetur, ſic vt hæres ipſi ſupplere cogatur, ne nimis enormem lęſionem contra æquitatis rationem ſuſtineat, iuxta. l. 2. C. de reſcind. vendit.

ANNOTAT.

(a) AEQVIPARANTVR. Corn. conſ. 36. ſub numero 7. libro 1 & conſ. 147. num. 4. lib. 4. latè Decius conſi. 180. ſub numero 4. & 7. Capyc. dec. 159. numero 21. Natta conſil. 269. num. 2. & ſub num. 3. Roland. (commune probans) conſi. 7. num. 44. lib. 3. Cephal. conſi. 62. numero 18. & 24. conſ. 137. num. 72. cum ſeqq. conſ. 142. num. 29. conſil. 405. num. 27. 63. cum ſeq. & conſ. 592. numero 5. Schurpf conſ. 17. num. 2. cent. 1. & conſ. 50. nume. 6. cent. 3. VVeſemb. conſi. 23. numero 4. in fin. Mynſing. conſ. 56. numero 11. cum ſeqq. Fichard. conſ. 30. numero 5. in fine. lib 1. Maſcardus de probat. concluſ. 531. ſub num. 25. copioſè Gaill lib. 2. pract. obſeruat. obſer. 77. numero 24. & obſer. 147. nu. 11. Leonin. conſ 3. verſ. 1. quia Menoc. conſi 412. num. 5. & conſ. 401. ſub numero 166. Oſaſ. conſi. 47. num. 4. Viuius deciſ. 34. nu. 28. & 39. & deciſ. 160. nu. 13. Verùm Imola in c. quintaualliis. col. (mihi) 40. verſ. ſed aduerte. de iureiur. reſpondet æquiparationem hanc non procedere per omnia: quia pro dolo ex propoſito, in iudicijs ſtricti iuris, competat actio de dolo: ſed pro dolo re ipſa tantummodo exceptio idemque probat & Alex. conſi. 42. ſub numero 20. alijque per apoſtill. ibidem relati, & conſ 125. ſub numero 9. lib. 1. Neque poteſt intelligi æquiparatio, quoad dolum ex propoſito, dantem cauſam contractui (vt qui ipſo iure irritet contractum) ſed tantummodo incidentem, vt pulchrè declarat Pinel. in adducta l. 2. parte 1. c. 4. nu. 28.

(b) ENORMISSIMAM. Afflict. deciſ. 80. num. 5. & ſeqq. & deciſ. 322. Capyc. d. deciſ. 159. num 24. & ſeq. Corn. conſ. 179. ſub num. 10. lib. 4. Cephal. d. conſ. 62. num. 14. cum ſeqq. conſ. 142. numero 31. cum ſeqq conſ. 466. num. 45. conſ. 501. numero 31. & d. conſ. 592. nu. 2. cum ſeqq Roland. conſ 56. num. 57. & ſequen. lib. 3. Schurpf conſi. 60. ſub num. 11. centur. 3. Mynſing. d. conſ. 56. ſub numero 10 Fichard. conſ. 44 num. 13. conſ 53. ſub numer 8. verſ. non tamen hic diſsimulo. & conſ. 55. num 12. lib 2. Leonin. conſ 75 numero 1 Menoch. d. conſilio 412. ſub num. 34 & ſeqq. & conſ. 430. num. 44. Laurent. Auenion. dec. 103. in princ. Couarr. variar. reſolut. libro 2. cap. 4. ſub numero 5. aſſerens, hoc caſu, dolo æquiparari læſionē enormiſsimam (quæ ſcilicet multo maior ſit quàm vltra dimidiam) idque voluit & Vinc. dec. 247. nu. 1. Zaſ. conſ. 12. nu. 32. lib. 2. copioſiſſ. Oct. Caceran. Oſaſ conſ 77 nu. 8. & 9 poſt auctorem hic alioſque, & dec. 41. ſub nu. 3. & deciſ. 42. ſub nu. 9. pulchrè Cephal. conſ. 34. num. 24. cum ſeqq. &

Digitized by Google

ſeqq & conſ 642.nu.34.cum ſeqq VVeſemb.d.conſ.23.ſub nu.47. Maſcard. vbi ſupra, num. 23. Lepi d. Luc.deciſ.60.verſ.præterea ſine.ad finem,& verſ.& ratio. aliter atque ſi enormis tantum ſit, vt probat & Alex. vbi ſupra,& conſ.118.numero 8.libro 7. facit quod tradit Finel. in d.l.2.parte 1.c.1.nu.8.tunc enim maior 25 annis, iurans ſtare contractui (tametſi non fuerit certus de remedio læſionis ex d.l.2.) cenſetur ex vi iuramenti, eidem legi renunciare: minor autem non niſi expreſsim promittens, iuramento præſtito, non contrauenire auxilio ætatis, nec ex alia cauſa quacunque. prout Doctores, hic longè inter ſe diſsidentes, hoc federe diſtinctionis conciliat Couarr. in adducto c. quamuis, parte 3.§.4.nu.4 5 & 6. & poſt eum Pinel. in d.l.2.parte 3.cap.4.nu.1.7.& 9. qui hæc penitiſſ. expendentes, communem hanc teſtantur. ſequiturque Olaſ.d.deciſ.41.num.8.& 13 Burſ. conſ.78. nu.2. & comprobat eam late Crauetta pleno conſ.635.& conſ.ſeq. nu.6.& conſ.647.n.2 ſentitque Schurpf d conſ.27. prẹſertim ſub nu.15. Rol.conſ 60.nu.62.& ſeqq.lib.4. dum allegat in hanc ſententiam Bero. conſ.22. n.55. lib 2. Quanquam aliter ſentiat Dec.d.conſ.180.nu.5.& 6. Martin. Lauden.conſ.55.nu.3. ibidemque apoſt.nu.11. Natta conſ.10.nu.5. Leoni.d.conſ.3.nu.8. Viui.dec.400.nu.42.& ſeq. Burſ.conſ.75.nu.4 & ſeq. & conſ.249.n 63 & ſeqq. ac alij quidam è cõmemoratis, vt & Gaill d.obſ.147. vbi n.10. teſtatur in camera Imp reſtitutionem in integrũ concedi, probata enormi læſione, etiam ſine abſolutione à iuramento. idq; ne fere voluit poſt Caſſad.tit. de empt. & vendit.dec.1. alioſque Sfort. Odd.conſ.37.nu.57.& ſeq.& Vinc.d.deciſ.247. ad fin.

Dominus inhabilis.

D*Ominus inhabilis, & non Dominus in iure æquiparandi ſunt*, Sic, vt quod à domino inhabili fiat, à nõ domino fieri cenſeatur. Nihilominus ſi is dominus inhabilis, poſtea efficiatur dominus habilis, diſpoſitio ſemper æque bene ſuum ſortitur effectum, ac ſi prius à domino habili facta fuiſſet. l. Rem alienam ff. de pignor. action. Vbi (Paulus ſic inquit) Si rem alienam pignori dediſſes, ac poſtea eiuſdem rei dominus eſſe cœperis, valida permanet oppignoratio alienæ rei prius facta, & creditori, cui res oppignorata fuit relinquitur actio pignoratitia, vti probatur per textum in l. Cum res C Si aliena res pigno. da. eſt. Hic enim ſic ait. Si res quæ necdum in bonis debitoris eſſet, pignori data eſſet ab eo, eaque poſtea in bonis eius eſſe inciperet, ordinaria quidem tunc actio ſuper eo pignore ipſi non competeret, ſed tamen æquitas hoc requiret, vt tunc actio veræ oppignorationis contra ipſum concedatur, tum quia rem alienã, vt ſuã oppignorauit, tum quia creditor bona fide eandem rem vt verẹ ipſius pignori accepit. poſtremo, quia is creditor ſub titulo bonẹ fidei contra eundẽ oppignoratorem, contraque ipſius pignus fidẽ & promiſſum ipſius diligẽter procedit, vti notatur in l. Qui balneum §. Titia. ff. Qui potior. in pig hab & l. Si quis alienam ff. de act. emp. Et l.1. in pr.& l.2. ff. de excep. rei iud. Et l Si à Titio. ff. de rei vend. & l. Apud Celſum. §. Si à Titio. ff de doli mali excep. Et l. Filiam Fratribus. ff. Ad S.C. Trebel & l. Quod in rerum. §.1. ff. de leg 1. Præterea huic ſeruit, quod vulgo apud iuriſperitos dici conſueuit. Cum aliquid venit ad eũ caſum, à quo incipere potuit, illud in ſe re conualeſcit, hoc eſt, eandẽ virtutem induit, ac ſi eodem tẽpore eandem rẽ confeciſſet. l Si rẽ. ff. de ver. obl Et l. minorem. ff. de rit. nup. Et l. Interuenit. ff. de lega. præſt. Et l. Cognatis. ff. de reb. dub. Et l.1. §.1.& §. Si quis. ff de lega. 2. Item quoque tenuit Tiraq. in leg. connubial & iure marit. gloſſa 6. ibi, *De ſon mari*. charta, 183. numero 97.

Digitized by Google

Domus.

D*Omus paſſim vſurpatur pro familia.* Vide titulum infra Familia.

Donare.

B*Ona ſua donare, & bona ſua pro modico vendere, paria (a) ſunt.* Quia qui pro modico ſiue vtiliſsimè rem ſuã vendit, is quaſi eandem rem donare vel dare præſumitur. l. Apud Celſum. §. Si quis autem. ff. de doli except. Cin. in l. 1 Cod. de pact. in 4. oppoſitione in vltimo quæſito.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Diximus ſupra, titulo bona ſua donare.

Donare Filio peculium.

F*ilio prodigo donare liberam peculij ſui adminiſtrationem, & idem peculium perdere, in iure ſimilia (a) ſunt.* Vulgatiſsima. l. Filiusfa. ff. de donat. in ſui exordio. Donare enim quicquam filio, qui illud vtiliter adminiſtrare, & expendere non valebit, id prorſus eſt hoc ipſum perdere, teſte. l. Contra iuris. §. Si filius ff. de pact. Et l. Si filiusfam. ff. Ad S C. Macedon. Et l. 1. §. 1. ff Quæ res pigno. obligat. non poſſ Et l. Sicut. §. An paciſci. ff. Quib. mod. pigno. vel hypoth. ſoluitur. Vide quoque gloſſam in verbo. vt perdat, plura allegantem, in d. l. Filiusfamiliâs. Vbi in eadem vulgatiſsima. l. Vlpianus quidem dicit, quod talis filiusfamiliâs, cui ſcilicet pater liberam rerum ſuarum vel peculij ſui adminiſtrationem conceſsit, omnino donare non poſsit, nempe vt ipſius peculij perdendi licentia coërceatur, & non per dat quod pater ipſi ad bonum duntaxat finem conceſsit. Non enim ad hoc ei conceditur libera peculij adminiſtratio, vt ipſum perdat, ſed vt ad lucrum vtiliter expendat. Verum hic occurrit quæſtio. Si pater iuſta ratione motus tale peculium donaſſet filio, (b) an hoc caſu valida cenſeri debeat donatio. Ad quam ibidem reſpondetur, quod eo caſu locum habeat donatio, & valeat. Item, Quæritur. Si quis pater filiofamiliâs liberam peculij adminiſtrationem conceſsiſſet, imoque etiam nominatim adieciſſet, ſic ſe ipſi eam liberam adminiſtrationem conceſsiſſe, vt & ipſe quoque idem peculium donare poſsit, quæritur inquam an hoc caſu locum habeat donatio, Ad quod indubitanter quoque reſpondendum eſt, quod locum habeat, quodque tunc id peculium alteri donare poterit., & per hoc non cenſebitur mox ſuum peculium perdere. Sunt enim multæ occaſiones quando donare non eſt perdere, ſed potius contra, eſt parcere & maximè ſeruare. Veluti ſi quis aliquid donaret pauperibus, aut propinquis, aut amicis, vel pro quadam eleēmoſyna, vel ex exoneratione conſcientiæ, vel ob quędam officia (c) ipſi pręſtita, certè hoc donare non eſſet perdere, ſed potius acquirere, lucrari, ſeruare ac etiam ſoluere. Et ideo hæc donatio etiã eſt Prę lato (d) permiſſa fieri de rebus eccleſiarum, dummodo ea metas æquitatis non nimis excedat. cap. Cæterum de donat. Quin & ſi filius donaret pauperibus quicquam eleēmoſynæ cauſa, ſuæque ſalutis

lutis ſtudio, valet quidem ea donatio, modo nimis non ſit exceſsiua, & non dicetur hæc donatio perditio, ſed potius eleëmoſyna & lucrum animæ, teſte Roman.ad d.l.Filiusfam.numero 6.

ANNOTAT.

(a) Similia. pulchrè Curt.Brugenſ.quæſtion.libr.2.ad fratrem, cap. 39. latè poſt Caſtrenſ.conſ.352.numero 5.libro 1.Corn.conſ.36.numero 6.volum.1. aliosque Viui.deciſ. 67.numero 2.& ſeqq.ſentitque Vincent.deciſ.71.numero 4. Atque hinc aſſerit Baldus in l.1. numero 1.C.ſi aduerſ.donat.non poſſe conſtitui curatorem ad præſtandam auctoritatem in donatione:quod probat & Alexander conſ.125.ſub numero 2.libro 1. Afflict.deciſ.87.num. 3.Roman.conſ.28.numero 3.& conſilio 50.numero 3.vbi apoſtill. Suarez allegation.20. ſub numero 7.Rebuff.conſ.174.verſ.item in hac.Surd deciſ.229 num.25. extensè Rolan. conſ. 54.ex numero 29.vſque ad 34.libro 2.Natta conſ.165.numero 17.& pleno conſilio 173.lib. 1.accedit Crauett.conſ.494.numero 15.Menoch.conſ.29.num.2.3.31.& 33.conſ.31.num.32. & conſ.388.num.1.8.& ſeq.Alciat.in §.fin.l.2.ſub numero 23.ff ſi cert. pet. Gaill libro 2. obſeruat 71.ſub numero 8.& ſeq.cum numero 13.vbi poſt Iaſ.in l.pactum curatoris, numero 2.& ſeqq.C.de pact refert,tutorem vel curatorem, in quatuor caſibus, debitum gratis remittere aut donare poſſe.accedit & VVeſembec.conſ.23. numero 37. in fin. aliter limitat etiam Viuius d.dec.67.numero 4. Plures autem huiuſmodi caſus, in quibus minor donare potuit, enumerat poſt Simoncell.tract.de decret.lib.1.tit.2.Odd.tract.de reſtitut.in integ. parte 2. q.58.art.1.nu.2.& ſeqq.vt apud eos latius videre eſt.

(b) Filio. An & quatenus pater poſsit donare filio, tractant latiſſ. DD.in l.ſi donatione.C.de collat.in authent.vnde ſi parens.C.de inoff.teſtam.& in l.frater à fratre. §. quæſitum eſt.vbi exactiſſ.Coraſ.ex numero 45.vſque ad finem. ff.de condic.indeb. Socin.reg 103. Duenn.regul.223.Gaill libro 2.obſeru.38.accedit Pinel.ad l.2.parte 1.c.4.numero 3.& ſeq. C.de reſcind.vendit. Menoch.conſ.967.numero 3.cum ſeqq.& de arbitrar.iudic. lib.2. cent. 2.caſu 131.Viuius deciſ.421.& deciſ.514 numero 1.cum ſeqq. & 53.cum ſeqq. poſt Clar. ſent. libro 4.§ donatio.aliosque,Soarez in theſaur.in litera D.numero 191.& ſeqq. Decian. pleno conſilio 74.libro 2.

(c) Officia. latè poſt alios Decius in d.l.ſi donatione.numero 6.& ſeq.huiuſmodi enim donatio remuneratoria contractus oneroſus appellatur, illique æquiparatur, vt poſt Alex conſ.78.ſub numero 6 libro 4. Tiraq.ad l.ſi vnquam. verb.donatione. numer.11.C.de reuocand donat.aliosque probat Menoch.de recuperand.poſſeſſ.remed.15. ſub numero 162. & conſ.307.numero 6.latè Roland.conſ.76.numero 14.& ſeqq.libro 2.quem ſequitur Burſ. conſilio 16.numero 56. & conſilio 305. (cui initium, quæſtio præſens.) numero 35. Sic & viciſsitudinariam ſiue mutuam donationem,magis eſſe venditionem quàm donationem tradit Guid. deciſ. 215. ſub numero 1. Mynſing. conſilio 49. numero 7. magisque permutationem ſcribit S1ares lib. 3. fori,tit.de bonis acquiſit. viri & vxor. l. 1.ſub numero 34. Decian. conſilio 3. numero 20. lib. 1. poſt Iaſ. in l. inter eos numero 4. ff.de re iudic. Roland. conſil.98.numero 48.libro 1.Burſat.d.conſ.305.numero 14.poſt Menoch.conſ.1. nume.448. & Natta conſ.609.num.9.15.& 38.vbi reſpondit, ſtatutum diſponens de donatione, in hac reciproca & remuneratoria non procedere.quod voluit & Card.Put.dec 425.libro 1. & ante eos Alexander conſilio 43 numero 31.libro 4. Verum de his latiſsimè apud Pinellum ad L. 1. parte 3 ex numero 60. vſque ad 63. C.de bon.mater. contra communem ſententiam diſtinguentem videre eſt.Quando autem donatio cenſeatur remuneratoria,explicat Menoch.pleno conſilio 112. Burſat.d.conſ.305.nu 17. & ſeqq.

(d) Praelato. Alexander conſ. 175.ſub numero 10,verſi.poſſet & 3.libro 2. Roman.

Digitized by Google

Roman. conſilio 50. ſub numero 3. Guid. deciſione 179. Cardin. Put. deciſione 404. lib. 1. Roland. d. conſilio 98. numero 45. & conſilio 18. numero 61. 67. 69. 70. & 71. & conſilio 523. numero 136. Crauet. conſilio 323. ſub numero 1. Rebuff. conſilio 120. ad fin. libro ſecundo. Natta pleno conſilio 414. Cephalus conſilio trigeſimo nono. numero 31. & conſilio 148. verſ. ſimiliter donatio, Leonin. conſilio 77. ſub numero 10. & 16. Menoch. conſilio 39. num. 56. & de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 5. caſu 434. Coraſ. de iur. art. part. 4. cap. 24. verſ. & prælatus. & verſ. ob rei latiſſ. Tiraq. ad d. l. ſi vnquam, verb. donatione numero 27. Aliàs autem ne quidem de capituli conſenſu ei permiſſa eſt, vt poſt Alexand. conſilio 43. numero 4. lib. 4. tradit Grammat. conſilio 77. numero 5. in ciuil. Crauett. conſilio 152. ſub numero 7. & conſilio 618. numero 4. Couarr. variar. reſolut. lib. 1. cap. 3. ſub numero 9. Cum autem minor & eccleſia æquiparentur (vt & hic inferius ſub titu. eccleſia. 2. probatur) idem hic in minore, quod in eccleſia, reſpondit Socin. ſen. conſilio 67. numero 18. & ſeq. lib. 1. Aretin. conſilio 24. numero 15. Alciat. in l. creditores. ad verb. natura. in fin. de verbo. ſignif. quanquam Viuius deciſ. 86. nu. 10. perperam aſtruat, minorem, etiam abſque iudicis decreto, poſſe donare res immobiles, ex cauſa remunerationis.

Donatio in articulo mortis.

Donationes mortis cauſa ſeu in mortis articulo, legatis comparantur. (a) Per expreſſam. l. Illud generaliter. ff. de donat. cauſ mort. quæ dicit, quod donationes cauſa mortis factæ, æquiparantur legatis. Ergo è contrario, quicquid iuris eſt in legatis, id quoque iuris eſt in donationibus in articulo mortis factis, vti habetur in. §. Primo inſtitut. de donat. qui textus id ipſum expreſsè continet, ibi. Hæ mortis cauſa donationes ad exemplum legatorum redactæ ſunt per omnia, &c. Idem confirmat D. Vdalric. Zaſ. in l. Prima. §. Si quis, numero 4. ff. Quorum legatorum.

ANNOTAT.

(a) COMPARANTVR. Specul. titul. de donatio. numero 10. Maſcardus de probat. concluſ. 561. numero 4. & concluſ. 1281. numero 1. cum ſequentib. Mynſingerus conſilio 69. numero 9. 10. & 11. Fichard. conſilio 47. numero 10. cum ſequen. lib. 2. Et hoc regulare tradit Tiraquellus, ad leges connub. gloſſa 5. numero 68. vt donatio cauſa mortis æquiparetur vltimæ voluntati, magis quàm contractui. quam opinionem communem videri dicebat Marſil. ſingul. 136 alij verò magis contractui eam accedere contendebant, quam communem fatetur Boer. conſilio 34. numero 12. Veruntamen ſecundum diſtinctionem Baldi in l. 2. ff. de pact. in l. 2. ff. de leg. 1. conſilio 108. numero 3 & ſeq. libro 3. & conſilio 248. libro 5 quam probat & Iaſon communem dicens, in l. ſenium. ſub numero 8. C. qui teſtam. facere poſſ. & in d. l. 2. nu. 1. de legatis primo & ibi omnes alij ſequuntur, vt ait Natta conſilio 578. numero 7. & conſilio ſeq. ſub numero 11. & conſilio 587. numero 4. Suares alleg. 20. numero 9. 10. & ſub numero 11. Schurpf conſilio 6. numero 16. cent. 1. Chaſſen. ad conſuetud. Burgund. tit *des Succeßions* §. 5. gloſſa 2. in verb. *ne ordonnance* numero 4. communiter receptum eſt, vt donatio cauſa mortis, quoad ordinationem, productionem, & concipiendi modum, æquiparetur contractui: & in eo omnes conuenire ait Capyc. deciſ. 73. numero 7. ſed quoad effectum, poſtquam eſt in eſſe producta, ſortiatur effectus vltimæ voluntatis: vti teſtatur Couarr. (multis id corollarijs illuſtrans) ad rubr. de teſtament. part. 3. VVeſenbech. conſilio 38. numero 46. & ſeq. Hotoman. conſilio 7. in 1. quæſt. vol 1. communemque ait, (quamuis aliud docens) Rebuff. ad l. alienatum. §. donationis, verſ. техt. ſupereſt. 5. ff. de verb. ſignif. Soarez recept. ſent. theſaur. in lit.

Digitized by Google

in litera D.numero 175.multiſque confirmat Gomeſ.de contract.c.4.nu.16.Vnde ſi ſtatuto diſponatur, in contractibus conficiendis, aſſumendos eſſe duos notarios, ita & in hac cauſa mortis donatione ſeruandum erit:ſi verò aliud ſtatutum velit,vltimas voluntates habere executionem paratam,pariter & hæc donatio habebit. è regione autem,requirente ſtatuto,in vltimis voluntatibus,duos notarios,non comprehendetur cauſa mortis donatio. quemadmodũ communem illam ſic pulchre illuſtrat Clar. ſent.lib.4.§.donatio.q.5.n.1.& in ſtatutis huiuſmodi ita reſpondit Ancha.conſ.334.& Panor.conſ.40.lib.2.de quibus etiam ſuſius apud Iaſ. in d.l.2.nu.12.& 33.de leg.1.Suares in d.alleg.ſub n.10.Tiraq.latiſſ vbi ſ.n.64.& ſeqq Soar.d. lit.D n.287 Quamuis interim quoad confirmationem,potius contractibus quàm vltimæ voluntati,æquiparetur hæc donatio:cùm legata non niſi adita hæreditate confirmentur,hęc autẽ ſola donantis morte.vt eſt apud Bal.Clar.n.2.Couar.n.22.ac alios quoſdã vbi ſupra.Euerar. conſ.28.n 5 Fichar.d.conſ.47.nu.21.lib.2.Soar.in theſ in lit.D.n.288 Cæterũ aduertendum hic eſt;quod licet quantùm ad ſolennitatem ſubſtantialem in contractib.requiſitam, donatio cauſa mortis(in cõcipiendo)magis accedat cõtractui quã vltimę volũtati;tamẽ ſecus ſit quoad ſolennitatẽ probatoriã,vt reſpondit Suar.d.alleg.20.n.11.in fi.& Natt.d.conſ.578.n.7.adeo vt ſi,de conſuetudine aut cõſtitutione patriæ,ſolennitas teſtamentorũ redacta ſit ad 2.vel 3. teſtes:intelligatur & pariter redacta in donatione cauſa mortis;in qua de iure 5.teſtes requiruntur,vt tradit Suar.d alleg 20.ſub n.28.Euerar.conſ.171.n.5. poſt Bal.nu.6.& Salic.nu.6. in l.fin.C.de teſta. Illud porro hic omittendum non eſt, Donationem cauſa mortis, in teſtamento,abſenti factam,loco fideicommiſsi eſſe,vt poſt Bart.in l.1.ad fin.ff.de don.cauſ mort. ibidemque Imol.nu.1. cõmunem hanc atteſtatũ,aliosq.tradit Dec.conſ.196.nu.4.in fin.cum nu.ſeq & conſ.245.nu.8.Clar.d.c.5.nu.3.Soarez in d.theſaur.litera D.nu.274.

Dormiens.

Comparantur (a) *dormientes furioſis atque etiam mortuis*. Vti habetur textus optimus,in c.Maiores.§ Finali extra,de Baptiſmo. Hanc quoque ſentẽtiam Ouidius poëta confirmat, cum inquit *Stulte quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago?* Vnde tales dormientes ſi quid facto perpetrent quamuis etiam idipſum ſit nefarium, pro fortuito tamen habetur, & tanquam ab inſciis factum cenſetur, & per conſequens peccaſſe non dicentur, teſte gloſſa in capi. Teſtamentum. 6. diſtinct. Teſte etiam vel ipſo Auguſtino,(b) qui dicit,Peccatum adeo debet eſſe voluntarium,vt ſi non ſit voluntarium,omnino nõ ſit peccatum. Cũ igitur liberum arbitrium non magis in dormiente quàm in furioſo ſuum, vt oportet, agat officium, prorſus fatendum eſt, vt nec furioſum,ita nec dormiẽtem peccare poſſe, quãtumuis etiam aliquid mali aut per caſum fortuitum,aut per ſolum naturæ impulſum perpetraſſe conuincatur. Vnde etiam fit, quod ſicut furioſus non poteſt alicuius rei poſſeſsionem capere, ita etiam nec dormiens l. prima. §. Adipiſcimur. ff. de acquir. poſſeſ. De his etiam meminimus in noſtra Praxi criminali recognita cap. 84. titulo. Qui excuſandi ſint ab homicidio, charta. 219. numeris 10. & 11. Et ideo ſicut furioſus non punitur ſi hominem occidat, vel ſi iniuria aliquem afficiat l. Sed ſi vnus §. Si filiofamil. ff de iniuriis, & quia per omnia abſentis & quieſcentis loco habetur l.2. §. furioſus. ff. de iure codicillorum, ita etiam nec puniendus eſt dormiens,ſi quicquam faciat, quòd delicti ſpeciem habeat aut ſi, fortè dormiẽdo hominem aliquem occideret, vti habetur in Clementina Vnica, de homicidio. Dormiens enim in omni facto furioſo

Q

rioſo & amenti comparandus eſt teſte d. c. Maiores, & teſte Iaſone & Romano & Alberico & alijs ad d. §. Adipiſcimur. Deinde cum dormientes (vt ante diximus) parum à mortuis diſtent, & quum mortui (vt palam eſt omnibus) delinquere non poſsint, apertè conuincitur nihil culpæ eſſe adſcribendum dormientibus, ſi quid dormiendo peccauerit, aut ſi quid mali dormientes peregerint. Hæc tamen intelligenda ſunt ſanius, ſcilicet ſi ipſe dormiens eſſet talis, qui antè dormitionem ſciret ſe eo perículoſo morbo laborare, vt alijs vim, aut mortem inferre poſſet idque periculum ante mortem non præcauerit, haud dubiæ ipſius præſcientia, & non cuſtoditi periculi negligentia, ipſi dormienti, & negligenti in culpa eſſet, quoniam ſcilicet ſciebat ſe eo vitio laborare, & debitam interim diligentiam non adhibuit, vt omne malum & ipſam etiam occaſionem mali prudenter euitaret, ſicuti cum multis alijs pulchrè, & latiſsimè demonſtrat Tiraquellus, in lib. de pœnis tempora. cauſa. 5. Vbi de excuſando delicto à dormiēte commiſſo plurima recēſet, & explicat. De his quoque vide infra. Furioſus.

ANNOTATIO.

(a) COMPARANTVR. Rebuff. in l. coram. ff. de verborum ſignif. Decius in l. vt vim, numero 29. ibidemque apoſtill. ff. de iuſtitia & iure. Iaſon in l. furioſum, ſub numero 1. C. qui teſtam. facere poſſ. Marſil. ad l. 1. ſub numero 64. ff. de ſicar. Blanc in praxi crim. §. dormiens, numero 2. Gomeſ. delictor. c. 2. numero 74. Odd. de reſtitu. in integrum, parte 2. q 11. art. 2. ſub numero 3. & numero 5. Clarus libro 5. §. fin. quæſt. 60. numero 13. latiſſ. Couarr. ad clementin vnicam, parte 3. in initio, numero 6. de homicid. Menoch. de arbitr. iudic. libro 2. centur. 4. caſu 327. numero 5. Gaill practicarum obſeruationum libro 2. obſeruat. 110. ſub numero 30.

(b) AVGVSTINO. Auguſtinum libr. 1. retract. cap. 15. alioſque in hanc ſententiam citat Couarr. in d. clement. vnic. parte 2. in initio, ſub numero 1. & numero ſeq.

Dos, Dotatio, Alimenta.

DOs (a) *& alimenta æquiparãtur, eiuſdemque iuris eſſe cenſentur.* Nam quū aliud dos non ſit, quam donatio quædam pro oneribus matrimonij ſuſtinendis, & præcipuum onus matrimonij ſit alere familiam, apparet alimentationem cum dote omnino eſſe conferendam, vt vult gloſſa ordinaria in l. Ob æs. C. de pręd. & alijs reb. minorum, quę quidem gloſſa iſtorum duorum æquiparationem apertè conformem eſſe teſtatur, & eandem quoque confirmat & ad hæc allegat Salic. in l. Qui liberos. ff. de ritu nupt. & Alexand. de Imola in l. Cum is. §. Si mulier. ff. de condict. indeb. & idem Alexand. in d. l. Ob æs, in apoſtil. ad Barto. Et Bald. in l. Neque mater. C. de iure doti. huius & memini, in meo Pupillorum patrocinio, titulo. De tutorum & curatorum munere. cap. 9. folio. 43. verſo in poſtrema editione nu. 27. & eodem cap. folio. 48. nu. 81. Quod tamen diſtinctè, ſanè, & cum iudicio intelligendum eſſe cenſeo, ſcilicet quando vtrobique eadem militat ratio, & quoties contrarium non reperitur in iure expreſsè deciſum, ſicuti mecum antè apertè teſtati ſunt D. Nicolaus Euerardi, & poſt eum D. Claudius Cantiuncula I. V. Doctores inſignes, in loco ab alimentis ad dotem. Poterunt itaque priuilegia alimentorum (quæ colligit

Barto

Barto. in l. Mela. ff. de aliment. & cibar. legat) ad dotis materiam iure ſimilitudinis pertrahi, & è contra, tam affirmatiua, quàm negatiua, ſic vt quemadmodum filijs ingratis alimenta iure denegantur l. Si quis à liberis. §. Idem iudex. ff de liber. agnoſcend. l. finali. C. de aléd. liber ſic quoque filiæ ingratæ pater dotē denegare poteſt. Bald. in l. finali, colum. 3. C. de dotis promiſsione, & econtra.

ANNOTAT.

(a) Dos. Baldus conſilio 262. ſub numero 2. libro 1. Bertran. conſi. 210. (cui initium, licet honoratus) numero 5. libro 1. & poſt Iaſ in adducto §. ſi mulier, alioſque, Molin. ad conſuet. Pariſ. §. 22. ſub num. 158, Burſat. conſ. 180. numero 41. Reliqua habentur hic ſuperius, ſub tit. alimenta & dos.

Dos, pia cauſa.

D*Os, & pia cauſa, quantum ad fauorem, in iure æquiparantur.* (a) Vt enim pietatis cauſæ cum primis fauendum eſt, ita & fauendum eſt doti, & contra, vt habetur in c. 1. §. Donare. Quali, olim feud. poter. aliena. in vſib. feud. ad inſtar alimentorum. Quin & ipſa dos omnimodam pietatis cauſam in ſe complectitur l. Cum is §. Si mulier. ff. de condict. indebi. Quocirca ſicut omnia priuilegia quę in pietatis cauſis ſunt conceſſa, eadem quoque & in dote concedenda ſunt, & contra comprobante Baldo in l. Sicut. C. de actio. & obligat. Et contra, ſicut in fauorem dotis in contractu innominato, & re integra non admittitur pœnitentia, quum hæres (b) cogitur adimplere votum defuncti l. Si ego. §. 1. ff. de iure doti. ita etiam in fauorem piæ cauſæ in contractu innominato & re integra ob eandem cauſam non admittitur pœnitentia, teſte Romano in Repeti. Authen Similiter in 18. ſpeciali cauſſa piæ cauſſæ. C. ad l. falcid Itē ſicut fauore dotis mandatum re integra morte non finitur, d. l. Si ego, ita nec in fauorem piæ cauſſæ, re integra mandatum morte mandantis finitur, vt habet Bal. in l. Mādatum, in 4. colum. C. Manda. Et Romanus (c) d loco Tertio, ſicut in cauſa dotis poteſt procedi ſummariè, (d) & ſine ſtrepitu iudiciorū, vt habetur in Clemētina. Diſpendioſum de iudic. ita quoque in cauſa pia ſummariè procedi poteſt, vti latè diſputauit D. Nicolaus Euerardi, in loco. A dote ad piam cauſam.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARANTVR. Surd. deciſ. 298. numero 9. latè Tiraquellus de priuileg. piæ cauſ. in præfation. in verſ. item cum dos. & in priuil. 114. & 158. (vbi remiſsiuè de priuilegijs dotis) Viuius deciſ. 7. numero 4. & ſeq. (vbi multa etiam de priuilegijs piæ cauſæ) extensè Burſat. conſ. 180. ex numero 28, vſque ad 31. & numero 42. vbi ait, hæc à lege æquiparata eſſe, ita vt in vno diſpoſitum ad aliud extendatur, etiam quod eſſemus in materia exorbitante, correctoria, & ſtricta. Addens tamen non in omnibus paſsim æquiparari. Nam & Calca. conſ. 31. quem refert Tiraquel. in d. verſ item cum dos dicebat dotem, reſpectu ipſius, non eſſe piam cauſam: nam ſi eſſet (inquit) huiuſmodi, ex ipſius legato non detraheretur Falcidia, per adductam authent. ſimiliter. C. ad l. Falcid. quæ tamen ex ea detrahitur, iuxta glo. in l. tali, in verb. referri, ff. de iure dot. cum ſimil. idemque voluit Iaſon in l. dedi. §. idem erit. ſub numero 2. ff. de condict. ob cauſ. Veruntamen Tiraq. vbi ſuprà, aſſerit communem opinionem eſſe in contrarium: vt & per eundem Calcan. ſibi contrarium, conſ. 13. verſ. non obſtat ſi dicatur, quenquam

quam Falcidia detrahatur de legato, dotis cauſa, diuiti relicto, vt voluit & Iaſon in adducto §. ſi mulier, Nam & ſecundum Tiraq. eſt ibidem, poſt Decium conſilio 72. ſub numero 5. & conſilio 140. numero 2.4. & ſequent. cum legatum dotis & alimentorum æquiparentur; eadem diſtinctio, quę in alimẽtis, & in dore quoque procedit: vt tum demum legatum ſit pium, ſi relictum ſit pauperi, non etiam diuiti. id quod voluit poſt Cephal. conſilio 226. numero 3. alioſque, Maſcard. de probationib. concluſ. 1172. num 13. & nos probauimus hic ſuperius, ſub tit. alimenta & pia cauſa.

(b) QVVM HAERES. Hæres enim non poteſt, etiam re integra, à contractu huiuſmodi innominato reſilire aut pœnitere: quanquam defunctus ipſe potuiſſet, vt tradit & Tiraq. (diuerſitatis rationem aſſcribens) d. tractat. de priuil. piæ cauſ. priuil. 135. eandemque ſententiam, in contractibus (nempe) innominatis, etiam ad pium opus celebratis, licitam eſſe pœnitentiam, aduerſus alios, latè confirmat, magiſque communem probat Couarr. variar. reſolut. lib. 1. c. 14. nu. 15. & nu. ſeq. in fin. quamuis ille adductam l. ſi ego, longè aliter interpretetur, neque eam hæc probare contendat.

(c) ROMANVS. Idemque Roman. conſi. 119. ad fin. & conſ. 202. ſub nu. 5. & vtrobique Mandoſ. poſt Socin. reg. 254. in 8. fall. Cremenſ. ſingul. 143. Tiraq. d. tractat. de priuil. piæ cauſ. priuil. 82. & 132. alioſque commemoratos, qui hanc veriſſ. ac communiter receptam aſſerit, vt & Couarr. d. c. 14. nu. 15. in fin.

(d) SVMMARIE. Rebuff. ſchol. priuil. 5. Aliter tamen declarat Tiraq. d. tract. de priuil. piæ cauſ. priuil. 157.

Dos exigua.

D*Otem habere modicam, & dotem habere nullam, paria* (a) *ſunt*. teſtib. Baldo & Saliceto. in Authentica Pręterea. C. Vnde vir & vxor Et Tiraquellus, in lib. de iudic. in cauſ. exigu ferend. verſic. 9. Et Bald in d. Authentica. Præterea, in fine. Et poſt illum. Salic. Paul. Caſtrenſ. Roma. Alexan. & Areti. qui dicunt Authenticam illam loqui de vxore indotata ſcilicet, quòd ſicut mortuo diuite marito vxor indotata ſuccedit in aliquam partem bonorum eiuſdem mariti, ita etiam vxor paruam habens dotem, optima cum ratione ſuccedere debet in aliquam partem bonorum ſui mariti, qui nimis conciſe ſuam vxorẽ dotauerat, ſicuti teſtantur & Cynus & Baldus in l. licet. C. de iure dotium. Romanus ad l. 2. & ad l. Diuortio. ff. Solu. matri. Et latè Corneus, in ſuis conſilijs, conſilio 249. lib. 3. vbi dicit, quod ſtatutum loquens de marito qui cogitur aliquid relinquere vxori inopi, & nullam dotem habenti, etiam locum habere debeat in vxore paruam dotem habente, teſte Barbat. conſilio 74. lib. 4 Socin. conſilio 121. lib. 4 Quia parum habere & nihil habere in huiuſcemodi cauſis æquiparantur, vt aſſerit Corneus conſilio 64. lib 1. cap. licet cauſam, de ſentent. & re iudica. Quæ autem ſit parua dos habenda, ea in æſtimatione (b) iudicis tota conſiſtit, vti teſtatur Hipp. ad l. Quæſtionis. num 19. ff. de quæſtionib. Et Doctores, in Authentica. Quod locum C. de collationib. Sunt tamen alij qui limitatiuè paruam dotem vocent quę ad alimẽtationem (c) vxoris relictæ, aut relinquendæ non ſufficit, vt notat Ioann. dilectus in lib. de arte teſtandi. Rubrica, de legatis. titulo 6. cap. 20. Barbat. d. conſilio 74. Vnde & generaliter reſpondet Socinus, conſilio 230. nu. 3 lib. 4 Parum habere, & nihil habere eſſe paria, (d) quòd & confirmat Ludouicus Romanus in l. Diuortio, in principio. ff. Solut. matrimonio.

tum & in cœlis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Sic interpretatur Cyprianus lib. 4. Epiſtol. ad Papinianum, & lib. 1. ad Cornelium. Origines homilia. 6. ſuper Math. Hierony. lib. 1. contra Pelagianos, & ſuper hunc locum Matthęi. Ambroſius ſermone. 47. Auguſtinus contra Epiſtolam Donati. Chryſoſtomus & Hilarius ſuper Math Cyrillus lib. 2 cap. 12. Petro quoque eundem primatum per Chriſtum traditum, cum ei iam omnis poteſtas eſſet data in cœlo & in terra à patre, teſtatur Ioannes Euangeliſta. cap. 21. & vltimo ſui Euangelij, cum Petrum poſt reſurrectionem ſuam percunctatus eſſet in præſentia reliquorum Apoſtolorũ, num ſe diligeret præ illis præſentibus? Petro reſpondenti: Etiam Domine, tu ſcis, quia amo te, tertiò mandarit vt oues ſuas paſceret. Conſtituerat antè & cæteros apoſtolos ſuos, velut legatos in vniuerſum orbem, dicens eis: Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ, dederat & illis poteſtatem vt quorum dimitterent peccata, dimitterentur, & quorum retinerent, retinerentur. Ne quis itaque per hæc derogaſſe quicquam ei quem diſpoſuerat, & cuius iamdudum caput toties deſignauerat Eccleſiaſticæ hierarchiæ forte arbitraretur, aut apoſtolorum omnium imaginaretur æqualitatem, iterum deſignat eum ad quem tanquam legationis caput, & principem vniuerſæ Eccleſiæ ſuæ curam præcipuè referri vellet, in aliorum præſentia, vnũ ſingulariter appellans Petrum, non quidem illo pleno miſterij nomine Petri, ne quis in eo & hic figuram vllam poſſet confingere, ſed illo ſuo proprio & à parentibus indito, Simonis (inquam) etiam patris adiecto cognomine, quo manifeſtius vnius perſonæ, eius ſingularitatem exprimeret, neque hoc contentus, ſed ab alijs ipſum Apoſtolis vna præſentibus etiam comparatione ſeiungit, atque illos è diuerſo conſtituit, dicens, Simon Ioannis diligis me plus his? perinde ac ſi diceret, diligunt quidem & iſti, ſed à te plus eſt quod exigo, te ijs plus amare conuenit, quem præ ijs, & ſuper hos paſtorem ouilis mei conſtitui. Et D. Chryſoſtomus hunc locum explicans, homilia 87. in Ioann. Quid tandem eſt (inquit) quod omiſsis alijs, duntaxat affatur Petrum? Os erat Apoſtolorum, & Princeps, & vertex ipſius cœtus, propterea & Paulus eum præter alios viſurus aſcendit ſimul, vt ei oſtenderet iam ſibi fiduciam habendam, tanquam enim negationis obliuiſceretur, fratrum curam ei committit, neque negationis meminit, neque exprobrat, tantum dicit: Si amas me, fratrum curam ſuſcipias, & quam in omnibus dilectionẽ oſtendiſti, & qua delector, nunc oſtende: & animam, quem pro me poſiturum dixiſti, hanc pro ouibus meis trade. Et Theophylactus Diui Chryſoſtomi compilator, in eundem locum ſcribens, hoc pacto, hunc locum explicat: Poſtquam (inquit) finitum eſt illis prandium, Petro præpoſituram ouium orbis terrarum tradidit, nec alij, ſed iſti, ipſam dedit: primus quidem omniũ electus, & os totius chori, dicit autem, Quòd ſi amas me, paſce oues meas, hoc eſt, pręſis fratribus, & feruentem amorem, quem dicebas habere erga mę, vt & mori mea cauſa velles, amodo oſtende. Et Petro per illa verba traditum primatum teſtatur Cyprianus, de ſimplicitate Prælatorum. Item diuus Hieronymus in ſermone de Petro ad Euſtochium. Diuus Ambroſius in ſermone de pœnitent. & fide Petri. Item diuus Auguſtinus in quæſtione noui & veteris teſtamenti, quæſtione 75. Et diuus

omnes obedire tenerentur, & niſi omnis poteſtas etiam ciuilis, ſubiecta eſſet authoritati Eccleſiaſticæ hierarchiæ capitis. Sunt enim in domo Dei, quæ eſt Eccleſia, Principantes multi ciuileſque magiſtratus gerentes, quorum nemo ſubditur alteri, nec alium ſupra ſe recognoſcunt principantem ciuiliter, vt Imperator, Rex Galliæ, rex Hiſpaniarum, Angliæ, Scotiæ, & alij plurimi, inter quos ſi quando ſurgit quæſtio, aut controuerſia, ob quam domum Dei vehementer turbari, & in diuerſas ſectas ſcindi, contra voluntatem & præceptũ Chriſti, neceſſum eſt, vt experientia, proh dolor plus æquo ſentimus, quomodo hæ controuerſiæ componi poterunt, niſi authoritate capitis totius communis Eccleſię, cuius eſt membra omnia in officio cõtinere, & in pace & concordia, cui tanquam capiti, obedire debent omnes qui Chriſtiano cenſetur nomine. Porro hũc Principatum ſiue primatum, Chriſtum Petro deſignaſſe tradunt orthodoxi patres, primum cum Chriſtus nomẽ Petro immutaret, ac de ſuo illud Petræ ſaxique nomen imponeret, dicens. Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quòd interpretatur Petrus. Petra autem erat Chriſtus (inquit Apoſto. Paul. 1. ad Corinth. cap. 10.) Ac proinde à Chriſto petra dictus eſt Petrus, vt hac ipſa ſui nominis communicatione, ſuas quoque vices geſturum ipſum in Eccleſia, atque eius pro ſe caput futurum ſignificaret, vnde vniuerſa Eccleſia dependeret, haud ſecus, quam à fundamento ædificiũ, hoc enim illius ex multis conuenientibus ſibi electi ſingularis nominis myſterio, clarè ſignificauit, vt ſuper ipſum velut ſuper ſaxum aliquod, totius Eccleſiaſticæ hierarchiæ ſtructurę conſtruenda foret ædificatio. Sic hũc locum Interpretatur Cyrillus in Ioann. lib. 2. cap. 12. Et Chryſoſtomus in Ioan. homil. 16. Idem ſignificare voluit Chriſtus Matth. 14. capit. cum ipſe ambulans ſuper mare, ſoli Petro dedit poteſtatem ad ſe veniendi ſuper mare. Quid enim aliud ſibi voluit Chriſtus ambulando ſuper mare, quàm nobis ſignificare, ipſum per fidem imperaturum toti orbi, per mare ſignificato. Quum verò Petrum huius poteſtatis ſuper mare ambulandi participem fecit: quid aliud innuere vult quàm quòd Petrum, ipſo aſcendente ad cœlos, in hoc ſuo regno & imperio vicarium ſuum conſtituere decreuerat, qui nomine ſuo in hoc regno viſibili, quòd eſt Eccleſia, imperaret. Eundem Principatum Petro ſe traditurũ Chriſtus clare cõmonſtrat. Lucę ca. 22. dum Petro dicit: Simon, ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum, ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos: quo loco Chriſtus pro Petro rogat præ cæteris, & duo ei impetrat, indefectibilitatem fidei, & poteſtatẽ cõfirmandi fratres, quę ei neceſſaria erant, qui domui Dei tanquam caput pręeſſet, & omnia membra Eccleſiæ in recta fide contineret, & perpetuò confirmaret ac ſolideret. Hunc locum ſic intepretatur Cyrillus, in Ioan. lib. 2 cap. 13. & Chryſoſtomus homilia 63. in Ioan. Primatum autem hunc Petro promiſſum affirmant Principes fidei noſtræ, Math. 16. ca. Cum Chriſtus Petro confitenti ſe eſſe Chriſtum filium Dei viui, reſponderet, Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus, qui eſt in cœlis, & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum &

Digitized by Google

ſum & in cœlis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Sic interpretatur Cyprianus lib. 4. Epiſtol ad Papinianum, & lib. 2. ad Cornelium. Origines homilia. 6. ſuper Math. Hierony. lib. 1. contra Pelagianos, & ſuper hunc locum Matthæi. Ambroſius ſermone. 47. Auguſtinus contra Epiſtolam Donati. Chryſoſtomus & Hilarius ſuper Math Cyrillus lib 2 cap. 12. Petro quoque eundem primatum per Chriſtum traditum, cum ei iam omnis poteſtas eſſet data in cœlo & in terra à patre, teſtatur Ioannes Euangeliſta. cap. 21. & vltimo ſui Euangelij, cum Petrum poſt reſurrectionem ſuam percunctatus eſſet in præſentia reliquorum Apoſtolorū, num ſe diligeret præ illis præſentibus? Petro reſpondenti: Etiam Domine, tu ſcis, quia amo te, tertiò mandarit vt oues ſuas paſceret. Conſtituerat antè & cæteros apoſtolos ſuos, velut legatos in vniuerſum orbem, dicens eis: Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ, dederat & illis poteſtatem vt quorum dimitterent peccata, dimitterentur, & quorum retinerent, retinerentur. Ne quis itaque per hæc derogaſſe quicquam ei quem diſpoſuerat, & cuius iamdudum caput toties deſignauerat Eccleſiaſticæ hierarchiæ forte arbitraretur, aut apoſtolorum omnium imaginaretur æqualitatem, iterum deſignat eum ad quem tanquam legationis caput, & principem vniuerſæ Eccleſiæ ſuæ curam præcipuè referri vellet, in aliorum præſentia, vnū ſingulariter appellans Petrum, non quidem illo pleno miſterij nomine Petri, ne quis in eo & hic figuram vllam poſſet confingere, ſed illo ſuo proprio & à parentibus indito, Simonis (inquam) etiam patris adiecto cognomine, quo manifeſtius vnius perſonæ, eius ſingularitatem exprimeret, neque hoc contentus, ſed ab alijs ipſum Apoſtolis vna præſentibus etiam comparatione ſeiungit, atque illos è diuerſo conſtituit, dicens, Simon Ioannis diligis me plus his? perinde ac ſi diceret, diligunt quidem & iſti, ſed à te plus eſt quod exigo, te ijs plus amare conuenit, quem præ ijs, & ſuper hos paſtorem ouilis mei conſtitui. Et D. Chryſoſtomus hunc locum explicans, homilia 87. in Ioann. Quid tandem eſt (inquit) quod omiſsis alijs, duntaxat affatur Petrum? Os erat Apoſtolorum, & Princeps, & vertex ipſius cœtus, propterea & Paulus eum præter alios viſurus aſcendit ſimul, vt ei oſtenderet iam ſibi fiduciam habendam, tanquam enim negationis obliuiſceretur, fratrum curam ei committit, neque negationis meminit, neque exprobrat, tantum dicit: Si amas me, fratrum curam ſuſcipias, & quam in omnibus dilectionē oſtendiſti, & qua delector, nunc oſtende: & animam, quam pro me poſiturum dixiſti, hanc pro ouibus meis trade. Et Theophylactus Diui Chryſoſtomi compilator, in eundem locum ſcribens, hoc pacto, hunc locum explicat: Poſtquam (inquit) finitum eſt illis prandium, Petro præpoſituram ouium orbis terrarum tradidit, nec alij, ſed iſti, ipſam dedit: primus quidem omniū electus, & os totius chori, dicit autem, Quòd ſi amas me, paſce oues meas, hoc eſt, præſis fratribus, & feruentem amorem, quem dicebas habere erga me, vt & mori mea cauſa velles, amodo oſtende. Et Petro per illa verba traditum primatum teſtatur Cyprianus, de ſimplicitate Prælatorum. Item diuus Hieronymus in ſermone de Petro ad Euſtochium. Diuus Ambroſius in ſermone de pœnitent. & fide Petri. Item diuus Auguſtinus in quæſtione noui & veteris teſtamenti, quæſtione 75. Et diuus

Digitized by Google

Gregorius in Epiſtola ad Cirianum, & in homilia quam ſcripſit in Euangelium Marci. cap. 16. Item diuus Bernardus, ſermone. 31. de ſeptem panibus. Poſſent & alia multa ad hanc rem adduci, quæ tamen hoc capite non ſine graui cauſa prętereunda putaui. Primum quòd ſicut hæc materia potius ad theologos, quàm ad iuriſperitum ſpectare videatur, ita eadem per Theologos abundè tractata ſit. Deinde quòd hoc argumentum hoc exulcerato tempore ſubiectum ſit multis calumnijs, & contradictionibus hæreticorum, quorum argumentis diluendis, vt opus eſſet multis verbis, ita fruſtra à me id laboris ſumeretur: quum Theologi qui hoc tempore hanc ré pro meritò tractarunt, hæreticorum argumentis dilucidè & diſertè ſatisfecerunt. Nam friuolum eſt, & ridiculum prorſus, hoc eorum argumentum, quod in ore ſemper habent. Chriſtus, teſte Diuo Paulo ad Epheſ. 5. capit. eſt caput Eccleſiæ, ergo nec Petrus, nec Pontifex Romanus, poteſt dici caput Eccleſiæ: quin eodem genere argumentandi probari poſſit, nullum poſſe dici Regem alicuius regni, quia teſte ſcriptura, Chriſtus dicitur Rex regnorum; & Rex regum terræ, & per Chriſtum, teſte Salomone, prouerb. octauo capit. Reges regnant. Per me (inquit) Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt, per me principes imperant, &c. Nullus autem eſt, qui non facile intelligat, ſi ratione & ſenſu communi vti velit. Et ſi Chriſtus dicatur Rex regum, & Rex regnorum, & per Chriſtum, qui eſt ſapientia Patris, reges terræ regnare dicantur, ob hoc tamen nullum mereri nomen Regis in terra, qui propriè Rex alicuius Regni vocari poſſit. Quinimò rectè nos vocamus Philippum Regem Catholicum, Regem Hiſpaniæ, Arragoniæ, Caſtilliæ, &c. quia Chriſto placuit per eum tanquam vicarium ſuum regere Hiſpaniam, Arragoniam, Regnum Caſtilliæ, & regnare in Hiſpania, Arragonia, &c. Eadem ratione rectè vocamus Pontificem caput Eccleſiæ, quia Chriſto placuit per Pontificem tanquam vicarium ſuum, regere Eccleſiam ſuam militantem, & regnare in ea, quæ cum conſtet ex membris corporalibus, & mortalibus, hominibus ſcilicet, neceſſum eſt, & caput ei conſtituere corporale & mortale, hominem nimirum; vt caput ſit eiuſdem naturæ cum reliquis membris, quod neceſſum eſt fieri, vt corpus aliquod rectè & concinnè componatur. Porrò vt reliqua membra huius corporis militantis, ſuum influxum habent & virtutem viuendi & vegetandi in hoc corpore à Chriſto capite: adeò vt quicquid agitur per Pontificem, tanquam caput corporis, ad conſeruationē & vegetationem totius corporis, Chriſto adſcribendum ſit, qui ita per vicariū ſuum, & caput hoc ſimile reliquis membris operatur. Et hoc ſibi vult Diuus Paulus, quum dicit Chriſtum caput Eccleſiæ, nam quicquid virtutis, quicquid gratiæ, quicquid authoritatis eſt, in capite corporis militantis, aut in membris à Chriſto, tanquam primo capite, qui eſt fons bonorum omnium, profluit. Si velimus penitus eodem loco inſpicere textum Diui Pauli, inueniemus clariſsimè Paulum loqui de Eccleſia triumphante, quum dicit, Chriſtum eſſe caput Eccleſiæ, nam dicit Eccleſiam illam, cuius caput, Chriſtum aſſerit eodem loco, eſſe glorioſam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, quod de Eccleſia militante intelligi non poteſt: nunquam enim illa eſt ſic glorioſa, vt non habeat rugam aut maculam, nam quamdiu membra corporis Eccleſiæ militantis ſunt in hoc mortali

corpore

Digitized by Google

corpore, fieri non poteſt, quin contrahant maculas, nec tam poteſt vita hæc præſens purgari, quin habeat ſemper quippiam relictum contagij. Quia ſi dixerimus (inquit Ioannes primo capit.) quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus & veritas non eſt in nobis. Ideo, teſte Salomone, Prouerbior. decimo octauo capt. Iuſtus ſemper in principio accuſator eſt ſui: nemo enim tam eſt iuſtus in hac mortali vita, nemo tam mundus, quin in diem iuſtior mundiorque fieri poſſit, vt non citius membra huius Eccleſiæ militantis ſint ſine omni macula & ruga, quam exuto & depoſito hoc corruptibili corpore, fiant membra cœleſtis Hieruſalem, Eccleſiæ nimirum triumphantis: & quum Chriſtus totius ſanctitatis & iuſtitiæ fons & origo, membra ſua omnia vult habere ſui ſimilia in Eccleſia illa triumphante, quæ cum capite pulchrè conſentiant, in quibus nulla ſit peccati fœditas, quæ reliquum corpus dehoneſtet, hortatur nos in Euangelio Matthæ. quinto capit. vt ſimus perfecti, ſicut & pater noſter cœleſtis perfectus eſt, & cuius ſumus inſigniti imagine eius per imitationem expreſſam in nobis geramus ſimilitudinem, hinc quoque Paulus ad Epheſeos quarto cap. vult vt renouemur ſpiritu mentis noſtræ, id eſt, ad eam nos iuſtitiæ, & integritatis formam componamus, quam in Chriſto vitæ, & nouitatis authore didicimus. Nam quos (inquit idem Apoſtolus Paulus ad Romanos, octauo capit.) præſciuit, hos & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus, in multis fratribus à peccati vetuſtate in iuſtitiæ & gratiæ nouitatem tranſlatis. Ad quam perfectam tranſlationem nouitatis, non prius deueniunt membra Eccleſiæ militantis, quam ab hoc corpore liberati fuerint, nec alia eſt differentia inter Eccleſiam cœleſtem & terrenam, cùm vna ſit, quam quod hæc adhuc militet, certet & laboret, vt quam proximè poſſit accedat in hac mortali vita ad perfectam illam renouationem mentis, & conformitatem imaginis filij Dei, quæ conſiſtit in ſanctitate & iuſtitia. Ex quo certamine fieri non poteſt propter corruptionem naturæ, quin contrahat in membris maculas & rugas. Illa verò glorioſa eſt in omnibus membris ſuis, ſine macula, ſine ruga, cum nihil coinquinatum, (vt teſtatur Ioannes in Apocalypſ. vigeſimo primo capit.) aut abominationem faciens, aut mendacium, intrabit in eam, nec iam amplius illis certandum aut laborandum eſt, ſed amodo iam dicit Spiritus, vt idem Ioann. eodem libro ſcribit. capit. decimo quarto vt requieſcant à laboribus ſuis, & ſedeant (teſtante Eſaia Propheta, capit. trigeſimo ſecundo) in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Quod verò adferunt & pro confirmatione ſuæ ſententiæ adducunt Diuum Gregorium, Cyprianum, & Auguſtinum, ſi diligenter diſcutiantur eorum ſcripta, inueniemus perſpicuè illos nunquam docuiſſe, aut ſentiuiſſe, quòd Pontifex non eſſet caput Eccleſiæ, quin contra ſemper eos ſtatuiſſe, penes Pontificem, tanquam caput Eccleſiæ, eſſe primam authoritatem in Eccleſia, vt in locis ſupra citatis, & alijs varijs abundè ſcripta eorum teſtantur. Nam Diuus Cyprianus libro de ſimplicitate Prælatorum, cauſam reddens, cur ſe alioſque decipiant hæretici, ſubuertentes fidei veritatem & corporis Chriſti vnitatem corrumpentes, docet hoc inde prouenire, quia non reſpiciunt, non aſſurgunt ad Eccleſiaſticæ vnitatis originem, nec caput quærunt; quod tamen clariſsimè docet doctrina cœleſtis Euangelij, cuique obuia,

que obuia, eam hanc tandem profert, loquitur (inquit) Dominus ad Petrum. Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ędificabo Eccleſiam meam, & portæ inferorum non vincent eam, tibi dabo claues regni cœlorum, & quæ ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcunque ſolueris ſuper terram erunt ſoluta & in cœlis. Et eidem poſt reſurrectionem ſuam dicit: Paſce oues meas. Ex quibus verbis Euangelij D. Cyprianus oſtendit caput Eccleſiæ Petrum, & Petri ſucceſſores, & vnitatis eiuſdem originem. Atque iſtud ipſum in Epiſtola ad Iubaianum clarius adhuc explicat. Et Diuus Gregorius lib. ſexto. Epiſtola 37. ad Eulogium ſcribit hæc verba. Quis (inquit) neſciat ſanctam Eccleſiam in Apoſtolorum Principis ſoliditate firmatam? qui firmitatem traxit in nomine, vt Petrus à Petra vocaretur, cui veritatis voce dicitur: Tibi dabo claues regni cœlorum, cui rurſus Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Iterumque: Simon Ioannis amas me? paſce oues meas. Itaque cùm multi ſint apoſtoli, pro ipſo tamen principatu ſola apoſtolorum principis ſedes, in authoritate conualuit. Rurſus in altera epiſtola, libro 4. epiſtola 32. Cunctis Euangelium (inquit) ſcientibus liquet, quod voce dominica, ſancto, & omnium Apoſtolorum Principi, Petro Apoſtolo, totius Eccleſię cura commiſſa eſt. Ipſi quippe dicitur, Petre amas me? paſce oues meas, ipſi dicitur: Ecce Sathanas petijt cribrare vos ſicut triticum, & ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus cõfirma fratres tuos. Ipſi dicitur, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. &c. hæc ille. Atque ex his intelligimus, quod Diui Gregorij etiam ſententia nulli Euangelium ſciẽti dubium eſſe poſsit, quin Petro omnium apoſtolorum Principi & eius ſucceſſoribus totius Eccleſiæ cura tanquam capiti commiſſa ſit. Eiuſdem ſententiæ fuit Diuus Auguſtinus cum in multis locis, tum præcipué in ſuis enarrationibus in Pſalmos, vt in Pſalmum 30 in Pſalmos quoque 33. & 39 Item in epiſtolis ſuis frequenter, libro quoque 11. quæſtionum ad Simplicianum. Rurſus aduerſus epiſtolam Donati, & alijs locis pleriſque. Sed quod videntur præſcripti authores negaſſe, nullum eſſe vniuerſalem Epiſcopum, hoc ſic intellexerunt, quod nullus ſic eſſet vniuerſalis Epiſcopus, quod eſſet cuiuſque Eccleſiæ proprius rector, nam ſic nullus eſſet alius Epiſcopus præter Pontificem, adeo vt omnis honor Epiſcopalis, ab omnibus auferretur, & vni ſoli tribueretur, quod nunquam admittendum eſt, quia hoc hierarchicum ordinem Eccleſiæ imminueret, immo prorſus deſtrueret. Hoc improbarunt præſcripti patres, authoritatem autem hierarchiæ Eccleſiaſticæ nunquam reiecerunt, neque minuerunt, ſed de his ſatis. Nam nec hæc ſimilitudo terreſtrium cum cœleſtibus, videtur ſatis æqua, nec res ipſæ inter ſe collatæ ſunt eiuſdem fori iudicialis, & terreni, in quo foro de ſimilibus idem eſſet iudicium, quę ſimilia in meo hoc libro ſumpſi explicanda. Ad alia ergo accingar.

Eccleſia.

E*cclesia æquiparatur minoribus (a) & pupillis, (b) & de illa, ſicut de iſtis pariter iudicandum eſt*, vt habet glo notabilis, in l. Reſpublica. in verbo. Solet, & ibi notant Bartolus. & Bald. & alij ſcribentes. C. Quib. ex cauſ maior. Ideoque ſicut

ſicut minorennes,& pupilli auxilium reſtitutionis in integrum implorare poſſunt,ita idem auxilium (c) implorare poteſt Eccleſia,vt habet textus expreſſus & notabilis cum gloſſa in cap. Auditis in fine,in verbo. Minoris, & ibi Canoniſtæ, extra de in integr. reſtitut. Quia enim Eccleſia fungitur iure minoris, (d) ideo omnia iura de reſtitutione minorum loquentia, eadem quoque poſſunt & debent referri ad Eccleſiam, & contra: vt habet c.1. & d.ca. Auditis.de in integr. reſtitut. Et Doct. in l. Orphanotrophos. Cod. de epiſcop. & cleric. Et Panormitan. in d.c. Auditis. Exempla autem hæc paſsim habentur. Quum itaque hæc ita ſe habeant, ſequitur à ſimili, quòd Eccleſiarum prælati etiam tutoribus & curatoribus comparari (e) debeant. §. Orphanotrophi, in Authentico, de Eccleſ. titul. columna. 9. gloſſa, in d.cap. Auditis, in verbo, Eccleſia, extra de in integrum reſtitut. Quod autem Eccleſia æquiparetur pupillo, id manifeſtè oſtenditur in gloſſa notabili,& etiam expreſſa, in l. libertos in verbo adminiſtrauerit. Cod. de excuſat. tutor. Et quamuis hæc comparatio rectè fiat de minorenni, eadem nihilominus etiam intelligitur de pupillis, quantumuis gloſſa in d. cap. Auditis, dicat, quòd Eccleſia rectè æquiparetur minorenni 25. annorum, non autem pupillo. Quod enim Eccleſia omnino æquiparanda ſit pupillo, locoque pupilli habeatur, id apertè oſtendunt gloſſæ iuris ciuilis prææallegatæ Idemque confirmant Ioan. Fab. Angel. Aretin. & D. Iaſon, in §. Ex maleficijs colum. 4 vbi latè de hoc tractant. Inſtitut. de actionib. De his quoque meminit D. Ioann Franciſc. Balb. ibi. Quinto quæro. num. 4. in ſuo perutili tractatu De præſcript. Et D. Andræas Tiraquellus, de legib. connubiali. & iure maritali, gloſſa 6. ibi *de ſon mary*. charta. 181. num. 70. ad quem conſulendum ſtudioſos mitto. Huius ipſe etiam memini in mea ſubhaſtationum compendioſa exegeſi cap 2. folio 162. verſo. numero. 9. in poſtrema editione.

ANNOTAT.

(a) MINORENNIBVS. Alexan. conſ. 81. num. 9. lib. 5. Angel. conſ. 245. ſub num. 8. verſ. & quamuis. Roman. conſ. 123. num. 2. in fin. & nu. 4. conſ. 166. nu 13. & conſ. 407. nu. 3. Felin. conſ. 34 num. 10. Crauetta conſ. 204. nu. 24. Ruin. conſ. 89 nu, 14. lib. 1. Rol. conſ. 68. nu. 23. lib. 3. VVeſemb. conſ. 8. præſertim ſub nu. 46. Cephal. conſ 7. nu. 8. Matheſil. ſingul. 44. Tiraq. de priuileg. piæ cauſ 142. priuil. Sfort. Odd. conſ. 87. num 10. & in tracta. de reſtitut. in integrum. p 1. q 3. art. 4. ſub num. 16. & nu. 24. & par. 2. q. 75. art. 2. ſub nu. 8. & 9. & q 77. art. 6 nu. 26. Surd. dec. 25 nu. 18. & deciſ. 173. nu. 6 Iaſ. in l. ſancimus, ſub numero 7. C. de iudic. in l non eò minus, ſub numero 1. C. de procur. in authen. quas actiones, ſub numero 43. (vbi poſt alios, limitat in præſcriptione, vt quæ currat contra Eccleſiam, aliter atque minorem) Cod. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. 2. ſub numero 10. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict. vbi poſt gloſſam, & alios quoſdam, hinc aſſerit, poſſe tutorem res immobiles minoris (inſtar eccleſiæ) ſine decreto alienare, quando non modo ſteriles eſſent, ſed etiam plus incommodi quàm commodi adferrent. quam ſententiam aduerſus alios in dict. l. 2. probat & Rebuff. ad l. propriè bona. in princip. ff. de verborum ſignificationib. ſed reprobat eam quoque, ex præiudicio ſenatus ſui, Afflict. deciſione 87. Menochius de arbitrar. iudic. libro ſecundo caſu 171. ex numero 60. vſque ad 64. & conſilio 114. numero 28. conſilio 561. numero 8. & conſil. 589. numero 1. Viuius deciſione 21. num. 11. & ſeq. diuerſa enim hic ratio adducitur in eccleſia atque in minore, vt apud eos latius. Quemadmodum & in rebus eccleſię, vtilitas æquiparatur

neceſsitati, Decius conſ. 12 3. ſub num. 3. & in c. cum omnes. 2. lect. num. 45. ibidemque apoſt. de conſtit. & in d. l. 2. num. 6. poſt Panorm. in cap vt ſuper, ſub numero 15. de rebus eccle. non alien. idem Viuius deciſ. 145. num. 4. late Pelin. in c. cum ſuper, ad exordium, de teſtib cogen. (vbi docet & in alijs plerumque procedere hanc æquiparationem, vt & Decius conſilio 232. ſub numero 6. & Pinel. ad l 1. parte 3. ſub numero 25. C. de bon. quæ lib.) adeo vt in alienatione rerum eccleſiaſticarum ſicuti ſola neceſsitas, ita & ſola ſufficiat vtilitas, c. 1. de alienat. rerum eccleſ in 6. Rebuff. conſ. 111. verſ præterea iſta alienatio.

(b) PVPILLIS. Romanus conſ 311. nu. 3. in fine, & ſingul. 92. & 93. Crauetta conſi. 193. ſub numero 10. Vant. de nullit. proceſſ. tit. qualiter nullit. ſentent. vel proceſſ. repar. poſſ. ſub nu. 82. Mauric. de reſtit. in integ. c. 420. nu. 3.

(c) ITA IDEM AVXILIVM. latè Odd. d art. 4 dicens iſtam communem concluſionem veriſsimam, & procedere, non ſolùm in eccleſia Romana, ſed in omnibus etiam alijs, tam cathedralibus quam non cathedralibus: tam in iudicialibus quam extraiudicialibus. late etiam Marant. de ordin. iudic. in 3. parte 6. partis princ. in 2. actu. tit. de appellat. numero 83. Diuerſum tamen eſt in quadriennio in integrum reſtitutionis petendæ, quippe quod computatur eccleſiæ, à tempore læſionis, ſiue celebrati contractus, Suares allegat. 21. ſub numero 3. Burſat. conſ. 168 numero 36. Viuius deciſ. 145. numero 1. & dec. 436. numero 26. Minori verò non niſi poſt 25. ætatis annum, ſecundum gloſſ. & DD. in cap. 1. de in integrum reſtitut. in 6. vbi Anchara. ſub numero 2. hinc aſſerit, eccleſiam æquiparari minori facto maiori, ex ſententia gl. ibidem. Rebuff. ad conſtitut. reg. tomo 2. tit. de reſtitut. in præfat. numero 25. & ſeq. Sed & quod diximus quadriennium hoc computari eccleſiæ, à die perfectæ læſionis, limitatur aliquibus caſibus, quibus non obſtante lapſu quadriennij, eccleſia, etiam poſtea reſtitutionem petens, audiatur, de quibus apud Roman. d. conſilio 407. num. 6. Alexand conſilio 9. ad fin. libro 3 conſ. 47. numero 7. conſ. 81. ad fin. lib. 5. & conſ. 150. numero 5 & ſeq. libro 7. Decius conſil. 35. ſub num. 9. Crauetta de antiquitat. tempor. parte penult. 4. partis prin. (cui initium, materia iſta) numero 71. Maſcardus de probat. concl. 1061. num. 9. latiſſ. Odd d. part. 2. q. 20. art. 3. præſertim ob enormiſsimam læſionem, vt apud eos latius, & Panorm in c. 1. ſub numero 2 de in integ. reſtit. Pelin. in c. 1 ſub numero 9. de præſcript. Suares d. allegat. 21 ſub numero 3. Couarr. variar. reſol. libro 1. cap. 3. numero 10. Soarez recept. ſent. theſaur. in liter. E. numero 14. & in litera R. numero 79. declarat late Burſat. d. conſ. 168. numero 36. & ſeqq. latiſſ. etiam declarat & limitat Odd. d. parte 1. q. 19. arti. 7. Reſtituitur item eccleſia aduerſus libertatem, c. etſi illi, vbi gloſſ. fin. 12. q. 2. non etiam minor, l. ſi ex cauſa, §. Pomponius, & §. fin. ff. de minor. l. 1. C. ſi aduerſ. libert. Bart. (aut quiſquis inter eius tractatus ſit) tractat. de different. inter ius canon. & ciuil. col. 3. verſ. ſubijcio aliam & Oldendorp. in eodem tractat. in verb. reſtitutio. qui tamen, admiſſa hac æquiparatione, differentiam ſolùmodo inter vtrumque ius hic conſtituunt. Verum Odd. d. tract. de reſtit. in integ. parte 2. q. 55. art. 3. & ſeq. latiſſ. hanc rem tractans, tradit ibidem num. 43. hoc non eſſe ex eo, quod eccleſia reſtituatur contra libertatem illam, vt d. gloſſ. final. præſupponit, ſed quod reuocet libertatem conceſſam, quaſi nulliter conceſſam, cum ab ijs qui dare illam non poterant data fuiſſet.

(d) IVRE MINORIS. Zaſ. in l. Imperatores. verſ. 3. ampliate, ff. de re iudic. Aufrer. in addit. ad deciſ. Tholoſan. 407. verſ. 2. limitat. Maſcardus de prob. concluſ. 1161. numero 3. Cephal. conſ. 508. numero 17. Vincent. dec. 248. numero 3. & dec. 282. ſub nu. 2. Sfort. Odd. de reſtitut. in integ. parte 1. q. 26. art. 5. ſub numero 30. & part 2. q. 51. art. 1. numero 3. & q. 90. art. 1. in prin. & in fin idemque Odd. conſilio 84. numero 1. libro 1. addens ibidem numero 3. reſtitutionem, vbicumque datur maiori ex iuſta cauſa, dari quoque minori in lapſu ætatis, vel eccleſiæ propter rectorum negligentiam: cùm à pari hæc procedant: poſt Zaſ. in l. 1. §. nunciatio. numero 11. ff. de oper. noui nunciat. & Fabr. in §. rurſus, ſub numero 3. inſtit. de action.

qu

qui reſtitutionem maiorum & minorum æquiparari probat: dum ex eo infert, reſtitutionem maiorum, perinde ac minorum, per officium iudicis petendam eſſe. id quod voluit & commune aſſerit, idem Odd. in d. tract. de reſtit. parte. 1. quæſt. 35. artic. 6. numero 33. addens valere argumentum de vna reſtitutione ad aliam, vbi non reperitur diuerſimodè diſpoſitum in vna quàm in alia. Et voluit gloſſ. in l. necnon. §. quod eis, in verb. prohibeant. ff. ex quib. cauſ. maior. valere argumentum huiuſmodi, non ſubuenitur minori ergo nec maiori, in quibus caſibus maiori alias ſubuenitur. quam gl. ſequitur & ſingularem dicit Franc. Aret. conſilio 104. ſub numero 6. & 9. alijque quos refert Tiraq. de retract. proxim. §. 35 gloſſ. 4. ſub numero 46. & ſeqq. latiſſ. copioſiſſiméque Odd. de reſtit. in integ. part 1. quæſt. 5 art. 1 ſub numero 3. longe multumque diſceptantes; an fauorabilior ſit in integrum reſtitutio quæ ex cauſa ætatis conceditur (quam magis communem dicunt) & probat poſt Rebuff. in d. præfat. de reſtit. numero 27. Menoch. conſilio 100. numero 308. an quæ ex alijs iuſtis cauſis datur (vt volunt Doctor. in l. ſi qua militi, per illum tex. ff. ex quib. cauſ. maior.) an verò æque ſint fauorabiles; quod ſentit ibidem Odd. qui reiecta hac in re diſtinctione Alex. & Iaſ. in l. cum filiust. §. in hac in fin. ff. de verb. obligat. aliam conſiderat diſtinctionem, non ex maiore vnius aut alterius fauore, ſed ex diuerſa vtriuſque ratione, in qua quidem diſtinctione ita concludit quod vbi adeſt eadem ratio, valeat argumentum à denegatione vnius ad denegationem alterius; item & conceſsionis, licet hoc raro contingat, præſertim cum tractatur de reſtitutione aduerſus malè geſta: vbi verò non adeſt eadem ratio, non poſsit argui à denegatione vnius ad denegationem alterius, & hoc non quia magis vel minus fauorabilis ſit vna quàm alia, ſed quia ex diuerſis non debeat inferri. ſi verò eſſet materia indifferens, quia neque eadem, neque diuerſa ratio adeſſet, tunc ego (inquit) puto veriorem & æquiorem ſententiam, quod ſint æquè fauorabiles, & quòd valet argumentum ab vna ad aliam, negatiuè & affirmatiuè. hæc Odd. in d. art. 1. ſub numero 6. idemque probat ibidem quæſt. 8. a r. 9. ſub numero 50. & millies, vt ait, ibidem repetitur. cuius etiam diſtinctionem illam non rele o; vt quæ vana mihi viſa fuerit, præſertim quòd hoc generale ſit, vt cum valet argumentum de vno ad alterum, intelligatur ſemper cum vtriuſque eadem eſt ratio, etiam in æquiparatis, vt probat Tiraquel. ad leg. connubial. gloſſ 5 numero 215. & nos dicemus alibi.

(e) COMPARARI. Verùm Odd. d. quæſt. 3. artic. 4. numero 22. ſcribit; non tamen quidquid dicitur de tutoribus reſpectu pupilli, & de curatoribus reſpectu minoris, dici debere de prælato reſpectu eccleſiæ. qua de re nos dicemus latius, infra ſub titul. Prælatus, vſufructuarius, vſuarius.

Eccleſia & pia cauſa.

SIc *Eccleſia, & quæuis pia cauſa in iure æquiparantur.* (a) *& ſunt paria* l. finali. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. & §. Scimus, in Authentico, de non alienandis rebus. Eccleſ. collat. 2. & notat gloſſa ordinaria, in l. Rempublic. in fine Cod. de iure Reipublic. libr. 11. Hanc æquipollentiam confirmat etiam D. Nicolaus de Middelburgo, in ſuo lib. Topicorum, in loco à pupillo ad Rempubl. ad finem, vbi dicit, quod ſicut bona Eccleſiæ ſine certa ſolennitate vel alienari, vel in perpetuam emphiteoſim dari non poſſunt. c. Sine. 12. q. 2. Authentica. Hoc ius porrectum C. de ſacroſanctis Eccleſijs, ita quoque (b) nec bona ad piã cauſam (c) veluti ad ſubſidium pauperum (d) relicta, ſine ea ſolemnitate aut alienari, aut in emphiteoſim dari poſſunt, vti latè confirmat Felin. in ca De Quarta, circa principium, de præſcript. Item ſicut Eccleſiæ in integrum reſtituuntur, ita quoque piarum cauſarum ratio, in reſtitutione in integrum par habetur &

 ſimilis

ſimilis. Teſte Ludouic. Romano, in ſuis conſilijs, conſilio 467. (e) Panor. in ca. 1. de reſtitut. in integrum. Tertio, ſicut in acquiſitione Eccleſiæ, aut beneficij Eccleſiaſtici, ſimonia committitur, ita etiam in acquiſitione hoſpitalis, (f) vel rei ad pium vſum deſtinatæ, vt habet Calderinus in tit. de religioſ. domibus, conſilio 1. Quartò; ſicut de relictis Eccleſię non ſoluitur Falcidia nec Trebellianica, ita neq; eadem ſoluuntur de rebus ad piã cauſam (g) relictis. Teſte Caſtrẽſi in ſuis cõſilijs, conſilio 195. Poſtremo, ſicut Iudex ſecularis non immiſcet ſe rebus Eccleſiæ, ita etiam non intermiſcet ſe rebus ad piam Eccleſię cauſam pertinentibus: potiſsimũ ſi eæ cum præiudicio iudicis Eccleſiaſtici contingerent. Nam ſi quis ſe intermiſceret rebus ijs pijs adminiculatiuè, & non priuatiuè, hoc eſt, ad ſubſidium piæ cauſæ, vel Eccleſiæ, potius quàm ad detrimentum eiuſdem cauſæ, probanda omnino foret ipſius opitulatio, teſte Ancho. in ſuis conſilijs, conſilio 343. (h)

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARANTVR. Copioſè Tiraquell. tractat. de priuileg. piæ cauſ. priuile. 140. & priuil. 142. (vbi probat etiam minores & piam cauſam à pari procedere) Odd. de reſtitut. in integr. part. 1. quæſt. 5. artic. 5. numero 33. & ſeqq. Surd. deciſ. 292. ſub numero 1. Potior tamen ac fauorabilior, quàm quæuis pia cauſa, videtur eccleſia: vt quæ etiam libertati æquiparetur, aut cum ea idem ſit, vt diſertè probat Baldus in l. vnica. § in primo, ad fin. Cod. de caduc. tollend, quem refert & ſequitur Alexand. conſilio 76 ſub numero 16. lib. 3. Iaſ. poſt Barto. & alios in l. ſi vnus, ſub numero 8. Cod. de teſtam. in l. dedi §. idem erit, ſub numero 3. ff. de condict. ob cauſ. & in l. qui Romæ. § Flauius. ſub numero 27. ff. de verbor. obligat. Tiraquell. de priuileg. piæ cauſ. in præfatio. verſ. item legatum libertatis. libertas autem nedum pia cauſa eſt, l. 1. §. vltim. in verb. ad hanc rationem pietatis. & inibi Baldus Codic. de communi ſer. manumiſſ. Alexand. dicto conſilio 76. ſub dicto numero 16. & conſilio 209. ſub numero 15. lib. 2. & in l. ſi filius qui patri numero 9. ff. de vulg & pupill. Euerard. conſilio 156. numero 10. & in loco à liberta. ad piam cauſ. Iaſ. in l. 1. §. ſi quis ita numero 16. ff. de verbor. obligationib. in l. ſi prius numero 55. ff. de oper. noui nunciat. & in dicto. §. idem erit, ſub numero 2. & numero 3. vbi producit argumentum à libertate ad piam cauſam, & è contra: idemque in l. 1. numero 26. Cod. de ſacroſanct. eccleſ. & in d. §. Flauius, d. numero 27 in fin. Tiraq. ad l. ſi vnquam, in verb. donatione largitus. ſub numero 301. Odd. conſilio 64. numero 86. & ſeqq. lib. 1. Valaſc. deciſione 67. numero 3. (quamuis reclamet Zaſ. ad l. quidam exiſtimauerunt numero 19. ff. ſi cert. petat. alijque ſolummodò intelligant, quando legatum libertatis fiat pro anima, vel amore Dei, vt apud Menoch. lib. 4. præſumpt. 115. numero 21. & Tiraquell. de priuileg. piæ cauſ. priuil. 9. in fin. vbi hoc, poſt alios commemoratos, reprobat) ſed & multo fauorabilior alia quauis cauſa pia; vt poſt Iaſ. in d. l. quidam exiſtimarunt, ſub numero 6. & in d. l. ſi vnus, ſub numero 8. alioſque alibi probat latè Tiraquel. in d. l. ſi vnquam. in verb. donatione largitus numero 326. cum ſeq. & in d. præfat. verſ. quinetiam.

(b) ITA QVOQVE. Maſcard. de probat. concl. 869. numero 11. Copioſè Tiraquell. de priuileg. piæ cauſ. priuil. 17. Quomodò autem hic applicetur Euerard. loc. à pupillo ad rem?. non video.

(c) PIAM CAVSAM. Exactiſſ. Viuius deciſ. 419. num. 10. cum ſeqq.

(d) PAVPERVM. Bona quippe pauperum æquiparantur bonis eccleſiarum, ait Tiraq. poſt alios, in d. præfat. de priuil. pię cauſ. verſ. item relicta pauperibus. quem ſequitur & Od. d. quæſt. 3. artic. 7. numero 50. & num. ſeq. & pulchrè Menoch. conſ. 641. numero 31.

(e) CON-

(e) Conſilio 457. Voluit allegare conſ. 407. num. 2. & tradit Maſcard. vbi ſupra, numer. 10. Tiraquel. d. tractat. de priuileg. piæ cauſ. priuil. 138. quem ſequitur & Odd. d. artic. 3. quæſt. 5. num. 31.

(f) Hospitaalis. Maſcar. d. concl. 859. num. 14.

(g) Piam cavsam. Alciat (plura etiam referens priuilegia) in l. 1. ſub nu. 16. C. de ſacroſ. eccle. Dec. conſ. 504. nu. 5. Paril. conſ. 50 nu. 28. lib. 2. Grammat. conſ. 57. numero 19. in ciuil. Couarr. in c. Raynaldus. §. 3. nu. 7. de teſtam. Maſcard. vbi ſupra, num. 12. Ceph. conſi. 554. numero 11. Menoch conſ. 737. numero 19. Decian. conſi. 44. num. 89 & ſeqq. lib. 3. latiſſ. Tiraquel. vbi ſupra, priuil. 26. & ſeq. limitans niſi alia eccleſia vel pia cauſa, fuerit hæres inſtituta; quia tunc illa detrahat Falcidiam ab huiuſmodi legato alteri eccleſiæ vel piæ cauſæ relicto. cómunemque hanc & veriorem ſententiam probat. Coua. in relect. c. poſſeſſor malæ fidei parte 2. §. 2. ſub numero 4. verſ. ex quibus apparet. de regul. iur. libro 6. Aliter limitat etiam Tiraquel. d. priuil. 26. Quomodò autem Falcidia & Trebellianica æquiparentur, iuxta l. Marcellus §. quod autem. ff. ad Trebell. apud Roland. conſilio 27. ſub numero 2. cum ſequentib. libro 1. Menochius conſilio 272. numero 3. cum ſequentib. numero 20. cum ſequentib. & 63. cum ſeqq. Surd. dec. 251. nu. 2. cum ſeqq. Viui. comm. opin lib. 1. ver. hæres rogatus, nu. 5. videre eſt & regularem eſſe earundem ſimilitudinem contendit etiam Couarru. dict. § tertio. ſub numero 6.

(h) Conſilio 343. Non inueni. quanquam citetur etiam à Maſcardo vbi ſupra, nu. 28. ſed ad rem videatur Tiraquel. piæ cauſæ priuileg. 149. & Couarru. variar. reſolut. libro 1. cap. 4. ſub numero 2. & ſeq.

Eccleſia, & loca ſacra.

E*cleſia, & alia pia loca in iure æquiparantur*, (a) *& ſunt ſimilia*. l. Illud. iuncta gloſſa Codi. de ſacroſanct. Eccleſijs. Et ideo generaliter omnia priuilegia Eccleſijs competentia, competunt etiam & alijs pijs locis, (b) iuxta textum admodum notabilem, in l. Omnia priuilegia, & vt ibidem Bartolus notat C. de Epiſcop. & cleric. Et vt textus eſt nequaquam malus, in §. Pro temporalibus, in Authentico, de Eccleſi. titul. collatione 9. Et vt ſignanter annotauit Ioann. Andr. in cap. 1 de in integr. reſtitut. lib. 6. in nouell. Et hinc eſt, quòd ſicut contra Eccleſiam non præſcribitur, (c) niſi ſpacio quadraginta annorum cap. De quarta, extra de præſcript. & notabiliter Baldus, in Authentica. Quas actiones. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. vbi ait, hoc eſſe notabile menteque tenendum, ita quoque (d) nec contra alia pia loca cadit vlla præſcriptio, vt habet d. §. Pro temporalibus, vbi & expreſſus de hoc caſus enarratur. Plura exempla, pluresúe de hac re caſus, ſi quis deſideret, legat D. Felinum, in d. cap. De quarta, vbi nouendecim ſimilitudinis, ſiue æquiparationis caſus connumerat, & deſcribit. Vide etiam D. Nicolaum à Middelburgo, in ſuo lib. Topicorum, in loco: Ab Eccleſia ad pia loca, qui de hac ſimilitudine quædam expreſſe ibidem explicuit, & reliqua ad D. Felinum loco iamiam allegato, & citato, breuitatis gratia remiſit.

ANNOTATIO.

(a) Aeqviparantvr. Anchara. in c. 1. in prin. de reſtit. in integ. lib. 6. Dec. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, nu. 27. de conſtit. Tiraq. piæ cauſæ priuil. 132.

 (b) Locis.

(b) Loci. pulchrè Iaſ. in §. ſiue verſ. ex maleficijs. ſub numero 41. & numero 44. in fin. inſtitut. de action. ibidemque Zaſ. verſ. quid autem de redemptione. Odd. de reſtitut. in integ. part. 1. quæſt. 3. artic. 5. numero 27.

(c) Non praescribitvr. Etiam ab alia eccleſia, Tiraquel piæ cauſæ priuil. 26. verſ. Sed quod ſi. in fin. Schurpf pleno conſilio 39. centur 3. exactè Couarr. in relectione c. poſſeſſor malæfidei, part. 2. §. 2. num. 3. & ſeqq. de reg. iur. in 6.

(d) Ita qvoqve. Pariſ. conſilio 36. numero 15. lib. 4.

Eccleſia & Senatus.

Eccleſia comparatur Senatui, vt tenet D. Ioannes Monachi, in ſuo iuris defenſorio. §. Quomodo contra, ſub numero. 1. De Eccleſiæ imperio, & priuilegio. Vide titulum, Fiſcus.

Eccleſia, & Reſpublica.

Eccleſia, & Reſpublica à pari procedunt, & in iure æquiparantur. (a) Imo bona Eccleſiæ verè dicenda ſunt eſſe bona publica. c. Quid ergo 23. q. 4. Et ibi eſt textus, cum gloſſa, in verbo de Republica, quæ continet, quòd Eccleſia appelletur Reſpublica, & in l. finali. Cod. de ſacroſanctis Eccleſijs. Quod confirmat Felin. in c. Nonnulli extra, de reſcript. dicens, quòd bona Eccleſiæ appellentur (b) eſſe bona Reipublicæ, & quòd fauor qui Reipublicæ debetur, idem quoque & maior debeatur Eccleſiæ, vt teſtatur D. Ioann. Franciſcus Balbus, ibi. Quinto quæro nu. 3 in ſuo tractatu de præſcript. Et Specu. lib 2. particu. 3. de reſtitut in integrum, folio libri mei 209. nu. 3 cap. Quid ergo 23. q 4 Ad hæc notanda eſt l. 3. C. Ex quib cauſ. in integr. reſtitutio non ſit neceſſaria.

ANNOTATIO.

(a) Aeqviparantvr. Iaſ. poſt alios, in l. Imperatores, ſub numero 8. ff. de re iudic. & in § ex maleficijs, ſub numero 41. & numero 44. ibidemque Zaſ. verſ. ſed quia tex. inſtitut. de action. Roman. conſilio 311. numero 3. in fin. Rebuff. conſilio 96. verſ. ad 6. dubium. & conſilio 109 verſ nec poteſt. poſt Angel. in l. locorum C. de omni agr. deſert lib. 11. Iaſ. ad l. 2. ſub numero 46. C. de iur. emphyt. alioſque commemoratos, hinc inferentes, emphyteutam eccleſiæ, pro ſolutione, in ius vocatum, ſi tempore ſemeſtri non ſatisfecerit, priuari iure ſuo, perinde ac reipublicæ tributarium, ſecundum d. l. locorum, quod & Ferrar. Montan ad d. l 2 §. ſin autem, verſ quibus adde. probaſſe video.

(b) Appellentvr. latè Odd de reſtitut. in integ. part. 1. quæſt. 3. articu. 14. ſub numero 89. & part. 2. quæſt 75. artic. 2 ſub numero 7.

Eccleſia, & cauſa pub.

Ex iam dicta ſimilitudine colligitur & alia ſimilitudo ex ipſa dependens, ſcilicet quòd ſicut Eccleſia comparatur Reipublicæ, ita à ſimili, Eccleſiæ cauſæ etiam æquiparandæ (a) ſunt cauſis publicis. l. Vt inter diuinum. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Vbi ſicut in quibuſdam caſibus, non niſi longiſsimi temporis præſcriptio currit aduerſus Eccleſiam, ita nec aduerſus Rempublicam. (b) Secundo ſicut dominium

Digitized by Google

nium abſque traditione (c) acquiritur Eccleſiæ ex ſpeciali fauore, ita & Reipublicæ. Tertio ſicut Eccleſia acquirit tacitam hypothecam, (d) ita & Reſpublica. Quarto ſicut in cauſis ciuitatis proceditur (e) diebus feſtis, ita etiam in cauſis Eccleſiæ. Specu. in titu. de ferijs. § Sequitur. Et Romanus in Authentica. Similiter C. ad l. Falcidi. Quinto, ſicut fiſcus vel ciuitas ſuperueniens ad defenſionem emptoris trahit actorem ad ſuum iudicem l. Si minori. Cod. de iure fiſ. ita quoque & Eccleſia, (f) gloſſa in cap. Clericum. 11. q. 1. Sed de veritate iſtius æquiparationis, vide Iaſonem, in d. l. Vt inter diuinum numero 1. Et Præſidem Mechlinienſem Nicol. Euerard. in loco à fiſco ad Eccleſiam. Eccleſia enim & Ciuitas æquiparantur. Vnde idem ius quod rebus ciuitatum tribuitur, id quoque & rebus Eccleſiarum conceſſum cenſetur, teſte D. Iaſone, in d. l. Vt inter diuinum, iuncta gloſſa ibidem, in verb priuata commoda. Sexto, per eandem legem Eccleſia fingitur iure Reipublicæ, ſicuti ad hoc quotidie prædicta l. allegatur. Quæ tamen lex duntaxat vera eſſe comperitur in tribus (g) potiſſimum caſibus, in eodē dicto textu expreſsis, quos caſus ibidem videre licebit.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARANDAE. late Iaſon in authent. nouiſsima, ſub numero 38. Cod. de inofficioſ. teſtament. Crauetta de antiquitat. tempor. 4. parte princip. capit. abſolutis differentijs. ſub numero trigeſimo octauo. & latiſsimè in initio dict. 4. partis, ſub numero 99. & ſequentibus.

(b) REMPVBLICAM. Eſt tamen differentia, quòd adducta l. vt inter diuinum. ſit correcta in præſcriptione centenaria. per authen. quas actiones. ibidem inſequentem, quoad Eccleſias, monaſteria, hoſpitalia, cauſaſque pias tantùm; non tamen quoad ciuitates, vti communem & veram teſtatur, poſt alios Iaſon in d. authen. num. 21. Alexan. conſ. 84. ſub numer. 2. lib. 1. Roland conſ. 27. numero 16. libro 1. Couarr. in relectione c. poſſeſſor malæfidei, part. 2. § 2. numero 9. de reg. iur. in 6. latiſſ. Crauetta de antiquit. tempor. d. 4. part prin. c. abſolutis differentijs. numero 36. & ſeqq. idem probantes in huiuſmodi præſcriptione aduerſus principem quod aduerſus ciuitatem. Idemque in caſtris & villis quod in ciuitate tradit, poſt Corn. conſ 28. num. 8. lib. 4 alioſque, Roland. conſ 90. nu. 24 lib. 1. quanquam aliud in pago afferat Soar. rec. ſent. theſ. in lit. A. nu. 289.

(c) ABSQVE TRADITIONE. Socin. (aut quiſquis is eſt) regul. 118. in 1. fallent. Marſil. in l. qui duobus. num. 5. ff. ad leg. Corn. de falſ. Zaſ. in §. ſed iſtæ, verſ. prædictis ſic ſe habentib inſtitut. de action. ibidemque Iaſon numero 55. & 75. Alcia. (declarans etiam) conſ. 12. num 6. Maſcar. de probat. concl. 537. numero 7. latè Tiraq. piæ cauſæ priuileg. 107. Couarr. variar reſol. lib. 1. cap. 14. num. 14. & quanquam aliter ſentiat [illegible]am Soarez rece. ſent. theſ. in litera E. num. 147 poſt Iaſ in l quotiens nu. 19. & ſeqq. C. de rei vendic. priorem tamen ſententiam communem voluit ibidem, in litera L. nu. 155. poſt Viui. lib. 1. opin. 435.

(d) HYPOTHECAM. late Tiraq. piæ cauſæ priuil. 34.

(e) PROCEDITVR. Tiraq. qui ſupra priuil. 155.

(f) ECCLESIA. latè Panor. in c. quoniam frequenter, §. fin. nu. 28. vt lit. non conteſt. Arnon. cautel. 21.

(g) TRIBVS. Secundum alios, in quatuor, Afflict. deciſ. 164. numero 2. Sed ſecundum Pinel. in authen niſi tricennale, ſub numero 57. verſ. infertur 5. C. de bon. matern. etiam in omni actione ex quacunque cauſa, non modo contra veterum, ſed & neotericorum ſententiā:

vt patet

Digitized by Google

(b) Locis. pulchrè Iaſ. in §. ſiue verſ. ex maleficijs. ſub numero 41. & numero 44. in fin. inſtitut. de action. ibidemque Zaſ. verſ. quid autem de redemptione. Odd. de reſtitut. in integ. part. 1. quæſt. 3. artic. 5. numero 27.

(c) Non praescribitvr. Etiam ab alia eccleſia, Tiraquel piæ cauſæ priuil. 26. verſ. Sed quod ſ. in fin. Schurpf pleno conſilio 39. centur 3. exactè Couarr. in relectione c. poſſeſſor malæfidei, part. 2. §. 2. num. 5. & ſeqq. de reg. iur. in 6.

(d) Ita qvoqve. Pariſ. conſilio 36. numero 15. lib. 4.

Eccleſia & Senatus.

E*cclefia comparatur Senatui*, vt tenet D. Ioannes Monachi, in ſuo iuris defenſorio. §. Quomodo contra, ſub numero. 1. De Eccleſiæ imperio, & priuilegio. Vide titulum, Fiſcus.

Eccleſia, & Reſpublica.

E*cclefia, & Reſpublica à pari procedunt, & in iure æquiparantur. (a) Imo bona Eccleſiæ verè dicenda ſunt eſſe bona publica.* c. Quid ergo 23. q. 4. Et ibi eſt textus, cum gloſſa, in verbo de Republica, quæ continet, quòd Eccleſia appelletur Reſpublica, & in l. finali. Cod. de ſacroſanctis Eccleſijs. Quod confirmat Felin. in c. Nonnulli extra, de reſcript. dicens, quòd bona Eccleſiæ appellentur (b) eſſe bona Reipublicæ, & quòd fauor qui Reipublicę debetur, idem quoque & maior debeatur Eccleſiæ, vt teſtatur D. Ioann. Franciſcus Balbus, ibi. Quinto quæro nu. 3 in ſuo tractatu de præſcript. Et Specu. lib 2. particu. 3. de reſtitut in integrum, folio libri mei 109. nu. 3 cap. Quid ergo 23. q 4. Ad hæc notanda eſt l. 3. C. Ex quib cauſ. in integr. reſt tutio non ſit neceſſaria.

ANNOTATIO.

(a) Aeqviparantvr. Iaſ. poſt alios, in l. Imperatores, ſub numero 8. ff. de re iudic. & in § ex maleficijs, ſub numero 41. & numero 44. ibidemque Zaſ. verſ. ſed quia tex. inſtitut. de action. Roman. conſilio 311. numero 3. in fin. Rebuff. conſilio 96. verſ. ad 6. dubium. & conſilio 109 verſ nec poteſt. poſt Angel. in l. locorum C. de omni agr. deſert lib. 11. Iaſ. ad l. 2. ſub numero 45. C. de iur. emphyt. aliosque commemoratos, hinc inferentes, emphyteutam eccleſiæ, pro ſolutione, in ius vocatum, ſi tempore ſemeſtri non ſatisfecerit, priuari iure ſuo, perinde ac reipublicæ tributarium, ſecundum d. l. locorum. quod & Ferrar. Montan ad d. l 2 §. fin autem, verſ quibus adde. probaſſe video.

(b) Appellentvr. latè Odd de reſtitut. in integ. part. 1. quæſt, 3. articu. 14. ſub numero 89. & part. 2. quæſt 75. artic. 2 ſub numero 7.

Eccleſia, & cauſa pub.

E*x iam dicta ſimilitudine colligitur & alia ſimilitudo ex ipſa dependens, ſcilicet quòd ſicut Eccleſia comparatur Reipublicæ, ita à ſimili, Eccleſiæ cauſæ etiam æquiparandæ (a) ſunt cauſis publicis.* l. Vt inter diuinum. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Vbi ſicut in quibuſdam caſibus, non niſi longiſsimi temporis præſcriptio currit aduerſus Eccleſiam, ita nec aduerſus Rempublicam. (b) Secundo ſicut dominium

nium abſque traditione (c) acquiritur Eccleſiæ ex ſpeciali fauore, ita & Reipublicæ. Tertio ſicut Eccleſia acquirit tacitam hypothecam, (d) ita & Reſpublica. Quarto ſicut in cauſis ciuitatis proceditur (e) diebus feſtis, ita etiam in cauſis Eccleſiæ. Specu. in titu. de ferijs. § Sequitur. Et Romanus in Authentica. Similiter C. ad l. Falcidi. Quinto, ſicut fiſcus vel ciuitas ſuperueniens ad defenſionem emptoris trahit actorem ad ſuum iudicem l. Si minori. Cod. de iure fiſ. ita quoque & Eccleſia, (f) gloſſa in cap. Clericum. 11. q. 1. Sed de veritate iſtius æquiparationis, vide Iaſonem, in d. l. Vt inter diuinum numero 1. Et Præſidem Mechlinienſem Nicol. Euerard. in loco à fiſco ad Eccleſiam. Eccleſia enim & Ciuitas æquiparantur. Vnde idem ius quod rebus ciuitatum tribuitur, id quoque & rebus Eccleſiarum conceſſum cenſetur, teſte D. Iaſone, in d. l. Vt inter diuinum, iuncta gloſſa ibidem, in verb priuata commoda. Sexto, per eandem legem Eccleſia fingitur iure Reipublicæ, ſicuti ad hoc quotidie prædicta l. allegatur. Quæ tamen lex duntaxat vera eſſe comperitur in tribus (g) potiſſimum caſibus, in eodẽ dicto textu expreſsis, quos caſus ibidem videre licebit.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARANDAE. late Iaſon in authent. nouiſsima, ſub numero 38. Cod. de inofficioſ. teſtament. Crauetta de antiquitat. tempor. 4. parte princip. capit. abſolutis differentijs. ſub numero trigeſimo octauo. & latiſsimè in initio dict. 4. partis, ſub numero 99. & ſequentibus.

(a) PARIA. Latè Afflict. deciſ. 366. numero 10. & in tractat. de iur. protomiſ. § tota hæc lex. numero 64 in fin. Crauetta reſponſ. 2. pro genero, ſub numero 229. & numer. ſeqq. Euerar. conſ. 58 numero 13. & ſeq verſ. præterea literę. & conſ. 39. ſub numero 17 verſ. vt tamen. Alexand. conſi 129. numero 13. libro 6. Ceph. conſ. 725. numero 10. & conſi. 670. num. 28. Vant. de nullit. proceſſ. tit. de nullitat. ſententiæ ex defectu inhabilitatis. & mandat. nu. 121. & tit. quotiens & intra quod temp. de nullit. agi poſsit, num 16. & num. 67. quem ſequitur & Menoch. conſ. 715. numero 4. Reſponditque in hanc ſententiam pulchrè Caſtrenſ. conſil. 74. ſub num. 3. lib. 2 quem ſequitur & Decian. conſ. 112 num. 4 & 5. libro 3. & Roland. conſi. 41. numero 33. lib. 3. Venditionem nullam, puta à pupillo vel minore factam contra diſpoſitionem iuris communis vel municipalis, pro non facta haberi, & appellatione venditionis in ſtatuto non contineri. quod probat & Tiraq. de retract. proxim. §. 1. gloſſa 2. numero 5. & ſeqq. & de retract. conuent §. 6. gloſſa 2. numero 6. & Molin. ad conſuet. Pariſ § 22. quæſt. 4. num. 32. qui multis id corollarijs illuſtrant: dum aſſerunt ex contractibus nullis, neque retractum, neque gabellam, neque laudimia, neque alia iura patrono deberi (quemadmodum id quoque poſt Roman. conſ. 78. vbi & Mandoſ. Alex. conſ. 104. numero 5. libro 1. conſil. 36. numero 5. & 14. libro 4. alioſque, voluit Vant. d. ti. quotiens & intra quod temp. nu. 68. Cott. in memor.

verb.

verb. actus nullus. Crauetta d. reſponſ. 1. pro genero, num. 291. & conſ. 389. numero 8. Boſſ. in titul. vectig. pro quib. reb. ſoluatur, numero 10. Pinell. ad l. 2. part. 2. c. 3. ſub numero 35. C. de reſcind. vendit. Item pœnam indictam alienanti feudum vel emphyteuſim, inconſulto domino, & generaliter contractum vel actum aliquem facienti, non committi niſi in actu valido. quod & poſt Bald. in l. 2. numero 3. C. de epiſcop. audient. voluit Iaſon in l. 1. §. fin. numero 12. & 13 ff. quod quiſq. iur. Dec. in cap. ex tenore, numero 23. de reſcrip. Cott. vbi ſupra. Alciat. ad l. Paulus reſpondit, ibidemq́ue Rebuff. verſ. Ad hæc falſa. de verb. ſignif. Cepha. conſ. 661. num. 28 & 32. Surd. dec. 51. numero 18 dec. 122. numero 9. & deciſ. 289. numero 6. cum ſeq. & poſt Ciar. in §. feudu. n. q. 31 numero 2 alioſq́ue, Burſat. conſ. 82. numero 7. & ſeq. poſt Bart. in l. filium. §. ſi quis contra in fine, de legat. præſtand. Viuius (ex præiudicio ſenatus ſui) deciſ. 321. num. 4. poſt Iaſ. in l. vbi pactum, numero 23. C. de tranſact. alioſq́ue latè Menoch. conſilio 322 num. 54. poſt Alexan. conſ. 99 in fine, lib. 5. alioſq́ue Vant. d. titul. quotiens & intra quod temp. ſub numero 43 vbi infinita huiuſmodi exempla congerit. quemadmodum & Roman. ad l. ſi vero § de viro, 33. fallent. ff. ſolut. matrim. Felin. in cap. gratum numero 4. & ſeq. de off. deleg. & in d. c. ex tenore. numero 4. & ſeqq. Tiraq. de iur. conſt. poſſ. part. 3. limit. 7. numero præſertim 13. cum ſeqq. Sed reſtringit hæc pulchrè Cardinal. Put. deciſ. 4. numero 2. libro 3. quando eadem eſt ratio in actu nullo, quæ in valido. dicens ita ſentire Iaſ. in d. §. fina. ſub numero 13. dum limitat, niſi actus nullus ſit mandatus executioni, faciunt quæ tradit Burſ. conſ. 254. præſertim num. 29.

(b) NVLLVM SIT. Rebuff. in d. l. Paulus. verſi. dicet quis. in fin. & in l. nepos Proculo. verſ. 4 allegatur ff. de verbo. ſignific. vbi tradit etiam, illum dici comitem vel prælatum, qui de iure eſt. vt & qui cum adminiſtratione eſt, ſicuti probat latè Cott. in memor verb. Comes ſine comitatu. Tiraq. de prim q 13. Vinc. dec. 185. numero 4. cum ſeqq. Donec tamen impugnatur teſtamentum, adeoque de eius validitate dubitatur, poteſt agi contra tutorem, vel tutricem teſtamentariam, vt in Rotæ palatio reſolutum tradit Cardin. Put. dec. 427. libro 2. Veruntamen tutor, à patre datus in teſtamento inualido, aut imperfecto, confirmatur à iudice, vti pulchrè explicat, poſt alios, Sichar. in l. hac conſultiſsima, § ex imperfecto, ſub numero 5. & num. ſeq. C. de teſtam. latiſſ. Alex conſ. 140. ſub numero 1. & ſeqq. libro 1. Accedit Valaſc. Luſit. dec. 61. ſub numero 15 text. eſt in l qui à patre, ff. de confirm. tutor. vbi Bart. ſub num. 3. dicit huiuſmodi tutorem æquiparari tutori dato legitimè in teſtamento. qua de re videatur tamen latius, apud Salyc. & alios, in l. 2. C. de confirm. tut.

(c) TRANSACTA. Zaſ. (plura huiuſmodi ſimilia adducens) conſ. 14. ſub n. 30. lib. 2.

Eſſe ſine probatione.

A*Liquid non eſſe, & eſſe, ſed non poſſe probari eſſe: (vt & paulò ante diximus (paria (a) ſunt.* d. l. Duo ſunt Titij. ff. de teſtament. tutel Caſum ponit. Si duo eſſent Titij, ſcilicet pater, & filius, & ſi præterea datus eſſet tutor Titius ſine ampliori additamento vel expreſsione, ita vt per circunſtantias non appareret de quo Titio teſtator ſenſiſſet, aut quem Titium tutorem eſſe voluiſſet, quæritur ergo quid iuris in eo caſu cenſendum ſit? Ad hanc quæſtionem reſpondendum eſſe dicit, quod is Titius tutor eſſe debeat de quo ſe teſtator ſenſiſſe verbis, vel ſcriptis declarauit, quod ſi nec verbo, nec iure, nec ſcripto appareat, aut probari poſsit, ius quidē ipſum non deficit, ſed ſola probatio, quia id ius ſcilicet probari, & manifeſtari non poteſt, ideoque ius tale occultum, & incertum pro nullo iure cenſetur, & per conſequens nullus tutor datus declarabitur,

bitur, quia in teſtamentis non poteſt dari tutor incertus, l. Tutor. 2. eodem titul 9, de teſtamenta. tutel. Ad huius ſimilitudinem Modeſtinus quoque dicit: Quod quotiens non apparet, quis hæres inſtitutus eſt, inſtitutio non valet, quippe euenire poteſt. Si teſtator quam plures amicos eodem nomine habeat, & ad deſignationem nominis, ſingulari nomine vtatur, niſi ex aliis apertiſsimis probationibus fuerit reuelatum, pro qua perſona teſtator ſenſerit, l. In tempus. §. 1. ff de hæredib. inſtituend. Ad huius caſus ſimilitudinem Vlpianus alium caſum ponit, ſcilicet: Si legatum relictum fuiſſet (b) vni ex cognatis meis, qui primus Capitolium aſcenderet, & ſi duo ſimul in Capitolium veniſſe dicantur, nec apparet vter prior venerit. Item, ſi ex pluribus ſeruis eiuſdem nominis, vni vel pluribus libertas, relicta eſſet, & non certò conſtaret, cui particulariter ea libertas attribuenda foret: profectò in his caſibus propter probationis incertitudinem, tum legata, tum libertas impediuntur, l. Si ita fuerit. ff. de reb. dub. Sic idem Vlpianus Ad l. Idem Pomponius. §. Finali. ff. de rei vendicat. Si inquit plures ſint eiuſdem nominis ſerui, puta plures, herotes, nec appareat de quo actum ſit, Pomponius dicit nullam debere fieri condemnationem, propter rei actæ incertitudinem. Idem quoque confirmat Philippus Decius in ſuis conſiliis, conſilio 271. Incipient. Viſo proceſſu cauſæ vertentis, numero 5. in 2. parte. Vide infra, Facta ſine probatione.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Ceph. conſ. 268. num. 7. conſ. 294. numero 29. & conſ. 718. num. 34. Surd. dec. 149. num. 2. latè Menoch. conſi. 15. numero 13. Oſaſc. dec. 141. numero 17. conſi. 6. num. 12. conſilio 12. nu. 74. & conſ. 23. nu. 19. auctorem noſtrum hic laudans. Maſcar. de probat. lib. 1. q. 1. ſub nu. 12. & concl. 1178. ſub nu. 10. diximus ſupra, tit. Non apparens, & alibi.

Eſſe certum & debere eſſe certum.

Eſſe certum, & debere eſſe certum. Item, *Scire, & ſcire debere in iure paria* (a) *ſunt*. Vt notatur in verbis legis. Qui cum alio contrahit. Nam is qui cum alio contrahit, vel eſt certus, vel debet eſſe certus de conditione, & contrahentis qualitate. ff. de regul. iur. l. 2. § Si à pupillo ff. pro emptore. Vnde ſi quis cum pupillo, vel prodigo contrahat, iſque cōtrahens poſtea ſentiat ſe per eum contractum in aliquod incidiſſe damnum, & de reſtituendo eo damno contra pupillum, aut minorem agere cœperit, & contra eum contrahentem pupillus aut minor, certè in ea actione longè fauorabilior, ac potentior ad excuſationem eſt cauſa pupilli, vel minoris, vtpote quos vel ætas, vel gubernationis inſcitia excuſet, argumento. l. Quod infans. ff. de rei vendica. Atque ideo is contrahens in damno, & in culpa erit, qui taliter pupillo, aut minori ſoluit, quia ſcire debuerat quis & qualis is fuerat, cum quo tractauit. §. at ex contrario, inſtitut. Quibus aliena, licet. Nihilominus, ſi quis contrahens verè ignoraſſet eum verè fuiſſe pupillum, minorem, aut prodigum, certè is non deberet perdere, aut in damno eſſe, niſi certò probari poſtea poſſet ipſum certò præſciuiſſe, aut ſaltem dubitaſſe de eius conditione, ſcilicet an fuerat pupillus, minor, aut prodigus, an non, & hoc potiſsimum

Digitized by Google

tiſsimum, quando is pupillus, minor, aut prodigus diues fuit, & pro diuite habitus, ſic vt ea pecunia numerata plurimum incommodaret contrahenti, pupillo, minori, vel prodigo parum, certè tunc contrahens liberatur per exceptionem, l. Apud. §. Si quis pupillo. ff. de except. doli. Philipp. Decius, vir certè magni conſilij, in d. l. ſiue regula. Qui cum alio contrahit. Sic ſi quiſquam mutuaſſet pecuniam alicui filiofamiliâs, is non poſſet idipſum mutuum iure repoſcere, aut recipere, obſtante ſcilicet. S. C. Macedoniano: quia ſcire potuit, aut debuit illum eſſe filium familiâs, l. Penultima. ff. Ad S. C. Macedonia. & idem in minore, (b) vt notatur per gloſſam, in l. Si Titius, in verbo. ætatis. ff. de fideiuſſorib. Præſumitur enim ſemper, quod is qui cum aliquo contrahit, noticiam eius habeat, aut habere debeat, cum quo mercatur, aut contrahit: vt notat Bald. per illum text. in l. Inciuilem. Cod. de furt. Vnde ſi quis ſua culpa in aliquod damnum per eum contractum inciderit, is ſiue ciuis ſit, ſiue forenſis, (c) ab eo damno excuſari non poteſt, ob id quod cum boni ciuis liberis contraxit, qui in paterna poteſtate adhuc extiterant, quique talium liberorum, ac filiorum qualitatem vel ſciuit, vel certè ſcire debuerat. Et ſi eandem ignorauerat, profectò inueſtigare debuerat, qualis is fuerat, cum quo ignoto contrahere præſumpſit, vt notat Cumanus in ſuis conſilijs, conſilio 26. Incip. Cum ſtatum Paduæ. colum. 1. Simili quoque ratione ille qui in materia ſocietatis contrahere cupit, is etiam qualitatem eiuſdem ſocietatis (d) inueſtigare debet: quod ſi non fecerit, ſed per huius non inueſtigationis occaſionem in damnum inciderit, id damnum ſua culpa ferat oportet. Ad horum quoque ſimilitudinem, quod hic dicitur de contrahente, idem & cenſendum eſt de eligente: quem etiam præſumitur habere, vel debere habere noticiam electi. Quocirca non excuſantur Canonici, patroni, aut reliqui collatores (e) qui ad beneficia Eccleſiaſtica obtinenda, ob commendationes amicorum, indignos quoſque cum maximo Eccleſiæ ſcandalo ſæpe eligunt, (f) vt notat Bartol. in l. Si patronus. ff. de confirman. tutor. & ibi Bartolus allegat præſcriptum textum. Qui cum alio contrahit. Vide de hoc etiam infra, Scire.

ANNOTAT.

(a) Parta. Lucas de Penn. in l. ſi tempora. verſ. ſic & præſumitur. de fide inſtr. C. lib. 10. Alex. conſ. 60. ſub nu 2. lib. 5. Blanc. (latiſſ tractans, an in delictis ignorantia excuſet) in praxi crim. § ignorantia num. 54. Maran. poſt ord iud. diſput. 2. nu. 15. Alc. de præſum. regu. 3 præſumpt. 31 ſub num. 1. Tiraq de retract. proxim ac ſin. tit. ſub numero 43. Crauet. conſil. 225. numero 4. & ſeq. conſilio 376. num. 7. & conſilio 685. ſub num. 2. Menoc. conſ. 363. ſub nu. 11. Roland. conſ. 72 num. 20. & 22. lib. 3 Oſaſ. deciſ 101. nu. 18. Ceph. conſ 40 n. 25 conſ. 218. nu. 14. conſ. 315. nu. 26 & conſ. 693. nu 7. Vveſenb. conſ. 2. ſub nu. 36. conſ. 8. ſub nu. 26. conſ. 12. ſub num. 69 & conſilio 33. numero 4. Cantiuncl. conſ. 36. num. 7. Gaill. obſerua. lib. 2. obſer. 48. ſub num. 16. obſer. 108. ſub numero 2. & de pac. public. lib. 1. cap. 1. ſub nume. 12. Fichard. conſ. 40. nu. 13. lib. 1. Leon. conſ. 83. ſub nu. 4. Lepid. Luc. deciſ. 74 verſ quapropter. Laurent. Auenion. deciſ. 13. ſub numero 3. & deciſ. 28. numero 8. copioſè Viui. deciſio. 34. num. 24. Burſat. conſ. 143. numero 55. & conſilio 332. (cuius initium. quia Iaſ.) numero 21. vbi nuncupatim citans hoc loco auctorem noſtrùm, & inferius, ſub titul. ſcire debere; aliosque, quos ab illo ibidem tranſſcripſit; latius hæc declarat, reſpondetque, paria eſſe, ſcire, &

ſcire debere, quoad iuris effectum reſultantem ex facto; ſeu quoad obligationem in iure, ex facto noto ei qui ſcit vel ſcire debet; ſecus quoad factum ſimpliciter, ex quo ius & obligatio reſultent: prout de facili (inquit) intuenti prædicta iura patebit. Sed hæc eius limitatio, vera mihi viſa non eſt: nam & prodigum aliquem eſſe ſimpliciter eſt facti, vt eſt euidentiſsimum (& patet ex dicendis hic inferius, tit. Notorium & ſententia) & tamen qui cum eo contrahit, ſcire debet tam hanc eius conditionem, quàm effectum ex ea reſultantem, vt declarat hic auctor noſter, & pulchrè in patrocinio ſuo pupill. capit. 9. numero 70. cum ſequentibus. atque ita de cæteris.

(b) MINORE. Idemque in pupillo, furioſo, vel prodigo, dummodo ab eis conſumptū fuerit, etiamſi à minore mutuatum fuiſſet, vt pulchrè tradit Sfort. Odd. de reſtit. in integ. par. 2. quæſt. 52. art. 10.

(c) FORENSIS. Menochius conſ. 763. nu. 10. poſt Tiraq. de retr. conſang. ad finem, ſub nu. 42. cum ſeqq. vbi de his latiſſ.

(d) SOCIETATIS Eleganter Decius in l. ſi ſocius. nu. 4. ff. ſi cert. petat.

(e) COLLATORES. Quomodo æquiparentur collatores & patroni, pulchrè Card. Put. dec. 244. nu. 5. & ſeq. lib. 1.

(f) ELIGVNT. Iaſ. in l. cum filiusfam. §. in hac num. 2. in fine. ff. de verbor. obligat. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 65. ſub num. 11. & lib. 2. centur. 6. caſu 511. præſertim numero 9. cum ſeqq. videatur & Arnon. cautel. 54. Marc. deciſ. 48. ibidemque apoſt. lib. 2. in nouis, Couarru. in repet. c. peccatum. parte 2. §. 7. de reg. iur. in 6. exactiſſ. Rebuff. in praxi benefic. tit. de pœn. contra collat. indignu confer. præſertim numero 3.

In eſſe conſiſtere.

IN *eſſe conſiſtere, & aliquid conſiſtere in eo ſtatu qui rem iam iam producet in eſſe, in iure ſiunt paria.* l. Fulcinius, & ibi Barto. ff. Quib. ad liberta proclamare non licet. Et in l. Nō tantum, in principio ff. de excuſat. tutor. Sic Chriſtus apoſtolis poſt cœnam nouiſsimam loquens de ſua morte & valedictione, capitibus 13. 14. 15. ſic ſermonem contexit, & proſ tulit quaſi præteritam fuiſſe mortem pronunciaſſet, quæ tamen tunc demum imminebat. Odio habuerunt (inquit) me gratis, Ioan 15 Item, Nunc clarificatus eſt filius hominis, & Deus clarificatus eſt in eo, Ioan. 13 Item venit hora, vt omnis qui interficit vos arbitretur ſe obſequiū præſtare Deo, Ioan. 16. Pari quoque ratione ſancti Prophetæ propter prophetiæ & rei futuræ certitudinem, ſic de futura Chriſti paſsione locuti ſunt, ac ſi ea tunc temporis completa fuiſſet, vt, Aſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduerſus dominum & aduerſus Chriſtum eius. Pſalm. 2. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Et nos putauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & attritus eſt propter ſcelera noſtra. Eſaiæ 53. atque ita in pluribus aliis ſcripturæ locis, ſed hæc obiter, pergamus nunc ad iura. Ad prædictum itaque modum (Alberico teſte) ſimilia ſunt. Aliquid iā factum eſſe, & iam iam proximè factum iri, vel faciendum eſſe l. item legato. ff. de legat. 3. vbi pro dato habetur quod dari paratum fuit, & in l. Si quis cum ſciret. ff. de vſucap. pro empto. vbi perditum cenſetur, quod ſtatim perdendum eſt, & l. Qui pœne. §. Diuus. ff. de manu miſsionibus, ex quo notat Benedict. Plumbi. Quod licet is qui captus eſt in cauſa capitali, non ſit fideiuſſoribus relaxandus,

Digitized by Google

laxandus, (a) vt notat Barto in l. 1. ff. de cuſtod. reorum, tamen ſi certò conſtet de ipſius innocentia, (b) & ſi concluſum eſſet in cauſa, vt proximè abſolui (c) debeat certè is omnino, & ſtatim relaxari debebit quod dictum pro ſingulari citat Iaſon in l. Naturaliter. §. Nihil commune. column. 29. verſicul. Ego vltra ſcrib. ff. de acquir poſſ Quod quidem ſingulare etiam hoc noſtro æuo diligenter obſeruandum eſt, contra quorundam ſuperciliofam ſeueritatem, qui tametſi alicuius incarcerati probitatem, fideique integritatem certiſsimè cognoſcat, ipſiuſque innocentiam, tum omnium iudicio teſtatiſsimam, tum propriis oculis perſpectiſſimam habeant, atque is interim clariſsimorum virorum piis reſponſionibus, maximiſque cautionibus oblatis relaxari deſideretur, tam mordaci tamen pertinacia eoſdem non rarò exæſtuare comperias, vt nullis pactis, nullisque cautionibus ſeſe placari ſinant, vt talem alioqui probatiſsimum, inſontem ac fortaſsis etiam valetudinarium, ac penè moribundum è carceris duritia vllo modo relaxent, priſtiniſque muneribus fungi permittant, quin potius eundem innocentem, carceris ſqualoribus mordicus comprimant, ac propemodum enecent, quippe vnius aut alterius maleuoli, atque etiam ſæpe infamis maledicentiſsimis linguis potius obſecundantes, quàm publicæ honeſtæque famæ, quàm clariſsimorum virorum lætis præconiis, quàm denique ipſi innocentiæ candidiſsimæ auſcultantes. Atque hinc fit vt fœlicem illum iudicem, qui detinetur apud iudicem aliquem prudentem & chriſtianæ pietatis amantem, affectibus humanis nō ita addictum, quin plus veritati compertè quàm delatoribus tribuat. Contingit enim aliquando vt delatores ex priuato quodam odio, aut ex nimio iudicibus adulandi ſtudio plura ſæpe ad iudicem deferant, quàm rei veritas habet, & ea culpent grauius, & atrocius quàm crimen ipſum meretur, ex quibus incauto iudici citius imponitur, & inſons contra æquum, & bonum miſerius affligitur. Sed nunc ad intermiſſa. Eandem Iaſonis ſententiam ſequitur quoque Iacob. Butri. & poſt eum Bald. in l. Sed etſi is. ff de in ius vocan. per textum quem Baldus dicit ſingularem, in l. Nullus, ibi donec repereris. Cod. de exhibend. reis. Idem quoque confirmat Bald. in l. 2. Cod. de cuſtod. reorum. Quem deinde ſequitur Franciſcus Aretinus in l. 2. §. Si ſeruus, colum 2 ff de acquirend poſſeſ. Quin & per text. in d. §. diuus, dicit Paul. Elea. in Clementina Paſtoralis, de re iudica. quod pro condemnato eſſe debeat, qui ſtatim condemnandus (d) erit. Ad quod etiam eſt textus in d l. Qui pœnæ §. 1. ff. de manumiſsioni. Et textus in alia notabili l Quamuis indubitati. C. de adulter. per quem decidit notabiliter Bald. ibi. Et in l Si pro ea, in 6. quæſtione C. Mandati quod ſicut fideiuſſor condemnatus agit contra reum principalem, vt ipſum eximat, & liberet l. Lucius, in fine. ff. eodem, ita & is (e) qui de proximo condemnandus eſt. Ad quod etiam allegat textum, in Authentico. Vt cum de appella. cognoſci, in principio. Hunc quoque ſequitur Alexand. in d. l. 3. §. Si ſeruus quem, colum. vltima ff. de acquirend. poſſeſſ Et Iaſon in l. Admonendi. in lectura 2. column 12. Et ibi quoque Franciſcus Purp. colum. 6. verſic. Quinto infertur. ff. de iureiuran. Item Iaſon in Authentica. Si qua mulier column. 6. in fine C. ſacroſanct Eccleſ & in l Diuortio. §. Interdum, colū. vltima. ff Solu. matrimo Et in l. Naturaliter. §. Nihil commune, colum. 19 ff. de acquirend poſſeſ. in 1. lectura. Et iterum

rum in 1. Lectura. colum. 13. verſic. Ad idem benefacit. Horum poſtremò profuſe etiam meminit D. Andreas Tiraquellus, in ſuis commentarijs de legib. connubialib.& iure maritali.15.lege connubiali:numeris 7.& 8.

ANNOTATIO.

(a) RELAXANDVS. Annotabitur inferius,tit.fieri ſerò.

(b) INNOCENTIA. Copioſè, poſt Koman.ſingul.409.alioſque, Menoch.de arbit. iud.lib.2.caſ.303.numero 34.idemque Alexand.conſilio 180.numero7.lib.2.Marc.dec.587. numero 1. lib.2.in nouis,Magon.Luc. deciſ. 42. numero 12. cum ſeqq. Soarez recept. ſent. theſaur. in liter. c.ſub numero 17. Fichard. conſilio 66. ſub numero 11. & conſilio 70.nume. 34. lib 2.diſertè aſſerens reum, hoc caſu, etiam ſine fideiuſſoribus relaxandum : vt &, Marſil. in praxi crimin. §. attingam numero 16. Suares in diſput. de fideiuſſore in cauſa crimin. numero 25. in fin. Verùm Clar. ſentent. lib.5. §. fin. quæſt. 46. ſub numero 10. teſtatur in praxi obſeruatum, vt præſtetur fideiuſſio.

(c) ABSOLVI. Sic Blanc. in praxi crimin. §. ignorantia numero 151. ſcribit, abſoluendum haberi pro abſoluto; & domum pro combuſta ad quam propè peruenit ignis, per l. ſi alius. §.eſt & alia. ff.quod vi aut clam.

(d) CONDEMNANDVS. Marſil. ad l.vnicam numero 73. C. de rapt.virgi.vbi etiam probat, banniendum de proximo haberi pro bannito, vt poſsit impunè offendi. id quod poſt Bero.pleno conſilio 184. & conſilio 186.numero 6. lib.3.alioſque,reſpondit & Burſat. conſ. 292 num.40.addens poſt Berò. ibidem,hoc procedere, ſi banniendum de proximo offendens, ſciat delictum commiſſum per banniendum.

(e) ITA ET IS. Cephal.conſ.136.ſub numero 6. Marſil.ad d.l. vnicam numero 71. Reliqua dicemus infra,ſub tit.proxima vel proximè futura.

Eſſe inapparenter.

N*On eſſe, & eſſe, ſed non apparere vt & antedix imus per regulam antiqui iuris, ſimilia, & æquiparata (a) ſunt.* Vnde ſequitur quod ſtatutum corrigens vbi nihil ſit factum,corrigit etiam vbi factum ſit,& quod ſit factum non apparet. Hinc videmus etiam quod quando duo ſunt caſus à iure antiquo per viam regulę æquiparati, (b) quod tunc id quod lex noua corrigeret in vno, eadem quoque cenſeretur idipſum corrigere in alio, vt eſt gloſſa.in Authentica.Et non obſeruato. C.de teſtament.quam ad hoc pro ſingulari allegat Imola in l.Si vero. §.de viro.in 5.fallent. quam ponit circa extenſionem, quæ ſit in correctorijs. ff. Solut. matrimo. Cum ergo iſta duo, Nihil eſſe, & eſſe,ſed non apparere,ſint per viam regulæ æquiparata vulgata l. Duo ſunt Titij. & ibi Baldus. ff. de teſtament. tutel. Et D.Iaſon in l. Titiæ textores,nu.2.ff. de legat. 1. Et D. Nicolaus Euerardi (c) in ſuis reſponſis ſiue conſilijs, conſilio 13.ad finem paginæ 55. nu.30. Et c. Solemnitates 1. de conſecrat diſtinct 1.l.Si fuerit.ff. de reb. dubijs. Et in l. Cum ex pluribus. ff.de manumiſ. teſtament. Et textus in l. Quotiens.ff.Qui ſatiſd.cogan Igitur ſtatutum corrigens ius commune, eo caſu, quo nihil eſt pronunciatum, idem dicitur etiam corrigere ius vbi quod pronunciatum fuit, non apparet. ita D. Carolus Ruinus, in ſuis conſilijs, conſilio 144 nu.19.4.volu. conſiliorum. Et idem voluit Alexander in ſuo conſilio 42. incipi. Viſo proceſſu &c In vltima colum. in 6.volum. Idem notatur in l. Non hoc C. vnde legiti. Et in l Neque natales. Et in l. Ad probationem Cod.de probat. Et in cap. In preſentia, vbi plenißimè,

Can.

Digitized by Google

Can. extra, eodem titul. de probat. Et D. Petrus Paulus Pariſius in ſuis conſilijs, conſilio 104. nume. 2. in 1. parte conſiliorum. Huc facit l. Cum res. §. Item ſi res. ff. de legat. 1. Et l. Si conſtante. §. Si vxor. ff. Soluc matrimo. Et Alexand. de Imol. in ſuis conſilijs, conſilio 181. nu. 1. lib 6. Sic & idem eſt iudicium de his quæ non ſunt, & quæ non apparent, teſte D. Hyppoli. de Marſil. in ſuis conſilijs criminalibus conſilio 133. incipi. In preſenti cauſa inquiſitionis &c. num. 22. in 2. volu Et ita conſtat paria eſſe: Nullam fieri prouiſionem, aut de certa non apparere l. In lege, & ibi Bartol. ff. de contrahenda empti. & d. l. Quotiens, ff. Qui ſatiſdare cogantur. D. Vdalric. Zaſ. in ſuis conſilijs, conſilio 5. pagin. 76. num. 64 (d) Accedit quod vulgo dicitur paria cenſeri: Rem non eſſe, & non apparere d. l. In lege, & l. Rutilia Polla, ff. de contrahen. emptio. Ita D. Vdalric. Zaſ. vir ille ſummi nominis, in ſuis conſilijs, conſilio 12. pagi. 171. nu 51. Et idem Zaſius, conſilio 10. pagina 318. nume. 30. vbi ait paria eſſe: Non apparere, & non eſſe, Item non eſſe in tempore, & non apparere in tempore. vt D. Andreas Tiraquellus in libro de vtroque retractu, numer. 93. *des retraictz lignagiers*. §. 1. *Dedens l'an*. gloſſa 10 De his plura videbis ſupra, ſub litera A titulo, Non apparere. De his quoque vide ſupra, themate, Non conſtare.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARATA. Signor. conſ. 10. numero 6. Roman. conſilio 294. ſub nume. 2. Bellon conſ 35. numero 1. Pariſ. conſ. 104. ſub numero 2. lib. 1. Crauetta conſ. 265. ſub nu. 5. conſ. 387. nu. 2. conſ. 681. nu. 10. conſ. 718. nu. 9. conſil. 851. ſub nu 10. conſ. 860. nu 3. Oſaſc. dec. 72. nu. 9. dec. 79. nu. 42. & 50. dec. 129. nu. 9. & dec. 141. num. 17 Rolan. conſ. 2. num. 24. conſ. 8. nu 17 conſ 59. nu. 6. & conſ. 98. nu. 23. lib. 3. Menoch. conſ. 15. nu. 13. & conſ. 201. nu. 861. & inter conſ. Cantiunc. Rucker. conſ. 23. nu. 124 Decian. conſ. 1. nu. 132. lib. 1. Viui. dec. 175. num. 7. & copioſius dec. 34. nu. 1. Caualc. deciſ. 39. nu. 43.

(b) AEQVIPARATI. Alexan. conſilio 207. num. 26. libro 6. & latius conſ. 58. nu. 7. & conſ 171. nu. 3. lib. 7. Corſet. in tract. de Trebell. nu. 3. in fin. Signor. conſ. 23. numero 5. in fin. Roman. conſ. 129. ſub num. 1. & conſi. 121. nu 3. & vtrobique Mandoſ. Ant. Gomeſ. ad l. 4. Taur. ſub nu. 7. & ad l 24. ſub nu. 1. Bellon. conſ. 17. numero 4. conſil. 53. numero 12. & conſ. 69. num. 1. Menoch. de arb. iud. caſu 502. nu. 37. de recup. poſſ. remed. 15. nu. 57. & de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. nu. 334 & extenſè conſ 272. nu. 64. cum ſeqq. & conſ. 565. nu. 3. Iaſ. in authen. quas actiones nu. 19. & ſeqq. C. de ſacroſanct. Eccl. in l. 2. num. 32 ibidemque Alciat. nu. 20. in fin. cum ſeqq de legat. 1. & in § ſiue, verſ. ex maleficijs nu. 41. & ſeqq. inſtit. de action. Rolan. conſ. 3. nu. 68. conſ. 27. nu. 1. 15. & ſeqq. lib. 1. conſ. 79. nu. 22. conſ. 86. nu. 48 lib. 2. & conſil. 83. nu. 19. lib. 3. latiſſ. Chaſſen. conſ. 39. nu 83. & ad conſuet. Burgund. tit. 2. *des conſiſcations*. §. 2. in verb. *qui conſiſque*, ſub nu 3. & in approbatione conſuet. ad verb. *interpretées*, ſub num. 12. Oſaſ. dec. 6. nu. 9. cum ſeq. dec 31. nu. 7. & 13 dec. 58. nu. 27. dec. 61. ſub nu. 1. cum nu. 10. dec. 67. ſub nu. 9. & dec. 94. nu 20. Surd. dec. 192 nu. 12. & deciſ. 291. nu. 3. Caualc, deciſ. 32. nu. 5. & ſeq. Ceph. conſ. 118. nu. 25. conſ. 210. nu. 5. & 42 conſ. 339. nu. 23. conſ. 439. nu. 28. conſ. 501 n. 35. conſ. 537 nu 17. Crauet conſ. 205 nu. 28. & ſub nu. 40. cum ſeq. conſ. 464. nu. 7. & de antiq. tempor. p. 4. prin. nu. 98. cum ſeqq. Tiraq de retract. proxim. §. 15. gl. 1. ſub nu. 11. & ſeq. & ad l. ſi vnquam. in verb. reuertatur. nu 304 C de reuoc. donat. Diximus etiam in præfat. noſtra.

(c) EVARARDI. Idemq; Euerar. conſ. 7. nu. (mihi) 2. conſ. 18. num. 4. conſ 22. num. 5. conſ. 61. nu. 7. conſ. 130. nu. 3. conſ 207. nu. 6. & pleriſque alijs in ſtatu cauſæ coniecturali.

(d) NVM. 64. lib. 2. vt & alia quæ ſequuntur eius conſilia, ſunt eiuſdem libri 2. Atque

 hue per-

Digitized by Google

huc pertinet, quod incertum & nullum æquiparari ſcribit Crauet. conſ. 231. nu. 5. Plura etiam interius, ſub tit. facta ſine probatione, videre eſt.

Eſſe euidenter.

Aliquid euidens eſſe, & approbari ſunt paria. Caius in l. Si vero. §. 1. ff. Qui ſatiſda. cogant. vbi paria narrantur: Is euidentiſſimè diues fideiuſſor eſt, & pro tali ab omnibus euidenter habetur, & is diues fideiuſſor approbatus (a) eſt. Simili quoque ratione Paulus in l. Si ab arbitro, eodem titulo. dicit, Quod qui pro locupletibus fideiuſſoribus habentur, hi quoque apud arbitrum pro locupletibus fideiuſſoribus probati habentur. Et qui ſic ab arbitro probati ſunt locupletes fideiuſſores, hi etiam pro locupletibus fideiuſſoribus habendi ſunt, apud competentem iudicem, ſi quando ad ipſum cauſæ querela foret deferenda. Item paria ſunt, teſtes euidenter eſſe tales, & pro talibus approbari. Speculator. in titul. de teſte. §. 1. & Iaſon in l. Arbitro in principio ff. illo eodem titulo. Vnde etiam dicitur quod decretum, vel ſententia iudicis approbans aliquid, & omne notorium æquiparantur c. Finali. de cohabita. cleric. & mulierum. Huc quoque facit l. Emptorem. in principio cum gloſſa ff. de action. emption. non ſolum ad probandam, ſed etiam ad producendam actionem, vti teſtatur Iaſon in d. §. 1. numero 3. De quo etiam latius vide apud Bartol. in l. Is cui bonis ff. de verbor. obligat.

ANNOTAT.

(a) APPROBATVS. Quomodo fiat hæc fideiuſſorum approbatio: & ad materiam, videatur Rebuff. ad conſtitut. reg. tomo 1. tract. de ſenten execut artic. 1. gloſſa 16. numero 37. cum ſeqq. & in l. quos nos, §. 1. ff. de verbor. ſignific. accedit Cephal. conſ. 437. vbi numero 3. poſt Angel. in adducta l. ſi verò. § 1 tradit, laudantem ſeu approbantem quem eſſe idoneum & ſufficientem, fideiuſſoris vices gerere. de quo tamen apud eum latius.

Eſſe impoſsibiliter.

Non eſſe, & non poſſe fieri, paria ſunt. l. Multa in principio. ff de condi. & demonſtrat. l. Naturale, in exordio ff. de acquir. rerum domi l Gallus. §. Videndum. ff. de liber. & poſth. Alexan. In l. Si conſtante. §. Si vxor. ff Solut. matrimo. Vbi Pomponius in dicta l. multa dicit. quod multa de non impleto teſtamento non incurritur ab hærede, vel à legatario, vel ab alio quouis qui ex teſtamento aliquod legatum conſequi debet, dummodo tale impedimentum, eaque non impletio teſtamenti per dictum hæredem, aut legatarium non ſteterit, (a) ſed aut per arbitrum, aut per alium quemuis, cuius dictum aut decretum ad eam teſtamenti completionem neceſſariò requiritur. Veluti ſi teſtator alicui legaſſet quippiam ea lege, vt ipſi monumentum aliquod erigeret ad arbitrium cuiuſdam Ioannis, ad hoc arbiter & iudex conſtituti, & ſi interim is arbiter, ad cuius arbitrium ea deſignatio ſpectat, aut non viuat, aut adeſſe non poſsit, certè is hæres aut legatarius per abſentiam arbitri, ob non completum teſtamenti legatum, in damno, & multa eſſe non poterit. Deinde ſicut multa non committi-

committitur propter talem arbitri abſentiam, ſi is qui arbitrari debuit omnino in rerum natura non exiſtat, ita quoque mulcta non incurritur propter eum arbitrum abſentem, qui quamuis in rerum natura exiſtat, tamen ad deſignandum ſuum arbitrium non adeſt aut adeſſe non poteſt. Ideoque quamuis in tali caſu hæres, aut legatarius legati conditionem non impleuit, in mulctam tamen incidere non potuit, quia à perſona eius qui arbitrari iuſſus fuit non receſsit, l. ſi quis arbitratu. ff de verbor obligat. Huc quoque pertinent ea quæ in vniuerſum reſpondet Martianus, ſcilicet conditiones omnes quæ contra Imperatorum edicta, aut contra leges ſtatuuntur, eas omnes (quia contra bonos mores cōſtituuntur) eſſe deriſorias, & planè nullas. Has enim conditiones Prætor ſtatim improbat, & pro non ſcriptis conditionibus habendas cenſet. Ideoque tales hæredes, aut legatarios, quibus aſſcriptæ ſunt tales conditiones, debere ſuam hæreditatem, aut legatum ſtatim accipere, non obſtantibus conditionibus non completis, ac ſi omnino tales conditiones aſſcriptę non fuiſſent l. Conditiones. ff. de conditionib. inſtitut. quia paria ſunt. Non eſſe adiectam conditionem, vel eam eſſe adiectam, quæ de iure (b) adiecta eſſe non potuit.

ANNOTATIO.

(a) STETERIT. Paria Viui. deciſ. 442. nu. 7. & dec. 457. ſub nu. 2. Videantur annotata inferius, tit. poſſeſsio ſecundi beneficij.

(b) DE IVRE. Id enim facere non poſſumus quod iuri communi refragatur, vt latiſſ. comprobat Rebuff. ad l. nepos Proculo, verſ. 2. coll. de verbor. ſignific. Et conditio valdè difficilis ęquiparatur impoſsibili, vt poſt Bart. in l. 1. num. 7 de condit. inſtitut. Iaſon in l. apud Iulianum, §. conſtat, num. 7. de legat. 1. probat Menoch. conſ 399. num. 23. accedat Maſcard. de probat. concluſ. 675. nu. 13. videatur tamen Coraſ. ad l. impoſsibilis. nu. 4. verſus finem. ff. de verbor. obligat.

Excipere ſine probatione.

E*Xcipere, & non probare, par eſt cum nō excipere*. Vti habetur in ca. Cum ſuper quæſtione, & ibi Panor. n 3 extra, de conceſſ. præbend. Et ad hoc ſolet allegari iſte textus, vbi contra eum, qui in Canonicum Eccleſiæ Tridentinæ receptus fuerat, excipiebatur ob id quod illa receptio fuerat contra conſilium Lateranenſe, ſed quia eam exceptionem pars non probauit, Pontifex mandauit receptionem eſſe validam & defendendam. Rurſum in l. Cum precibus. C. de probat. dicitur, quod ſtandum ſit (a) inſtrumento, niſi is qui excipit cōtra inſtrumentum redocuerit. & probauerit id ipſum inſtrumentū eſſe falſum, (b) & falſa in eo contineri. Sic & in l. Si ſcriptum, eod titulo. Nepotes contra reum quendam agebant petitione hæreditatis ab inteſtato, reus contra ipſos obijciebat de teſtamento facto, ſed quia id teſtamentum exhibere, & probare non potuit, actores vincebant. Et ideo Imperator in l. Si quidem. C. de exception dicit, quod ſi te exceptione munitum aſſeueras, de hoc (id eſt de huius exceptionis probatione) tantum agi conuenit. Vnde & I. C. dicit, ſcilicet in l. In exceptionibus & in l. Quinquaginta. ff. de probat. & in l. Prima. ff. de except. quod reus in excipiendo, quo ad probandi onus, actor fiat. Nam ſicut actor ſuam intentionem probare debet, alioquin reus abſoluitur, (c) ita quoque reus ſi excipit ſuam exceptionem

Digitized by Google

tionem (d) probare debet, ſiue eam exceptionem facto contrario (e) affirmare promittat, ſiue eandem per reiectionem intentionis actoris iam propoſitæ, aut per infractionem factorum partis iam probare voluerit, alioqui & ipſe ſic excipiens & non probans condemnatur. Bald. in l. Fruſtra. Cod. de probat. Ad hunc quoque modum (vti paulò ante in tit. Eſſe inapparanter diximus) paria ſunt: Non apparere & non eſſe, quo ad iuris effectum l. Duo ſunt Titij. ff. de teſtament. tutela. Idem aſſerunt Bartol. & alij in l. Fundi. ff. de contrahend emp. Et Iaſon poſt alios. in l. Cum res in principio. in 14. notabili. ff. de legat. 1. & D. Cardinalis de Zabarellis, in capit. Cum ſuper. extra de conceſſ. præbend. num. 1. colum. 2. De his quoque infra videbis ſub capite, Probare.

ANNOTATIO.

(a) STANDVM SIT. Dyn. conſilio 1. verſ. item conſtat. Roman. conſilio 579. numero 25. latiſſ. Dec. conſilio 36. præſertim numero 6. Marc. deciſione 51. numero 1. & ſeqq. lib. 1. Coraſ. ad l. admonendi numero 7 & ſeqq. de iureiuran. Alciat. de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 13. præſertim numero 7 adde & Marſil. ad rubr. C. de probat. numero 5. Tiraq. de retract. proxim. §. 1. gl. 1 numero 20. & ſeqq. Roland. conſilio 57. nume. 2. 3. 4. & 50. & conſilio 95. numero 17. & ſeq. lib. 3. Crauett. pleno conſilio 56. præſertim ſub numero 7. & in reſponſ. 1. pro genero numero 9. Natt. conſilio 145. numero 2. conſilio 177. numero 2. conſilio 194. numero 3. & 16. & conſilio 543 numero 28. Cephal conſilio 4. numero 10. & ſeqq. conſilio 109. numero 6. & ſeqq. conſilio 412. numero 25. cum ſeqq. conſilio 627. numero 8. & copioſius conſilio 651. numero 8. cum ſeqq. conſilio 685. numero 1. conſilio 761. (incip. magnifice) numero 1. cum ſeqq. Maſcard. de probat. concluſ. 1326. numero 7. & latius concluſ. 909. cum ſeq Burſat. conſilio 205. ſub numero 1. VVeſenbec. conſilio 14. numero 1. & conſilio 42. numero 16. Grammat. deciſ. 45. numero 9. & ſeqq. Oſaſc. deciſ. 72. numero 4. deciſ. 117. numero 1. & deciſ. 165. numero 2 & conſilio 1. numer. 4. 5. & 81. conſilio 64 numero 44. & conſilio 67. numero 20. Vincent. deciſ. 279. numero 1. Laurent. Auenion. decit. 91 numero 1. Menoch. conſilio 7. numero 4. conſilio 343. numero 2. conſilio 576. num. 27. & exactè de præſumpt lib. 2. præſumpt. 44. præſertim numero 3.

(b) FALSVM. Ad tollendam tamen fidem inſtrumenti, falſitatis ſuſpicio in ciuilibus, pro falſitate & plena probatione habetur, vt tradit Alexand. conſilio 77. ſub numero 6. ibidemque apoſtill. lib. 2. poſt Archidiac. & Dominic. in cap. in memoriam. 19. diſtinct, ibidemque Præpoſit. numero 10. Dec. poſt alios, in cap. porrecta nume. 1. de confirmat. vtil. vel inut. & in conſilio 175 numero 4. & inibi apoſtill. & conſilio 615. numero 1. Marſil. in rubr. ff. de falſ. numero 19. 36. cum ſeqq. Cephal. conſilio 558. numero 60. conſilio 338. numero 21 & ſeq & conſilio 428. numero 42. Capyc. deciſ. 30. numero 4. Milan. deciſ. 3. numero 12. lib. 2. Oſaſc. deciſ. 117. numero 7. communem probans, vt & Clar. ſentent. lib. 5. §. falſum numero 30. Gabriel. recept. ſent. lib. 7. reg. 6. ſub tit. de crimin. Soarez recept. ſentent. theſaur. in lit. f. numero 17. Boſſ. tit. de falſ. numero 5. & ſub numero 13. cum ſeq. Natt. conſilio 224 numero 4. conſilio 315. numero 14. & ſeq. & conſilio 633. numero 1. & ſeqq. declarans latiſſ. vt & Burſat. conſilio 312. (cui initium, grauiter ægrotante) numero 21. 86. & ſeqq. Maſcard. de prob. concluſ. 719. numero 4. cum ſeqq. Viui. deciſ. 81. ſub numero 2. & ſeqq. Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 4 numero 700. conſ. 42. numero 33. conſilio 313. numero 39 conſilio 422. numero 56 & conſilio 538. ſub numero 21. qui multas etiam huiuſmodi ſuſpiciones ſiue præſumptiones falſitatis colligit, de arbitrar. iudic. lib. 2 cent. 2. caſu 187. præſertim numerò 34. cum ſeqq. & de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 20. nume. præſertim

7. &

7. & ſeqq. Maſcard. de probat. concluſ. 740.

(c) Absolvitvr. Etiamſi reus ipſe aſſumat in ſe onus probandi, & non probet, ſicuti poſt Iaſon. in l. qui accuſare, ſub numero 5. Cod. de edend. alioſque commemoratos, reſpondit Natt. conſilio 648. nu. 11. Schurpf conſ. 81. ſub nu. 2. cent. 1. Chaſſ. conſ. 13. n. 1 Burſat. (de fiſco aut accuſatore agens) conſ. 332. num. 2. Oſaſc. (commune probans) deciſ. 144. ſub nu. 16. Thom. Triuiſ. deciſ. 4. num. 30. lib. 1. copioſè Viui. deciſ. 236. ſub num. 2. Maſc. de probat. concl. 35. num. 37. & ſeqq. Magon. Luc. deciſ. 11. num. 13. Men. conſ. 410. nu. 51. cum ſequentib. declarantes latius. Rebuff. ad l. verbum oportebit, §. actionis, verſ. 3. actor. & ſeq. de verbor. ſignification. dicens, reum in exceptione non proteſtari, quod non aſtringat ſe ad probandum non neceſſaria; perinde atque actorem, vt qui aliàs non probans ſuccumbat, vti poſt Papienſ. in praxi, in forma libelli actionis realis, in verb. non ſe aſtringens, Boer. deciſ. 74. numero 2. alioſque, tradit etiam Menoch. conſilio 127. numero 4. & conſilio 188. numero 7. Schurpf. d. conſilio 81. numero 8 accedit & Alex. conſilio 121. ſub num. 4. lib. 1. & conſ. 61 nu. 1. in fin. lib. 2. Marc. quæſt. 487. in princ. lib. 1.

(d) Exceptionem. Alex. conſ. 134. num. 1. lib. 2 & conſ. 58. num. 1. lib. 5. Dec. (declarans & limitans) in l. non videtur cæpiſſe num. 5. ff. de reg. iur. & in c. in præſentia nu. 48. & ſeqq. de probat. Maſcard. de prob. lib. 1. quæſt. 17. num. 3. & ſeqq. Ceph. conſilio 520. num. 35. cum ſeq. Triuiſ. deciſ. 5. nu. 3. lib. 1. Rebuff. in d §. actionis. verſ. 4 ea quæ. cum ſeqq. qui ibidem, in verſ. licet autem. tradit etiam, inepte excipientem, perindè ac ineptè agentem ſuccumbere, vt & Viui. deciſ. 372. numero 3. poſt Bartol. & alios vniuerſaliter omnes, in l. 1. § Labeo. ff. de flumin. alioſque alibi. & ad rem alia Vincent. dec. 263. numero 2. & ſeqq. In quibus etiam vlterius conueniant & differant actio & exceptio, tractat inibi Rebuff. latiſſ. Quemadmodum & actorem & reum æquiparari docet Viui d. deciſio. 216 numero 8. & deciſ. 255. numero 41. & ſeqq. de quo apud eum latius, & apud Dec. in cap. non debet actori ff. de regul. iur. & in cap. 1. ſub numero 176. & ſeqq. de probat. Menoch. lib. 2. præſumpt. 90. præſertim numero 18. Gaill. lib. 1 obſer. 31. numero 12. Alia huc pertinentia diximus ſuperius, præſertim ſub tit. Allegare.

(e) Contrario. Neque enim maior fides adhibetur dicto actoris quàm rei, neque econtra, vti, poſt Dec. in d. c. 1. ſub num 178. probat Burſat. conſ. 284. ſub num. 21.

Excipere contra ſententiam.

E*Xcipere contra ſententiam iudicis, ſed eam exceptionem appellando non proſequi, eſt omnino non excipere.* vt habetur in cap. Cæterum, & ibi Panorm nu. 9. extra. de reſcript. In cap. Cum dilecti, extra, de elect. & in c. Ex parte 3. extra, de appellat. Vide etiam gloſſam in Clementina Vnica de dol. & contum.

Exceptio.

E*Xceptio actionis.* Vide ſupra ſub titulo, Actio.

Executores.

D*E executoribus teſtamentarijs.* Vide infra, Teſtamentarij.

Exilium.

E*Xilium perpetuum cum bonorum confiſcatione in iure par (a) & æquale habendum eſt cum morte ciuili. Et talis quoque mors ciuilis par eſt, aut proxima morti*

Digitized by Google

naturali, ſiue corporali. §. Cum autem, iuncta gloſſa in verbo mortuo. & ibi D. Angel. Aretin. inſtitut. Quib. mod. ius patr. poteſt. ſoluitur. Et l. 1. §. Quidam filium, in fine. ff de bonor. poſſeſſ. contra tabul. Item Cyn. & Bald in l. Deo nobis. Codi. de Epiſcop. & cleric. De hoc exilio etiam ipſi meminimus in noſtra Praxi rerum criminalium, capite 58. De exilijs ſiue bannis, charta 120. numer. 3. & 4. in poſtrema editione. Plura item de hoc videbitis infra, ſub titulo Relegatio, & ſupra ſub titulo, Deportatus.

ANNOTATIO.

(a) PAR. Zaſ. in l. ſi quis arbitratu numero 37. ff. de verbor. obligation. Marſil. in praxi crimin. §. aggredior numero 88. diſtinguens & effectus aliquos inducens. latiſſ. etiam hac de re Vinceut. deciſione 116. præſertim ſub numero 9.

Exules, Exilium.

EXVLES *cum relegatis, & deportatis & bannitis comparandi ſunt.* Vide ſupra, Bannitus.

Exprimere rebus, & verbis.

Aliquid exprimere rebus aut factis, & aliquid exprimere verbis, paria (a) ſunt. Vt l. de quibus in fine & iuncta ibidem gloſſa. in verbo, Factis. ff. de legib. vbi Iulianus ait. Nam cùm ipſæ leges nulla alia ex cauſa nos teneant, quam quod iudicio populi receptæ ſunt, meritò & ea quæ ſine vllo ſcripto populus probauit, tenebunt omnes. Nam quid intereſt ſuffragio populus voluntatem ſuam declaret, an rebus ipſis & factis? Et Pomponius, Ei qui ſeruum vinctum vendiderit, ædilitium edictum remitti æquum eſt: multò enim amplius eſt id facere, quam pronunciare in vinculis fuiſſe l. Si tamen. ff. de ædilit. edict. Sic & Vlpianus ad l. 2. ff. de his qui notant. infam. §. Ignominioſa autem miſſio. Sed & ſi eum exauctorauerit, id eſt, inſignia militaria illi detraxerit, infamem efficit, licet non addidiſſet, ignominiæ cauſa ſe eum exauctoraſſe, quia paria ſunt: Aliquem grauari facto, & grauari per ſententiam, l. Si quis prouocatione. Cod. de appellat. l. Paulus ff Rem ratam habe. l. Coiri, ff. pro ſocio, & eſt gloſſa in l. 2. §. Ignominiæ. ff de his qui notant. infam. Hæc Bartol. quæſtione 11. incip. Habeo filiam verſic. Secundò ſic. (b)

ANNOTAT.

(a) PARIA. Oſaſc. conſ. 62. numero 18. hanc & ſequentes aliquot æquiparationes allegans, vt dilertè, inquit, & plenè ſcribit Damhouder. &c.

(b) VERSIC. SECVNDO SIC. ſub numero 3. diximus de his ſuperius, ſub titulo. Conſentire facto.

Exprimere circumlocutiuè.

E*xprimere aliquid nomine proprio, & exprimere per demonſtrationem vel circumlocutionem, vel per indubitatas circumſcriptiones, paria ſunt.* Ad quod facit l. Certum. ff Si certum peta. Et c. Tuæ extra. de conſang. & affinita. Et Panor. in c. licet

c. licet ex quadam. (a) extra, de teſt. Vbi paria eſſe dicuntur, Gradus conſanguinitatis diſtinguere nominibus proprijs, & eoſdem gradus diſtinguere demõſtrationibus perſonarum, vel alijs externis, certis, & æquipollentibus indicijs. Sic inſtitutio hæredis certa dicetur, cùm teſtator nominatim, vel indubitato ſigno ipſum hæredem expreſsit, l. Iubemus. C. de teſtament. l. Quotiens. §. Si quis nomen. ff. de hæredib inſtituend. Idem etiam confirmatur in ca. Quanto. & ibi Panor. nu. 7. extra de his quæ fiunt à prę la. ſine conſenſu capitu. Et ad hoc. §. Nominatim inſtitu. de exhæreda. liber. Et quod dixit D. Panor. in c. In Lateranenſi, extra, de præbend. Vnde nominatim (inquit Iuſtinianus) quis exhæredari videtur, ſiue is ita exhæredetur: Titius filius meus exhæres eſto, ſiue his verbis dicat: Filius meus exhæres eſto, non adiecto proprio nomine, dummodo alius filius non extat. Sic enim rectè facta exhæredatio dicetur. Fit enim vt in exhęredando filio pater ipſum filium præ dolore, aut pre naturali alio affectu nominare non poſsit, aut vt filium ſuum cum adiectis conuicijs ac probris per odium in filium conceptũ, ipſum omnino nominare nolit. Vnde tantum dicit: Filius meus exhæres eſto, vel, ex Seia natum, quem vt non filium ex cauſa agnoſco, exhæredo, l. 3. ff. de liber. & poſthu. Item agrorum limites certi deſignantur, quando ipſorum fines diſtinguuntur ſpecificatione aliorum agrorum, qui ipſis ſunt conterminí, l. Forma. ff de cenſib Et Barto. in l. Demonſtratio. q. 7 (b) ff de condit. & demonſtra. Sed & teſtis qui iuramento affirmauit ſe certò rem ſcire, tam certus haberi poteſt, quàm ſi diſtincta expreſſione eam rem expreſsiſſet. Atque ipſius ita affirmãtis probatio pręſumptiua probatio dicitur, quia iura intelligunt eum affirmare per talem certitudinem, quæ ex ipſius natura rei debitæ haberi potuit: teſte Bartol. in l. Filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Quin & ea demonſtratio quæ per digitum fit, certior haberi debet, quàm quæ à nomine ſumitur: gloſſa in l. Quæ extrinſecus. ff. de verbo. obligat ſiue id nomen proprium ſit, ſiue appellatiuum. Quorſum enim ſunt nomina, niſi veres demonſtrent, aut nominatim indicent? l. Labeo ff. de ſuppellec. lega. Quæ ſi per oculorum ſenſum res demonſtrata ſit, & in noticiam veniat, nil opus eſt nomine, cum de re ipſa non ſit amplius ambigendum: teſte Alciat. ad d. l. Certum. nu. 9. Quare quamuis contingat aliquando error in nomine vel cognomine, vel pronomine, ſi tamẽ ex verbis, aut ex circumlocutione verborum conſtet de quo ſenſerit, is nominis, aut cognominis, vel prænominis error nihil veritati officere, aut rem impedire poterit: l. Si quis in nomine. ff. de teſtamen. Ex quo enim habemus certitudinem rei: non curandum eſt de modo, Iaſon ad l. 2. nu. 6. ff. de libe. & poſth.

ANNOTAT.

(a) PANORM. IN CAP. LICET EX QVADAM. num. 3. in fin. Et adde quæ ſcripſi ſupra, ſub tit. diligi vt frater. ad verb. cognatos compellare in fin.

(b) IN L. DEMONSTRATIO. Q. 7. Bart. in hac quæſt. 7. numero 14. reſpondet, ad demonſtrandum fundum, debere exprimi nomen loci, cum duobus confinibus: neque nocere, licet aliqua alia adiecta demonſtratio reperiatur falſa: prout illum etiam refert & ſequitur Alexand. conſilio 73. numero 5. lib. 3. conſilio 133. numero 5. lib. 1. conſilio 90. ſub numero 4. conſilio 172. ſub numero 9. lib. 2. conſilio 38. numero 2. & 5. conſilio 50. numero 18.

conſ. 159. numero 3. lib. 5. conſ. 130. nume. 7. & conſ. 183. num. 17. lib. 6. Dec. conſ. 146. ſub numero 14. verſ. 2. dato. latè Roland conſilio 67. numero 1. 2. 3. 4. 5. 14. cum ſeqq. lib. 2. conſilio 45. nu. 30. & ſeq lib. 3. Burſat. conſilio 80. nu. 3. conſilio 151. nu. 22. & conſ 157. nu. 69. & ſeqq. Decian. conſ. 50. numero 31. cum ſeq. lib. 1. & pleno conſilio 17. lib. 3. accedit Cephal. conſilio 624. numero 30. & conſilio 693. numero 42. cum ſeq. Leonin. (idem ſentiens) conſilio 42. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 2, caſu 105. numero 12. & exactiſſ. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 15. numero 29. cum ſeqq. Reliqua habentur ſuperius ſub titul. Certum eſſe per relationem.

Exprimere per relationem ad verbum.

Verbo id expreſſum eſt, & id per relationem ad aliud dictum eſt, paria (a) ſunt in iure. l. Aſſe toto: & ibi Bartol. ff. de hæred. inſtitu. Vbi dicitur, Quod in hac ſcriptura certò contineri cenſetur illud, quod continetur in ea ſcriptura ad quam fit relatio. Ideoque Paulus dicit. Si ita ſcripſero: Quantum codicillis Titio legauero, licet codicillis legatum explicetur, tamen ex teſtamento valet ſola quantitas quæ in codicillis legata eſt l. Si ita ſcripſero, & ibi Bartol. ff. de conditio. & demonſtrat. quaſi dicat, quod ex teſtamento debetur, quod ibi expreſſe relinquitur vel quod per relationem ad aliud deberi cognoſcitur, quod confirmant Baldus Angel. & Imol. in dicta l. Aſſe: dicentes: Si aliquis inſtituiſſet illum hæredem (b) cuius nomen appareret ſcriptum, ſeu cuius nomen deſcriptum eſſet in ſchedula quam dedit Priori fratrum prædicatorum, vel Guardiano fratrum minorum, valet quidem ea inſtitutio & tenet, iuxta relationem ad ſchedulam illam datam, l. In teſtamento, & ibi Barto. ff. de condition. & demonſtrationib. Et idem docet Socin. conſilio 4. incip. Quantum ad primum, nume. 4. & conſilio 61. incip. Viſis num. 8. volum. 4. Et D. Petrus Paulus Pariſius, in ſuis conſilijs, conſilio 97. numero 96. in 1. parte. Sic quoque quando iudex dicit in ſententia: Condemno te ad ſummam, quæ continetur in teſtamento. Prior huius ſententiæ pars, ſcilicet Condemno te ad ſummam, per ſe eſt incerta, ſed cum dicitur, Condemno te ad ſummam, quæ eſt in teſtamento, certa, & plena eſt hæc ſententia. Certitudo enim eius per relationem (c) ad teſtamentum ipſum colligitur, dummodo ea ſumma in teſtamento certa exprimitur, l. Ait Prætor. §. Si iudex. ff. de re iudicat. Atque hinc etiam eſt, quod dicitur certa & vera tradi poſſeſsio, quæ per circumlocutiones deſignatur, l. Quod meo ff. de acquirend poſſeſſ.

ANNOTATIO.

(a) Paria. Guid. Pap. deciſ. 334. & latius deciſ. 459. Pelin. in c. inter cæteras, ſub numero 2. de re iud. & qui auctorem hic nuncupatum laudat Burſat. conſilio 390. numero 24. cum ſeq. pleniſſ. Tiraquel. ad l. connubial. gloſſ. 7. numero 182. (duodecimum hoc genus expreſsi conſtituens, dum ibidem à numero 89. vſque ad fin. 13. expreſsi genera enumerat) Gaill. obſeruat. lib. 1. obſeru. 82. numero 26. vbi poſt Roland. conſilio 8. numero 20. lib. 3. tradit, non procedere æquiparationem hanc, quando de relato non apparet, vel eſt inualidum, tunc enim & referens nullum eſſe. qua de re late etiam apud Roman. conſilio 294. in princ. & conſilio 305. numero 6. cum ſeqq. Dec. in cap. cum venerabilis num. 102. & ſeqq. de excep. conſilio 302. nu. 3. conſ. 463. nu. 14. & conſ. 503. nu. 3. Chaſſ. conſ. 63. nu. 19. Crauet. conſ. 497. numero

numero 15. Gomeſ. ad l. 1. Taur. numero 11. Cephal.conſ.422.num.24. Mynſ.conſ. 43.nu. 86. Gabriel. recept. ſent. lib. 4.reg. 2.ſub tit.de ſucceſsione ab inteſt. Magon. Luc. dec. 96. nu.7.cum ſeqq. appoſitiſſ. Stort. Odd.conſilio 64. numero 18.lib.1. Menoch.lib. 2.præſump. 78 nu.6. Maſcard.de proba.concl.914.num. 10.concl.918.& concl.923.quanquã ſecus ſit,ſi conſtet de voluntate referentis,qui poſsit principaliter per ſe diſponere,vt per Euer.conſ.57. num. 6.qui ſic limitat auth. ſi quis in aliquo C.de edend. vbi poſt Alex. Dec.num. 40.idémque in l.edita num.86. C.eodem tit.in d.cap.cum venerabilis num. 103.& in conſilio 65. numero 4.in fin. cum ſeqq. (vbi explicat latius.) Ceph.d.conſilio 422.num. 34.Odd.d. conſ. 64.numero 77.Mynſ.& Mag.vbi ſupra. Oſaſc.conſilio 68. ſub numero 5. Maſcard. d. concluſ. 923.numero 9.cum ſeqq.aliter etiam exactè limitando.

(b) HAEREDEM. Alexand. conſilio 176.numero 6.lib.5.pulchrè Socin.ſen.conſilio 142. num.6.& ſeqq. lib. 1. Rebuff.conſilio 139. verſ. non poteſt. Gabriel.recept.ſentent.lib. 4. tit.de teſtament regul. 11. Menoch.conſilio 313. numeris 8.30. 54. & ſeqq. Odd. d. conſilio 64.numero 17. Couar.ad c. cum tibi numero 5. de teſtam. Tiraq ad l. connubial. gloſſ. 7. numero. 195. qui poſteriores, referunt alios quoſdam aſſerentes id procedere non hæredis inſtitutione,ſed in legatis ſolummodò. vt & Sichard. in l. hac conſultiſſ. 9. per nuncupationem numero 3. & ſeqq. Cod. de teſt. Verùm contra illos, hanc noſtram magis communem probat, poſt Bellon. conſilio 85. numero 21. alioſque, Clar. ſentent. lib. 3. §. teſtamentum, quæſt. 4.ſub numero 3. & quæſt. 56 num. 2. Bichard.conſ.38.ſub num.6.lib.2.

(c) RELATIONEM. latè, poſt Panormit. ſub numero 8. & alios, Felin. in d. capit. inter cæteras numero 2. & in d.cap.cum venerabilis,ſub num.42. Et ſententiam referentem, intelligi ſecundum terminos & qualitatem prioris,ad quam refertur, docet pulchrè Rebuff. conſ.177. ad fin.allegans Bart.in l.nihil,in princ. ff.de coniungend. cum emanc.liber. cum ſimil. Alia diximus ſupra,tit. Certum eſſe per relationem.

Expreſsio tacita.

E*Xpreſsio virtualis & tacita, par (a) eſt cum expreſsione actuali*. l. Cum quid: & ibi habetur plenè de hoc per Bal. Angel. Salyce.& Doctores. ff.Si cert.peta.Sic & Pomponius. Cùm quid mutuũ dederimus,& ſi non cauerimus, vt æque bonum nobis redderetur: non licet debitori deteriorem rem quæ ex eodem genere ſit reddere: veluti vinum nouum pro veteri. Nam in contrahendo quod agitur, pro cauto habendum eſt. Id autem agi intelligitur, vt eiuſdem generis,& eadem bonitate ſoluatur quod datum ſit. Sic & nominatio perditur, ſiue quis expreſsè illi renunciauerit, ſiue tacitè, (b) vt latè notat Rebuffus in tractatu de Nominatio.q. Vltima. num.18. Vnde etiam dicitur,quod expreſsio eorum quæ tacitè inſunt, nihil operatur,(c) quia talis eſt ſuperuacanea, cùm tacita expreſsio ſufficiat,& pro expreſſo habenda (d) videatur, l. Conditiones extrinſecus. ff. de condit. & demonſtrat. Ob quod ea non expreſſa, ſed tacitè ſubintellecta, à lege ſuppleri ſolent,l. Finali. ff. de petit. hæredi. & l. Triticum, cum ibi notatis. ff. de verbor.obligat. & l. De quibus in fine. ff. de legib.

ANNOTATIO.

(a) PAR. Natt. conſilio 28. numero 7. Schurpf conſilio 62. numero 22. centur.3. Cantiunc. conſilio 17. numero 21. & inter eius conſilio Mudæ. conſilio 8.ſub num. 9. Gaill. lib. 1. obſeruat. 116. numero 5.& obſeru. 2. ſub numero 2. Molin.conſilio 10.ſub numero 28. & ad l.

& ad l. ſi ita ſcriptum. ſub numero 31. ff. de lib. & poſt, & l. ſi mater, numero 24. C. de inoff. teſt. Boer. deciſ. 284. ſub numero 14. Roland. conſilio 98. numero 7. lib. 2. Menoch. conſilio 103. numero 53. & ſeqq. Alciat. (de taciti pacti ſpeciebus & effectu tractans) ad l. poſt venditionem numero 9. & ſeqq. C. de pact. & conſilio 12. numero 8. Alexand. conſilio 59. ſub numero 1. numeris 15. & 16. ibidemque apoſtill. lib. 3. declarans & limitans latius, vt & Coraſ. ad l. qui liberos numero 120. ff. de rit. nuptiar. Reſponditque in hanc ſententiam pulchrè Bald. conſilio 205. ſub numero 1. lib. 1. Nihil intereſſe, inter expreſſum & tacitum quod includitur ex natura expreſsi; ſecus ſi non includitur: id quod refert & Tiraq. ad leg. connubia. gloſſ. 7. ſub numero 179. latiſsiméque agit hac de re, idem Tiraquell. in tract. *le mort ſaiſit le vif*, declarat. 10. numero 3. & ſeqq. eleganter Menoch. conſilio 110. numero 41. & ſeq. Verùm non ſemper taciti & expreſsi idem eſſe iudicium, probant latè Domini Genuenſ. deciſ. 14. numero 120. vti quando diuerſa ſubeſt ratio, prout poſt alios in adducta l. cum quid, declarat etiam Coraſ. vbi ſupra, ſub numero 120. ex eo inferentes nonnunquam euenire, vt potentius expreſſo ſit tacitum: de quo latè etiam Tiraquel. in d. gloſſ. 7. numero 73. & ſequentib. Menoch. d. conſilio 110. ſub numero 41. vbi tamen numero 45. tradit, regulariter maiorem eſſe vim expreſsi quàm taciti: idemque de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 12. numero 75. Alexand. conſilio 54. numero 11. lib. 4. Euerard. conſilio 206. numero 3. & conſilio 207. numero 9. Crauett. reſponſ. 1. pro genero numero 142. & ſub numero 244. Decian. conſilio 73. numero 35. lib. 2. Cephal. conſilio 51. numero 10. in fin. conſilio 148. numero 31. conſilio 320. numero 26. conſilio 342. numero 14. & conſilio 376. numero 10. Tiraquel. in l. ſi vnquam. verb. largitus. ſub numero 157. C. de reuoc. donat. & d. gloſſ. 7. numero 49. cum ſeqq. addens etiam tacitùm non ita extendi vt expreſſum: idemque Mandoſ. ad Roman. conſilio 133. in verb. partibus. lit. B Crauett. de antiquit. temp. 1. part. 4. part princip. numero 76. & ſeq. Roland. conſilio 66. numero 7. & conſilio 98. numero 26. lib. 2. Decian. conſilio 1. numero 75. & ſeqq. lib. 2. Ad inualidandum item actum taciti & expreſsi non eſſe eandem rationem, aſſerit commune, poſt Alexand. d. conſilio 59. numero 15. Vant. de nullit. proceſſ. tit. de nullit. ſentent. ex defect. proceſſ. ſub numero 122. & confirmat Tiraq. de pœn. temperan. cauſ. 44. ſub numero 52. Sed nunquam ſatis hic dici poſsit, quòd tanta ſit huius doctrinæ latitudo, vt ait Zaſ. in d. l. cum quid, ſub numero 39.

(b) TACITE. diximus ſuprà, ſub tit. Conſenſus tacitus. vbi latius.

(c) OPERATVR. Schurpf (hanc rationem huius paritatis dicens) d. conſilio 62. ſub numero 22. Dec. conſilio 23. ſub initio, Zaſ. conſilio 12. numero 49. lib. 2. Menoch. d. conſ. 110. numero 42. Tiraq. de retract. proxim. §. 26. gl. 1. ſub numero 9. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. tit. 12. lib. 7. numero 14. qui latius declarat & limitat, ſecundum l. ſi in diem §. vltim. & l. ſi ita expreſſum. ff. de condit. & demonſtrat.

(d) HABENDA. Afflict. deciſ. 3. numero 5. Vnde etiam Menoch. conſilio 95 numero 15. poſt Ruin. conſilio 157. numero 4. lib. 2. alioſque commune aſſeuerantes, ſcriptum reliquit, paria eſſe, quòd conditio hæc, ſi deceſſerit ſine liberis, ſit expreſſa, vel à lege ſubintelligatur: idemque voluit Roland. conſilio 82. numero 9. lib. 3. ſed contra ſentit Dec. conſilio 416. numero 16. in fin. & poſt alios etiam Menoch. præſumpt. 89. numero 140. in fin. lib. 4. Decian. d. conſilio 1. numero 71. lib. 2. aſſerens, quòd, quando diſpoſitio hominis concurrit cum diſpoſitione legis, debeat vniuerſalius operari quàm ſi non concurreret diſpoſitio legis; quòd ille ibidem latius confirmat, & in conſilio 9. numero 11. lib. 1. conſilio 9. præſertim numero 22. & conſilio 78. nu. 3. lib. 3. Menoch. conſilio 602. num. 1. & 13. Oſaſc. conſilio 40. numero 7. & ſeqq. Surd. deciſione 154. numero 9. & ſeqq. Lenid. Luc. deciſione 128. verſ. ſed additur. quò pertinet etiam, quod tradit Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. titul. 2. ſub numero 23. verſ. ſicuti fortior.

Pro ex-

Pro Expreſſo habetur à Papa.

Iſtud ſufficienter exprimitur, & iſtud Papa vult haberi pro expreſſo, (a) *paria ſunt*. l. Omnes C. de præſcript. 30. vel 40. annorum: vbi Angel. dicit eſſe meliorem textum de corpore iuris. Vbi Imperator dicit præſcriptionem tot annorum obſtare omnibus actionibus, ſiue illic expreſſæ ſint, ſiue non ſint, quia quæ non ſunt expreſſę, eas vult haberi pro expreſsis. Et quando petitum eſt aliquid pro expreſſo haberi, & in ſignaturis dicitur, fiat, (b) valet gratia, non minus quã ſi Pontificis gratia multis & clarioribus verbis expreſſa fuiſſet, quia per hoc verbum conſtat de mente Pontificis, vt latè Felin. in cap. Super literis, num. 9. de reſcript Et D. Anton. conſilio 2. & conſilio 49. quia per expreſsionem nihil de nouo datur, ſed iam datum, & habitum refertur. Iſta vero clauſula (habentes pro expreſsis) non tollit inhabilitatem perſonæ, ſed ſolum taciturnitatem, (c) & ſurreptionem remouet. Felin. in cap. In noſtra. de reſcript. Rota deciſione 112. in nouis, gloſſa. In Clementina. Si Romanus, de præbend. Anchoran. conſilio 20. Sic quoque hæc eadem clauſula non tollit defectum intentionis, nec etiam inducit diſpenſationem, (d) vt teſtatur Iòan. Andr in cap. Cum adeo, de reſcript. Et Paulus Petrus Pariſius conſilio 1. numer. 96. lib. 1. Et idem vult Baldus in titul. de pace Conſtantiæ in verſic. Non obſtantib & in l. Diuus. §. licet. ff. de iure codicillorum. & in l. Sed & ſi quis. §. Quæſitum. ff. Si quis cautio, & probatur in cap. 1. extra de tranſact. & ibi notatur, & in ca. Illa extra, de electione. Huius quoque meminit D. Carolus Ruinus, in ſuis conſilijs, conſilio 118. incip. Circa caſum, num. 7. 5. volum. Conſiliorum.

ANNOTATIO.

(a) PRO EXPRESSO. Iaſ. in l. vltim. numero 7. C. ſi cont. ius vel vtilit. publ. & in adducto §. quæſitum numero 2. & 3. ibidemque Alexand. numero 9. & poſt alios etiam Viui. deciſ. 124. numero 7. vberrimè Tiraq. (hoc 13. expreſſ. genus conſtituens) ad l. connub. gl. 7. numero 202. cum ſeqq. poſt Gabriel. lib. 6. concluſ. 5. numero 1. alioſque Menoc. conſilio 71. ſub numero 19. & num. ſeq. conſilio 114. num. 31. conſilio 157. numero 20. & conſ. 160. num. 45. & 46. vbi limitatur. 3. modis.

(b) FIAT. Rebuff. in praxi benefic. in forma ſignaturæ, part. 3. ad verb. quòd obſtantiæ numero 2. & ad verb. datum numero 27. qui de his. videatur latius; alijque quos refert Mandoſ. ad Roman. conſilio 80. ſub numero 2. vbi probatur etiam, conceſsionem in ſignatura factam, referri ad partis ſupplicationem & ſecundum eandem intelligi: idemque Rebuff. latius, in d. verb. datum numero 24. & ſeqq. & in conſilio 110. verſ. 2. caſus, in fin. vbi allegat etiam Alexand. conſilio 84. numero 7. lib. 1. accedit Dec. conſilio 403. numero 15. Cephal. conſilio 706. numero 14. poſt Pariſ. conſilio 9. numero 41. lib. 2. alioſque commemoratos Decian. conſilio 19. numero 46. lib. 1.

(c) INHABILITATEM. Rebuff. in praxi benefic. titu. de clauſul. mandator. numero 19. & in d. parte 3. ſignaturæ, in d. verb. quòd obſtantiæ. numero 15. & ſeqq.

(d) DISPENSATIONEM. Rebuff. in d. verb. quòd obſtantiæ numero 18.

Extare.

Extare.

NOn *extare, id eſt non viuere, & extare, ſed non poſſe ſuccedere, quantum ad hæreditatis rationem, ſunt paria.* (a) §. Sed noſtra. inſtitu. de ſucceſſo. liberto. l. Si necem. §. Si deportatus. ff. de bon. liberto. Et l. 3. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. in principio. Et Baldus in l. Quicunque. C. de ſeruis fugiti. Et l. 1. §. Finali. ff. de bonor. poſſ. contra tabul. l. Vnica. Cod. Quando non petent partes petentib. accreſc. Et l. 3. in fine, & l. 4. ff. de bono. poſſeſſ. Et l. 2. §. Sed & ſi. Et ibi Barto. ff. ad S. C. Tertull. Philippus Probus, ad Ioann. Monachi ad cap. Ea quæ, de regul. iur. lib. 6 per d. Ludouicum Romanum in ſuis conſilijs, conſilio 43. incipi. Ad primum quæſitum, in tertio dubio, vbi dicitur, (b) quòd tunc potiſsimum extans ſuccedere non poteſt, quando ab ipſo renunciatio facta eſt, & quando in ea renunciatione verba ſua expreſſe direxit in ipſam hæreditatem, & ad ipſa iura, conſiderando ſcilicet in ea renũciatione ius futurum, quod ſibi aliquando poſſet competere. Propter huiuſmodi enim renunciationis verba, omnibus iuribus, (c) & capitibus, quibus ſuccedere potuiſſet, ceſsiſſe, & renunciaſſe certum eſt, ita vt tunc nullo modo ſuccedere poſsit, ſecundum Baldum & Angelum. in l. Suum. C. de iure deliber. & in l. Pactum. Cod. de collationib. q. 16. Et Alexand. de Imol. in ſuis conſilijs, conſilio 11. incip. Viſo colum. 2 volum. 2. Et Philipp. Decius conſilio 166. incip. Ad excluſionem, colum. 2. verſic. Sed tamen num. 4. Et Ludouicus Romanus conſilio 22. colum. 2. in fine. Et Socin. conſilio 34. colum. 2. nume. 5 vol 4. Ita quoque tenet Petrus Paulus Pariſius, in ſuis conſilijs, conſilio 69. nu. 64. in 3. parte. Et D Carolus Ruinus in ſuis conſilijs, conſilio 107 incipi. Ex omni capite, num. 8. volum. 3. conſiliorum. Et in conſilio 87. incipien. In facto proponitur, nu. 2. volu. 2. conſiliorum. Plura de his videbis infra, ſub titulo Succeſſio. Et qui plura deſiderabit, videat D. Philipp. Probum in additionibus ad D. Ioannem Monachum, cap. Priuilegium, num. 10 de verbor. ſignific. lib. 6 & c. Ea quæ, de regul. iur. in 6.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Alexand. conſilio 26. numero 2. lib. 5 conſilio 197. numero 1. & 13. lib. 6. Luc. de Penn. in l. ſi quis decurio. 1. ſub verſ. contrarium ſic oſtenditur. C. de decurion. lib. 10. Cepoll. conſilio 50. numero 11. Dec. conſilio 295. numero 3 Tiraq de retract. proxim. §. 1. gloſſ. 8. ſub numero 13. & in l. ſi vnquam, in verb. liberos numero 107. Cod. de reuocand. donat. Molin. ad conſuet, Pariſ. § 3. gl. 1. ſub numero 6. Crauett. conſilio 677. nu. 10. conſilio 948. num. 4. conſ. 984. nu. 93. conſ. 968. nu. 1. conſ. 925. numero 50. Cephal. conſilio 537. numero 31. & conſilio 145. numero 15. Oſasc. conſilio 55. numero 3. Vinc. dec. 167, ſub numero 14. Surd. deciſ. 167. numero 10. Curt. Brugenſ. lib 3 quæſt. ad fratrem, cap. 1. Viui. deciſ. 34 ſub numero 10. Sic etiam paria eſſe, quòd quis non habeat filios vel eos exhæredauit, ſcribit poſt Guil. Cun. numero 4. Bald numero 6. in authen. nouiſsima C. de inoffic. teſtam. alioſque, extenſiſſ. Gomeſ. variar. reſol tom. 1. cap. 11. ſub numero 22. & poſt alios Zaſ. in l. planè § ſi duobus. verſus fin. ff. de leg. 1. voluitque Bald. in l. liberti libertæque. ſub numero 1. Cod. de oper. libert. Molin. ad l. commodiſſ numero 51. ff. de liber. & poſt. Valaſc. Luſit. deciſ. 69. ſub numero 21. & poſt Bald. conſilio 253. lib. 2. alioſque, Pariſ. conſilio

conſilio 29. numero 44. lib. 3. Leonin. conſilio 78. numero 4. Burſat. conſilio 115. ſub numero 6. verſ. 2. d. communis. Decian. conſilio 46. numero 3. & 38. lib. 3. de his latiſſ. agens, dum tractat, an filia excluſa, cæteris partem faciat, in legitima. quod tractant etiam quos copioſè accumulat Tiraq. d. gloſſ. 8. numero 25. Surd. iuſta deciſ. 252. Sic item tradit Viui. d. deciſ. 34. numero 43. paria eſſe, quem eſſe mortuum, & viuere ſed repudiaſſe, vbicunque in diſpoſitione acquiſitio conſideraretur: allegat Bart. in l. 1. §. qui habebat numero 7. ff. de cont. tab. vbi conſtanter (inquit) concedit, quòd ſoror dotata excludi nequeat à ſtatuto, vbi frater non poſſit, aut nolit ſuccedere. & Bart. accedunt alij ibidem, & alibi, vt apud Viui. latius: & pulchrè Caſtrenſ. conſilio 279. ſub numero 2. lib. 1. Iaſ. in l. ſi arrogatur. ſub nume. 20. & 22. ff. de adopt. & in l. ſi quis. ſub numero 6. Cod. de inſtit. & ſubſtit. Tiraquell. ſub d. numero 107.

(b) VBI DICITVR. Non ſunt quæ hic ſequuntur verba Romani, ſed Pariſ. in adducto conſilio 69. cui initium, D. Ambroſius. numero 64. & ſeq. idemque Pariſ. conſilio 26. numero 42. & ſeqq. eodem lib. 3.

(c) IVRIBVS. Paria quippe ſunt aliquod ius non eſſe, neque competere, & eſſe, ſed ei fuiſſe renunciatum, vti appoſitiſſ. reſpondit Decian. conſilio 39. numero 50. lib. 2. allegans l. 1. C. quan. non pet. part. l. 3. in fin. & l. 4. ff. de bon. poſſ. Bald. in l. nam etſi. §. 2. ff. de inoff. teſtam. & Rom. hic adductum.

Extare incognitè.

R*Em non extare, & rem extare, ſed inueniri non poſſe, paria ſunt.* Bartolo ita notante, in l. Cum res. nume. 8. ff. de legat. 2.

Facere contra legem.

F*Acere contra legem, & loqui contra legem.* Vide infra, ſub titulo, Lex.

Facere difficulter.

A*Liquid facilè facere non poſſe, & non poſſe facere, in iure, & per ſe, ſunt paria.* (a) Gloſſ. eſt in c. Quamuis, in verbo Continuatis, de offic. ordina. lib. 6. Ad quod facit gloſſa in cap. Faciat. 22. q. 2. quæ vult. Quod illud dicitur nō poſſe fieri, quod commodè (b) fieri non poteſt, vti teſtatur D. Hyppol. de Marſil. in ſuis conſilijs, conſilio 56. numeris 2 & 3. in primo volu. conſiliorum criminalium. Dixi autem prius per ſe & in iure iſthæc eſſe paria. Nam in foro conſcientiæ, atque in virtutibus hęc locum non habent. Multa enim ſunt, quæ non admodum facilè facere poſſumus, quæ tamen aliquo modo facere poſſumus. nempe adiuti gratia Dei. Vnde & Paulus volens nos noſtris non debere inniti viribus, ſed totos debere pendere ab ope diuina, iuxta illud: Sine me nihil poteſtis facere, ait, hoc Chriſti dictum confirmans: Non ſumus ſufficientes aliquid cogitare ex nobis, quaſi ex nobis, ſed omnis ſufficientia ex Deo eſt. 2. Corinth. 3.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Blanc. in praxi crimin. §. datis defenſionibus numero 96. Crauett. conſ. 993. numero 32. lib. 6. Maſcard. de probat. concluſ. 8. numero 2.

 (b) COM-

(b) Commoda. Crauett. conſilio 199. numero 2. Rebuff. poſt gl. & alios in d. nepos procuło, verſ. collegere multa. ff. de verb. ſignific. vbi in verſ. 8. illud. ex l. 1. §. vltim. iuncta gl. ff. de acquir. poſſeſſ. alijſque, probat, quòd illud non poſſumus, quod exequi facilè non poſſumus: ſequiturque Menoch. conſilio 351. ſub numero 31. qui ibidem poſt Dec. conſilio 5 5. ſub numero 13. reſpondit, quòd non dicitur poſſe, quòd cum penuria poteſt. Sic & Crauett. vbi ſuprà d. numero 2. in fin. & d. conſilio 993. ſub d. numero 32. poſt Bald. conſilio 201. ſub numero 1. lib. 1. tradit, non dici teſtes contrarios, ſi alij dicant non potuiſſe accedi per talem locum, alij verò commodè accedi non potuiſſe probatéque Decian. conſilio 39. numero 123. lib. 2. Reliqua inferius, ſub tit. fieri difficulter. & fieri poſſe ſed indebitè.

Facere inſufficienter.

NON *facere, aut minus ſufficienter facere intra tẽpus ſtatutum, paria ſunt.* cap. Si quis iuſto. verſic. Si autem nullus, iuncta gloſſa, in verbo, Ad nit. ti. de electi. lib. 6. Vbi etiam dicitur, quod paria ſunt. Non conſtituere procuratorem, & conſtituere procuratorem, ſed non legitimè, nec intra tempus debitum, neque ſecundum modum à lege præſcriptum. Sic etiam paria ſunt. Non appellare intra tempus ſtatutum, & minus legitimè appellare (a) intra tẽpus ſtatutum. Bald. in addit. ad Specul. De appellat. verſic. Sed pone, dicit ſtatutum. Iaſon in Authentica. Qui rem, colum 6. C de ſacroſanct. Eccleſ. Item paria ſunt: Non comparere infra tempus legitimum, & intra legitimum tempus comparere, ſed non legitimè, ſecundum modum & qualitatem debitam. Et ideo ſicut is contumax eſt, qui ad iudicium tempore ſtatuto non venit, ita quoque & ille habendus eſt contumax, qui cum debito modo, forma, & qualitate legitimè non venit, vel qui procuratorem legitimè conſtitutum non mittit, gloſſa in d. cap. Si quis. Quocirca vt debita ſufficientia explicetur in libellis Actorum vel reſponſionibus reorum, adijci ſolent huiuſmodi clauſulæ aut ſimiles (contra ſe, aduerſus Titium, & cõtra quamcunque perſonam, pro ſe & eius nomine legitimè in iudicio comparentem, &c.) vt notat Ioann. Petr. Ferrar. in forma lib. in actio. real. ad verbum legitimè comparentem, cuius meminit D. Andræ. Tiraquellus, in ſuis commentarijs de vtroque retractu titul. *De retraict lignagier.* §. 1. *dedans l'an* gloſſ. 10. numero 90.

ANNOTAT.

(a) Appellare. VVeſenbech. conſilio 43. ſub numero 138. diximus ſupra, ſub tit. Appellare & non progredi: vt & de alijs, in locis opportunis.

Facere indebitè.

ALiquid *non facere, & aliquid facere, non debito modo, hoc eſt, omiſſis (1) aut omnibus, aut quibuſdam ad actum neceſſarijs, in iure paria ſunt.* l. 1. §. Quod ait Prætor, 2. ff. Quorum legatorum, cum ſimilibus alijs iuribus. Exempli gratia: ponetur legatario non eſſe interdictum ne rem legatam ante conſenſum iudicis præripiat, atque is legatarius ſit ex conſenſu hæredis, vel eorum qui hæredi ſuccedere debebant rem legatam in toto vel parte occupauerit, poſtquàm

poſtquàm ab eis adita fuerit hæreditas; valida quidem eſt hæc occupatio: verum ſi legatarius voluntatem hæredis, & ipſius conſenſum ad occupandum rem legatam exquirat, & eundem conſenſum priuſquam ipſe hæres hæreditatem adierit, hiſce verbis impetret: frater ſcis quòd iſthæc hæreditas tibi delata ſit, quodque hæc res mihi ſit legata, rogo te vt per tuum conſenſum, licet hæreditatem nondum adieris, hanc rem mihi legatam præoccupare, & habere liceat. Certè hoc caſu, ſi is hęres qui hæreditatem nondum adijt, id legatario conſentiat, irritus eſt & inualidus talis conſenſus, & inualida ea præoccupatio, vt ibi explicat Zaſius, quia ſcilicet conſentire, & non conſentire debito modo, & ante aditionem à lege requiſitam, paria ſunt. Quò pertinet, quòd in cap. finali, de reſtitu. ſpolia. ſcribitur, ſcilicet, quod non videtur reſtituere poſſeſsionem vel libertatem, qui non debito modo reſtituit. Et quia modus à lege (b) conſtitutus dicitur eſſe de forma legis, l. Cùm eorum. Cod. de ſent. & interlocu. omnium iudic. ideo quicquid alio modo (c) fit quàm debito modo, & qui à iure conſtituitur, nihil eſt, & pro nullo modo factum cenſetur. Specul. de fructib. & intereſſe §. 5. verſic. hoc autem, quod videre licet in executionibus modo debito non ſeruato factis, Et l. A diuo Pio. §. In venditione. ff. de re iudicat. Et l. 2. C. de except. rei iudicat. In actionib. & exceptionib. Innoc. in cap. Dudum, de electionib. In mandatis, l. Diligenter. ff. Mandati Innoc. in cap. Super. de offic. deleg. & in alijs ferè omnibus. De hoc & ipſe memini in meo Pupillorum Patrocinio, titulo de tutorum & curatorum munere cap. 9. folio 46. nume. 59. in poſtrema edit. His iuridicis etiam conformia ſunt, quæ diuinos cultus, atque adeo etiam ipſa ſacrificia concernunt. Sic enim & in veteri teſtamento præceptum fuit, vt Deo offerrent ſua ſacrificia. Sed quando ea non debito modo, neque cum debitis circunſtantijs à lege præſcriptis offerebant, tunc quaſi non obtuliſſent, habebantur. Vnde prouerb. 21. Hoſtiæ impiorum abominabiles quæ offeruntur ex ſcelere. Et Hierem. 6 Vt quid mihi thus & ſabà offertis, & calamum ſuauè olentem de terra longinqua? holocauſtomata veſtra non ſunt accepta mihi, & victimæ veſtræ non placuerunt mihi. Item Amos. 5. Odi & proieci feſtiuitates veſtras, & non capiam odorem cœtuum veſtrorum. Si obtuleritis mihi holocauſtomata, & munera veſtra non ſuſcipiam, & vota pinguium veſtrorum non reſpiciam. Sic Eſa. 58. inuehens in impia Iudæorum ieiunia, ait: Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare ſicut vſque ad hanc diem, vt audiatur in excelſo clamor veſter. Nunquid tale eſt ieiunium quod elegi? &c. Et Hierem. 14. Noli orare pro populo iſto in bonum. Cùm ieiunauerint non exaudiam preces eorū, & ſi obtulerint holocauſtomata & victimas, nō ſuſcipiam ea, quoniā gladio, & fame, & peſte conſumam eos, &c.

ANNOTAT.

(a) Omissis. Sic paria eſſe, nihil facere, vel partem tantum indiuidui facere, ſcriptum reliquit Blarer in repetit. l. diffamari cap. 10. numero 71. C. [illegible] ex ſententia gloſſ. in l. furioſum per illum text. in verb. pro nihilo eſſe C. qui teſtam. fac. poſſ. voluitque ibidem poſt Bart. Iaſ. in fin. Alc. conſilio 101. numero 5. Et paria eſſe, actum non incipere, vel cœptum non perficere, tradit idem Blarer. in d. l. diffamari, cap. 8. numero 73. per

 l. fin.

l. final. §. illud. Cod. de codic. & §. penult. inſtitut. quib. mod. teſtam. infirm. quemadmodum & æquiparari, aliquid non eſſe, vel minus perfectum eſſe, ſcribit Blancus in praxi criminal. §. ignorantia, numero 43. allegans cap. 2. de tranſlat. Epiſcop. cum ſimilibus. Rurſus, nullum & imperfectum paria eſſe, probat, ex ſententia gloſſ. in cap. tuæ, in verb. ſtudiorum. de cleric. non reſident. VVeſembech. conſilio 12. ſub numero 42. Crauetta de antiquitat. tempor. in tertia parte princip. capit. vidimus in genere. numero 23. & voluit Chaſſen. ad conſuetud. Burgund. titulo 2. §. 4. verb. *mariage*. numero 13. Leoninus conſilio 56 numero ſeptimo. reſponditque in hanc ſententiam Burſatus conſilio 284. ſub numero decimo nono. paria eſſe, nihil ſoluere, & minus, vel imperfectè ſoluere, per l. hæredes eius. §. idem iuris eſt. ff. famil. erciſcund. l. his conſequenter, §. Celſus. & §. finali, ff. eodem. & l. ſi neceſſarias. § ſi vnus. ff. de pignor. actio. imo ſi res debita (inquit) tradita fuerit, ſed non perfectè, rurſus illam integram petere quis poterit, allegat gloſſa & Bartolus in l. Iulianus, § qui fundum. ff. de verborum obligationib. ſed declarat hæc procedere, vbicunque ius aliquod rei traditæ deficit, non autem vbi pars aliqua defuit, quia tunc non poſſit integra peti, vti per eum latius, poſt Iaſon. in dicto §. qui fundum, numero 9. ibidemque Zaſius numero quinto & ſequent. idemque Zaſius in l. ita ſtipulatus ſum, numero 4. ff. de verborum obligationib. pulchrè declarat, imperfectum pro nullo haberi, ſi ad conſummationem rei certa forma exigatur, per l. ſi is qui quadringenta §. quædam ff. ad legem Falcidiam, cum ſimilibus. alioquin hanc doctrinam non procedere, l. vbi autem, in principio, ff. de verborum obligationibus. Sic denique parificari, non gerere, & abſque debita ſolennitate gerere, tradunt per l. finalem, C. de arbitr. tut. & dicto cap. ſecundo. cum concord. de quibus per Panormitanum conſilio nonageſimo. numero 1. libro ſecundo. Vantius de nullit. proceſſ. titul. de null. ex defect. citat num. 35. & Oſaſc. deciſ. 172 num. 26.

(b) A LEGE. Ancharanus conſilio 241. ad finem. idemque in ſtatuto reſpondit Decius conſilio 362. numero 2. conſilio 434. numero 1. vbi apoſtill. conſilio 455. numero 7. conſilio 528. numero 12. conſilio 532. ſub numero 1. & conſilio 612. numero 2. Cephal. conſil. 421. numero 38. & poſt Crauett. quoque conſilio 182. ſub num. 10. Oſaſc. deciſ. 165. numero 11. & quando quid de forma eſſe dicatur, apud Felin. in cap. cùm dilecta de reſcr. Alb. Brun. tract. de forma & ſolenn. cap. quando aliquid cenſeat. trad. pro forma & ſolenn. Vaſq. de ſucceſſ part. 1. lib. 1. §. 4. & Viui. deciſ. 334 ſub nu. 6. dec. 355. num. 6. cum ſeqq. & deciſ. ſeq num. 3. videre eſt.

(c) ALIO MODO. Idem ferè voluit Alexander conſilio 50. numero 5. libro 5. Dec. conſilio 222. numero 2. in fine. conſil. 295. numer. 5. in fin. conſi. 466. numer. 13. conſ. 558. ſub num. 1. aliiſque ſuperius citatis. Zaſ. conſ. 5 numero 94 libr. 1 Euerar. conſ. 15. ſub numer 23. & ſeq. conſ. 59. num. 5. & ſeq. conſ. 74. nu. 4. & conſ. 230. nu 5. Tiraq. de retract. proxim. §. 36. gloſſa 2. ſub numero 39. copioſè Oſaſc. dicta deciſione 165. numero 26. Laurent. Auenion. deciſ. 22. numero 2. Eſt enim forma ſemper indiuidua, vt poſt Alexand. in l. ſi is qui quadringenta §. quædam, numero 3. ff. ad legem Falcid. aliosque tradit Oſaſc. d. deciſione 165. numero 5. in fine Rolandus conſilio 30. numero 6. libro 3. Cephal. conſ. 377. nu. 66. & conſilio 480. numero 31. Burſat. conſ. 55. ſub nu. 11. Viui. dec. 334. nu. 5. Surd. dec. 268. num. 19. Tiraq. de retract. conuention. §. 4. gl. 6. ſub nu. 31. & de retr. proxim §. 1. gloſſa 21. num. 12. vbi poſt Alex. in d §. quædam. aliosque, idem in omni ſolemnitate probat: & vtrobique poſt Dec. in c. prudentiam, nu. 20. & ſeqq. de off. deleg. & in c. de appellationibus. nu. 19. & ſeqq. de appel. aliosque; formæ omiſſionem, vel in minima parte, totū vitiare ſcribit. idemque Dec. in l. hac conſultiſſ. nu. 11. C. qui teſtam. fac. poſſ. Rol. d. conſ. 30. nu. 5. latè Ceph. d. conſ. 421. nu 47. & conſil. 769. (incipien. difficultas eſt) numero 10. Burſat. d. conſ. 55. numero 11. Surd. deciſione 202 ſub nu. 8. Peck. de iure ſiſten. c. 11. nu. 6. in fin. Vaſq. d. §. 4. n. 18. cum ſeqq. copioſe Viu. d.

deciſ.

deciſ.335.n 1.cum ſeqq. Aliter atque in omiſsionė leuis ſiue modicæ ſolennitatis, quę non viciat, vt poſt Bart.in l.1.§.vlt.ff.de vent.inſpic.alioſque, voluit Tir.in d.gl.6 ſub n.33.& latius in tract.de iud.in reb.exig.terend.verſ.ſecundo. Alex.conſ.138.n.3.in fin.ibidemque apoſtil. & conſ.141.ſub init.& nu.10.lib.2.Iaſ.in l.2.§.quod diximus.ſub nu.4.ff.ſiquis caut.& in l.etſi pepercerit §.1.num.14.ff.de lib.& poſth.Socin ſen.conſ.15.nu.51.lib.1.Pariſ.conſ.20.n.28.lib.4.Nat.conſ.46.ſub n.4.Crauet.conſ.182.ſub n.17 Ceph.conſ.100.n 7.& 28.Valaſ.vbi ſupra,ſub nu.29.Hotom.conſ.11.ad fin.lib.1.Leonin.conſ.12.ſub num.7.Menoch.conſ.96 num.3.Aluar.Valaſc.Luſitan.deciſ.92.ſub num.26.cum ſeqq.explicans exactiſſ.accedit Caual.deciſ.46.ſub numero 73.& ſeq.

Facere ineptè, vel impertinenter.

NVllo modo facere, & ineptè facere.Itē nullo modo agnoſcere, & impertinenter, vel indebitè agnoſcere, etiam iuxta præcedens caput, paria ſunt. Teſtib. Alexandro, Baldo, & Saliceto, in l. Si auiæ, C.de ſucceſſo. edicto. Vbi dicitur, Quod ſi primus non agnouit bonorum poſſeſsionem, vel ſi agnouit, non tamen agnouit vt debuit, tunc ſequens admittitur: ſecus fit autem ſi primus agnouit, vt debuit: quia paria (a) ſunt Nullo modo facere & ineptè facere: Item nullo modo agnoſcere, & ex nulla cauſa, vel ex capite nullo, vel ex impertinenti agnoſcere. Sic quoque paria ſunt: Nullo modo iudicare, & ineptè vel indignè iudicare, l.4 §. Condemnatum. ff. de re iudica. Matthęus de Afflictis, deciſ Neapolit. 281. numero 4 Item paria ſunt, Non adire hęreditatem, & non legitimè aut indebitè adire, l. Actus legitimi. ff. de reg. iur. vide infra ſub titulo, Hæreditas, Et rurſum paria ſunt libellum nullum exhibere, & exhibere libellum ineptum, vagū, incertum, incorrectum, generalem, obſcurum, contrarietatē ac repugnantiam continentē, aut talem quē iudex dētibus lacerare (b) poteſt, l 1 & ibi notatur. ff de offic aſſeſſo Et ob id dicitur, quòd libelli inepti exhibitio non magis interrumpat (c) præſcriptionem in iure coram arbitro, quàm ſi prorſus nullus libellus vnquam exhibitus fuiſſet, teſte Bapt. de S. Blaſio, in ſuo tractatu, de arbit. q. 44. Neque etiam talis ineptus libellus vnquam actionem vel accuſationem perpetuare poteſt. Bald. in l. Edita. Cod. de edend. Imò ex poſitionibus vel probationibus aptis iuuari non poteſt, teſte Specu. de offic. iudic. ver. Si iudex. (d) Item, paria ſunt. Non facere probationem, & facere probationem indebitam & ineptam, vel indebitè aut ineptè, ſcilicet per falſas literas, aut per falſos teſtes, Bartho. Chaſſe. in ſuis conſilijs, conſilio 44. numero 15. parte nō citata (e) l. de vnoquoque ff. de re iudica poſt publicationem (f) teſtium, & eorum depoſitionem, c. intimauit & c. fraternitatis, de teſtib. & l. Per hanc. C. de temp. appella.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Bellon. conſilio 74. ſub numero 2. Roland. conſ. 73. numero 28. libro 2. Decius in adducta l. ſi auiæ, numero 9. & ſequent. declarans procedere, niſi lex conſideret factum ſimpliciter abſque effectu iuris. Sed & Vant. de nullitat. proceſſ. titulo quotiens & intra quod tempus de nullitate agi poſsit, numero quinquageſimo tertio & quinquageſimo nono tradit, actum nullum haberi pro non facto, quatenus præiudicium tertij concernit, non autem quoad fauorem ipſius gerentis, quia propter dolum aut culpam nihilo-

nihilominus puniatur. quemadmodum ibidem numero 62. (inter alia quæ plurima adducit) luculento exemplo oſtendit, in falſificante inſtrumentum nullum aut inualidum: quia licet huiuſmodi falſitas non ſit apta quę alicui noceat, adeoque non committatur falſum, Bart. in l. ſi quis legatum numero 2. ff. de falſ. Alexand. conſilio 70. numero 11. conſilio 74. numero 20. lib. 1. & conſilio 145. lib. 6. aliique à Vant. recenſiti. Gramm. deciſio. 2. ſub numero 28. deciſ. 27. numero 3. & dec. 74 numero 19. & 20. Natt. pleno conſilio 538. Olaſc. conſil. 66. numero 8. Cephal. conſilio 661. numero 29. & 52. Clar. ſent. lib. 5. §. falſum numero 35. Burſ. conſilio 404 numero 44. ſub numero 47. & ſeq. Maſcard. de prob. concl. 739. numero 13. cum ſeq. Triuiſan. deciſio. 4. numero 7. & 18. lib. 2. Menoch. conſilio 221. numero 22. & conſilio 67 numero 15. tamen culpa & dolus falcificantis puniatur, ſaltem pœna extraordinaria. & hanc communem teſtatur. poſt alios accumulatos Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 4. caſu 306. numero 16. & ſeqq. & ex præiudicio ſenatus ſui Viui. iuſta deciſ. 540. Clarus latiſſ. vbi ſupra: & poſt eum Soarez in lit. T. numero 259. in Theſau recept. ſentent. Surd. declarando deciſ. 282. numero 18. accedit Marc. quæſt. 669. & quæſt. 737. lib. 1. Ruin. conſilio 17. circa fin. lib. 4. quanquam contra ſentiant plures à Menoch. relati. Atque huc adde quæ diximus ſupra tit. eſſe inualidum, ad verb. æquiparantur.

(b) LACERARE. Panorm. numero 5. Felin. numero 6. in cap. ad aures, de præſcript. Iaſ. in adducta l. 1. numero 4. in fin. & numero 6. Dec. in cap. dilecti numero 6. de iudic. & poſt Curt. Iun. conſilio 163. numero 2. alioſque Bellon. conſilio 25. ſub numero 1. Rebuff. ad conſtit. reg. tract. de conſuet. art. 2. gl. 13. numero 40 cum ſeq. Cephal. conſilio 100. numero 8. cum ſeqq. Menoch. lib. 2. præſ. 48. numero 22. & lib. 5. præſ. 34. num. 7. Gaill. lib. 1. obſer. 62. numero 2. & obſer. 66. numero 4 latiſſ. Crauet. (docens quomodo colligatur ineptitudo) conſilio 151. numero 3. Decian. conſilio 109. numero 1. & 2. lib. 3. Procedit tamen huiuſmodi libellus, ſi parte non opponente, ſententia ſuper eo feratur, vt poſt gl. & doct. in l. fin. C. de annal. except. tradit Iaſ. in l. Titiæ textores. ſub numero 14. ff. de leg. 1. in l. 1. ſub numero 1. ff. de edend. & in §. curare numero 16. ibidemque Zaſ. verſ. 7. multum not. inſtit. de act. Dec. in d. cap. dilecti numero 64. & ſeqq. Guid. deciſ. 221. ſub numero 4. Strach tract. de mercat. in 3 partic. vlt. part. princ. numero 2. in fin. Vant. de nullit. proceſſ. titu. de nullit. ſentent. ex defect. proceſſ. numero 26. Viui. deciſ. 41. ſub numero 1. Gaill. d. obſeruat. 62. numero 12. & d. obſer. 66. num. 6. Quanquam aliud ſit ſi expreſsè ineptus ſit libellus, tunc enim ipſo iure nulla eſt ſententia, Vant. qui ſupra numero 22. Gaill. d. obſeruat. 66. in princ. Chaſſen. conſilio 51. numero 1. Menoch. conſilio 351. numero 8. ſentitque Iaſ. in d. l. 1. nume. 38. ff. de edend. Dec. in d. cap. dilecti numero 50. & ſeq. Alex. ad l. 1. §. fin. ſub numero 5. ff. quod quiſ. iur. idem de inepta exceptione docens. In criminalibus quoque, libellus obſcurus vel generalis non procedit, etiam parte non opponente, Alexand. conſilio 72 ſub numero 11. lib. 1. Dec. in d. cap. dilecti numero 66. & in conſilio 83. ſub numero 2. Iaſ. in d. l. 1. numero 2. ff. de edend. & in d. §. curare numero 17. ibidemque Zaſ. verſ. prædicta procedunt Marſil. in praxi §. ſecunda numero 87. & ſeq copioſè Gaill. commune atteſtatus d. obſer. 62 num. 13.

(c) INTERRVMPAT. Iaſ. in l. licet, ſub numero 6. C. de procur. apoſtill. ad Caſtrenſ. in l. ex hoc edicto, ad verb. interrumpitur ff. de eo per quem fact. erit Marant. de ord. iud. part. 5. numero 62. ad fin. Gaill. lib. 1. obſeruat. 67 numero 5. Felin. in cap. gratum, ſub numero 4. de offic. deleg. & in cap. ex tenore, ſub numero 5. de reſcript. vbi idem in litiſconteſtatione inualida, in qua pariter, ac in citatione inualida, idem Iaſ. in d. l. licet numero 3. & ſeq. Tiraq. de retract. proxim. §. 1. gloſſ. 10. numero 85. Chaſſen. late conſilio 47. ſub numero 16. & numero 19. Dec. in cap. at ſi clerici, ſub numero 108. & 110. de iudic. Gaill. d. lib. 1. obſeruat. 74. numero 21. Afflict. deciſione 366. ſub numero 26. Vant. tit. de nullit. ex defect. citat. ſub num. 14. & tit. quotiens & intra quod temp. de nullitat. dici poſſ. numero 29. & ſeq. Roland. conſ.

68. num.

68.numero 19.lib.2. Felin in cap.illud numero 5.de præſcript.dum poſt Abbat.ibidem, generaliter aſſerit, actum ad interrumpendam præſcriptionem neceſſarium, ſi fiat inepte nihil operari ibidemque numero 6.declarat, ijs caſibus, quibus per citationem interrumpitur præſcriptio (de quibus ille ibidem, & Guid.deciſ.416. numero 2. Gaill.d.obſer 73. numero 22. Mynſinger.obſer.26.in fin. centur. 4. alijſque a Tiraquell. relatis d. gl. 19. ſub numero 86.) non referre, ſi (ſubſiſtente citatione) libellus ac reliquæ partes iudicij fuerint inualidæ. id quod probat & Aretin.conſ.30.num.10.& Menoch.conſ.307.numero 38.

(d) NEC RESTITVENDA. Puto allegare voluiſſe Spec. de offic. omn. iudic. §. deſeruit, verſ.quid ſi libellus numero 18.idemque Corn.conſilio 23.numero 6. lib. 1. & conſilio 99. ſub numero 11.lib.3, Alexand.d.conſilio 72.ſub numero 11.& in l. diuus numero 15. ff. de re iudic. latè Iaſ.in adducta l. 1. numer. 7 & 8 ff. de oſſ.aſſ. & in d.l. 1 ſub numero 37.ff.de edend. Dec.d.conſilio 83.ſub num. 2. Roman.conſilio 446.ſub numero 9.ibidemque Mandoſ in liter. g.Gaill.de arreſt.imp.cap.5.numero 7.& de pace publ.lib.1.cap.13. nume. 16. Surd.deciſ.70.numero 2 Maſcard.de probat concluſ.36.numero 42.cum ſeq. & 66. Soarez (commune atteſtatus) recept. ſentent.theſaur. in lit. L. numero 160. & poſt Afflict. deciſione 60. & Boer.deciſ. 42.numero 17.cum ſeqq. alioſque, Crauett. conſilio 80.numero 17.conſilio 21 numero 8.& conſilio 272 ſub numero 13. & ſub numero 19. vtiobique limitans, quando proceditur ſola facti veritate inſpecta.de quo, poſt Dec in d.cap.dilecti numero 18.aliiſque, Natt.pleno conſilio 617.Cephal.conſilio 705. numero 8. & poſt Tiraq. de retract.conuent.ad fin tit.quæſt.16.numero 103.alioſque Menoch.de arbit.iudic.lib.1 quæſt. 31.de his, alijſque huc pertinentibus, diffusè diſſerentes.

(e) NON CITATA. Text.in cap.2.de teſtib.vbi poſt alios Felin. num. 1. & 3. Corn. conſilio 149.numero 27.lib. 2.Caſtrenſ.conſilio 56.numero 1. lib. 1.l.epid. (vbi in cauſa inquiſitionis) Luc.dec.133.Gaill lib.1. obſeruat. 96.nume. 4. 5 6.& 8. latiſſ Menoch. conſilio 365.numero 19.& ſeqq. Maſcard.de probat lib 1.quæſt. 5 numero 36. cum ſeqq.& concluſ. 396.numero 12. cum ſeqq.& exactiſſ. concluſione 682.adeo vt ita nulliter recepti teſtes, poſſint iterum examinari ſuper eiſdem articulis, non obſtante publicatione priorum atteſtationum, vti pulchrè reſpondit Caſtrenſ. d.conſilio 96. numero 3. Alexand. conſilio 130. in princ.lib.1. & conſilio 213.numero 17.lib. 2 & in l.qui per ſalutem numero 2. poſt Bart. ibidem numero 4. ff.de iureiur. Felin.in d.cap. 2.in fin. Socin. reg. 403. fallent. 1. Schurpf conſilio 41 ſub numero 12.centur.2 Capyc.deciſ. 25.numero 7 Tiraq in l.boues §.hoc ſermone. limit. 2.numero 10 de verb. ſignif. Soarez (commune probans) recept. ſent. theſ.in. lit. T numero 183.diffuſè Menoch. d.conſilio 366. numero 22. & ſeqq. addens rationem, poſt Bald.in cap.veniens. 2. numero 7.de teſtib. quia habentur ac ſi primo loco penitus recepti non fuiſſent.quemadmodum & Gaill.lib.1.obſeruat.105.numero 22.& ſeq.eam huius ſententiæ aſſcribit rationem, quòd paria ſint, non fieri vel minus ritè fieri, l. hæc conditio ff. de condit.& demonſtrat. cum ſimil. Et hæc quidem regulariter: aliter atque ſi periculum mortis teſtis moram non patiatur, tunc enim, etiam parte non citata, recipitur, vt poſt Felin. in d.cap.2. numero 13. Marant. de ordin.iudic. part. 6.tit.de citat. numero 29.alioſque probat Gaill.d.lib. 1. obſeruat.92.numero 15. obſer.93.numero 4.& obſer.94.numero 4.Mynſinger. centur. 5. obſeruat. 91.numero 13. vbi & alias huiuſmodi exceptiones videre eſt; vt & apud Marant. & Miſc. vbi ſupra.

(f) POST PVBLICATIONEM. latiſſ. Gaill.d. obſer. 105. numero 2 & ſeqq. vbi poſt Socin d.reg. 403. Port.lib. 1.comm. opin.concluſ. 39. alioſque, multas adducit fallentias. vt & Menoch. de arbitrar. iudic lib 1.quæſt.34. accedit Mynſing.centur.1 obſeruat. 32. obſer. 41.& centur.8.obſeru.59. Cardin. Put. deciſione 219 lib.2. Couarr. pract.quæſt.cap. 18.numero 6. Maſcard.d.quæſt. 5.numero 45.& ſeq. & Roland.pleno conſilio 45.li.2. dum idem,

Digitized by Google

idem hac in re probant, in cauſa appellationis, quod in prima inſtantia. cuius tamen contrarium in Camera Imp. obſeruatum teſtatur Mynſinger. d. obſeru. 41. Reliqua ab auctore hic tradita, ornamus ſuis locis commodius.

Factum eſſe malè, aut indebitè.

S*Imiliter aliquid non eſſe factum, & perperam, ſiue non debitè eſſe factũ, paria* (a) *ſunt*. Ad quòd facit textus, in l. Nulla. ff. de autor tutor, & in l. Quamuis. §. Si conuenerit. Et ibi. Bartol. ff. Ad S. C. Velleia. Item nulla differentia eſt (inquit Vlpianus) an non interueniat autoritas tutoris, an eadem perperam & indebitè adhibeatur. Et idem in d. §. Si conuenerit, ait. Quid enim intereſt, non det, an talem det? hoc eſt, quid intereſt, an debitor non det fideiuſſorem, an det inſufficientem, (b) vel inutilem. Quia ſcilicet verba ſemper cũ effectu (c) ſunt accipienda, l. de die. §. 1. ff. Qui ſatiſdar. cogant. l. Si per alium. §. docere. ff. Ne quis eum qui in ius voca. eſt vi eximat. Item, paria ſunt: Tutor inuitus, vel mente captus, vel interualla paſſus aliquid conſenſit, & tutor omnino, non cõſenſit, nec vllam ſuam authoritatem ad hoc conceſſit, vt habetur, l. 1. §. Tutor. l. Obligari. §. Tutor. ff. de author. & conſen. tuto. Et paria ſunt: Non interueniſſe iuſſum, vel mandatum, & mandatum non debitè eſſe factum, l. Si quis mihi bona. §. Iuſſum, & ibi Iaſon. ff. de acquirend. hæredit. Sic & paria ſunt: Non reſpondere, & perperam vel non debitè reſpondere, l. De ætate. §. Nihil intereſt. ff. de interrogat. act. Et vt ait. Vlpianus. Dolo malo non edidit, & qui malitioſè edidit, & qui in totum non edidit, l. Vbi. ff. de edend. Item, paria ſunt: Non dediſſe fideiuſſorem iudicio ſiſtendum, & dediſſe fideiuſſorem qui certo priuilegio à foro exemptus eſt, & tutus, l. 1. ff. Si quis in ius vocat. &c. & in l. Non putauit. §. Non quæuis. ff de contratabul. Et Iaſon, in l. Quotiens. ff. Qui ſatiſdar. cogant cum alijs ſimilibus iurib. vulgarib. Huius etiam recordatus ſum, in meo pupillorum Patrocinio. titu. de tutorum & curatorum munere. cap. 9. folio 46. verſu. numer. 60. in mea poſtrema editione. Sic etiam aſſerit Ioann. de Neuizanis, vt ibi latius, in ſuis conſilijs, conſilio 7, num. 15. De his & paulò infra, Facere malè, indebitè, illegitimè.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Coraſ. ad l. 1. ſub numero 6. ff. de oper. noui nunciat. Grammat. conſ. 32. numero 3. in ciuil. Chaſſen. conſilio 18. ſub numero 19. & conſilio 39. ſub numeris 70. & 94. Roland. conſilio 73. numero 29. lib. 2. Oſaſc. deciſione 39. numero 11. in fin. latè Menoch. conſilio 351. numero 36.

(b) INSVFFICIENTEM. Diximus abundè ſuperius, tit. Cautum eſſe vitioſè.

(c) EFFECTV. cap. relatum, de cleric. non reſident. cap. hæc autem verba, de pœnit. diſtinct. 1. l. nomen filiarum §. fin. vbi Alciat & latè Rebuff. de verb. ſigni. idemque Reb. ad conſtit. reg. tract. de lit. oblig. art. 1. gl. 14. ſub numero 1. Iaſ. in l. pœnult. §. quotiens nu. 6. cum ſeqq. ff. de iuriſd. omn iud. Royz. Lituan. deciſ. 4. num. 257. Tiraq. de retract. proxim. §. 1. gl. 8. numero 28. Burſat. conſilio 378. numero 24. Vinc. dec. 341. numero 3. Surd. dec. 303. nu 5. Viui. (declarans etiam) deciſione 87. numero 2. & deciſ. 188. num. 5. latiſſ. Cephal. conſ. 312. num 59. cum ſeqq. & conſilio 604. num. 4. cum ſeqq. & 35. cum ſeqq.

Facta

Facta purè & conditionaliter.

Aliquid factum eſſe purè, & factum eſſe ſub conditione purificata, paria (a) *ſunt*. l. finali. §. Titius. Vbi Angel. ff. de vulga. & pupillar. ſubſtitu. l. Si pupillus. ff. de condit. inſtitut. Vbi dicitur hæreditatis conditionem purificatam habendam eſſe, pro ea qua purè hæreditas defertur. Et in l. Sed & ſi. §. finali. ff. de acquirend. hæreditate dicitur, quòd qui credit ſe eſſe purè inſtitutum, licet ſit inſtitutus ſub conditione, quæ ſit purificata, poteſt tamen eandem hæreditatem adire, quia iſta duo inter ſe nõ ſunt diuerſa, vti docet Barto. in l. Hæres inſtitutus, eodem titulo, & in l finali. §. finali. ff. de verb. oblig. Quin etiam obligatio pura, & obligatio conditionalis purificata adæquantur, tam in ſtipulatione quàm in contractu ſtricti iuris. Item ſi eſſet ſtatutum aliquod, vt inſtrumentum purum & liquidum mandetur executioni abſque aliqua exceptione, & vt perſona ipſa capi poſsit: profectò idem tale ſtatutum etiam vendicat ſibi locum in inſtrumento continẽte debitum conditionale, atque ſi ea conditio iam euenerit, & per hunc euentum purificata (b) fuerit. Per hanc enim ſic purificatam conditionem poterit & tale inſtrumentum mandari executioni, ex eadem forma ſtatuti, ac ſi à principio debitum fuiſſet purum. Ange. in d. l. finali. §. Titius. Atque hinc etiam dicimus, quòd in contractibus conditio retrotrahitur ad tempus contractus celebrati, ita vt in eo ſpectandum ſit contractus initium, & non tempus quo conditio ſtatuta fuit, l. Qui balneum. ff. Qui potio. in pigno. habean. Secuta enim & adimpleta conditione contractus (c) habetur perinde ac ſi ab initio fuiſſet purè, & ſine conditione celebratus: vti docet Decius in ſuis conſilijs, conſilio 279. incip. placet. nume. 2. per textum in l. Potior. §. Videamus, d. titulo, & Pet. Paul. Pariſius allegans plura conſilio 11. num. 64. lib. 1.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Ceph conſ. 445. nu 18 cum ſeqq. Menoc. conſ. 106. nu. 40. conſ. 227. ſub nu. 56. & 63. & lib. 3. præſum. 125. num. 5. extenſiſſ. exemplis illuſtrans, declarans, & limitans tribus modis Gomeſ. de contract. c. 11. nu. 30. & ſub numer. 31. Quemadmodum & è diuerſo paria eſſe, nihil fieri, vel ſub conditione fieri quæ non purificetur, probat Crauetta conſi. 435. ſub numero 26. & numero 23. & conſ. 796 ſub num. 6. Roland conſ. 58 nume. 15. cum ſeqq. & conſilio ſeq. numero 7. & ſeq libro 3. latè conſ. 63 nu 16 cum ſeqq. libro 4. Burſat conſilio 155. ſub nu. 7. Ceph conſ. 56. nu. 11. & ſeq. conſ. 118. nu. 12. conſ. 312. nu. 94. & ſeq conſ. 320. nu. 13 conſ. 334. nu. 32 & 14. conſ. 394. nu. 32. & conſ ſeq. nu. 21. latè conſ. 497. nu. 41. cũ ſeqq. conſ. 608. nu. 80. conſ. 672. nu. 6. cum ſeq. & conſ. 684. nu. 34. Gaill de pace publ. lib. 2. c 4. ſub nu. 11. Vin. dec. 2. n. 19. & dec. 34. nu. 6. & eſt tex in l. pecuniam, verſ. perinde eſt. vbi poſt alios Iaſ. nu. 4. Dec. nu. 4. & Zaſ. nu. 26. cum ſeq. ff. ſi cert. pet. Rebuff. in l. ſi qua pœna, verſ. colligite tamen. ff. de verb. ſigni. voluitque Valaſ. Luſit. dec. 82. verſus fin. Surd. dec. 210. nu. 7. Menoch. lib. 4. præſum. 183. nu. 13. cum ſeqq. declarans latius.

(b) PVRIFICATA. Opinionẽ hanc, pro qua conſulendũ & iudicandũ dicit, latè defendit ab impugnatione Imolæ ibid. Iaſ. in adducto § Titius, nu. 4. 5. & 6. oſtenditque purificationem hanc (quando non agitur de retrotrahendi effectu) ſecundum veritatẽ nõ fictionem procedere. idemq; Suar. in repet. l. poſt rẽ, ff. de re iud. in 5. limit. ad l. reg. Corn. conſ. 112. n. 4. & conſ. 430. nu. 6. lib. 5. Dec. conſ. 107. n. 2. ibidemque apoſtil. in lit. A. Rebuff. ad conſtitut. reg. tomo 1. de liter. obligat. artic. 2. gloſſa vnica, numero 74. & in l. creditores, verſic. ex

quibus colligere poſſumus, ff. de verborum ſignif. Couarru, variar. reſolut. libro 2. c. 11. nume. 2. ver. 5. apparet. Ant. Gomeſ. ad l. 64. Tauri. nu. 7.

(c) CONTRACTVS. Sic Alc. ad l. 1. ſub numero 7. ff. ſi cert. petat. & in d. l. creditores. ad verb. ſub conditione de verborum ſignif. ſcribit, poſtquam conditio euenerit, cenſeri etiam proprie retro creditorem fuiſſe: vt hoc voluit & Zaſius in § item ſi quis in fraudem, ver. nunc ad 3 caput. inſtitut. de action. & Rebuff. ad d. l creditores, in verſ. nec obſtat. licet ſecus ſit (inquit vtrobique Alc.) in legatis: quòd in iis conditio retro non trahatur, per l 1. §. ſerui. ff. ad Syllan. Nam & ante conditionis euentum, non dicitur creditor in legatis, perinde atque in contractibus, l. is cui ff. de action. & obliga. pulchre Bertrand. conſ. 88. numero 8. libro 1. impreſsion. Lugdun. quanquam tunc nec in contractibus proprie creditor dicatur, vt voluit Alc. vbi ſupra Alexan. conſilio 65. numero 5. & conſilio 106 numero 7. libro 5. Ceph conſilio 626. numer. 21. & 27 Zaſius in d. §. item ſi quis. poſt Iaſ. ibidem numero 60. Lepid. Luc. dec. 153. verſ. nec obſtant. Rebuff. in d. l creditores. verſ. ex quibus infertur. cum ſeqq. declarans & limitans latiſſ.

Facere malè, vel indebitè.

F*acere malè & non facere, paria (a) ſunt. Vel facere ita, vt factum tale ſit nullum, (b) & omnino non facere, æquiparantur*: in cap. 1. & ibi Panor. num 27 extra, de ſentent. & re iudica. cap. 2. de tranſlatio. & cap. Tuæ, extra de cleric. non reſiden. Vnde etiam in d. ca. 2. dicitur quod in effectu paria ſint: nullam proferre ſententiam, & proferre ſententiam, ſed contra leges (c) vel canones: quia ſicut ex ſententia, quæ eſt nulla, non poteſt fieri executio (d) l. A diuo Pio. ff. de re iudicat. l. Ordo. C de execut. rei iudicat. Ita quoque executio fieri non poteſt ex ea ſententia quæ aduerſus leges vel canones lata eſt: vt habetur in d. cap. 2. cum gloſſa, ad verbum, Inutilem, vbi dicitur, quòd paria ſunt: Non facere, & inutiliter (e) facere, & ita multò magis, malè facere par eſt cum non facere. Et in d. cap. Tuæ. dicitur, quòd ad hoc, vt aliquis abſens non habeat fructus beneficiorum ſuorum, paria ſint, non eſſe in ſtudio, & eſſe in ſtudio, ſed non in loco priuilegiato, (f) vel in quo nullum aut non competens ſtudium eſt. Sic item paria ſunt: Non ſatiſdare & nulliter ſatiſdare, l. Quotiens. ff. Qui ſatiſdare cogantur. Item, Non cauere, & non idoneè cauere. l. 1. ff vt legat. no. caueat. Item, Non offerre, (g) & offerre, ſed non ſecundum diſpoſitionem legum, adeoque & nulliter offerre, l. Acceptum. Cod. de vſur. l. Qui decem. ff. de ſolut. Item, Non appellare (h) & nulliter appellare paria ſunt. c. 2. de appella.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Decianus conſilio 38. numero 70. & ſeq. libro 3. Surd. deciſ. 51. nu. 14. & dec. 122. numero 6.

(b) NVLLVM. Dyn. conſilio 20. verſ. item patet. Rolandus conſilio 63 numero 28. libro 1. conſilio 41. numero 32. libro 3. conſilio 68. numero 42. lib. 4. Natta conſ 402. ſub num. 54. Ceph. conſ. 661. num. 26. conſi. 670. num. 28. Viuius dec. 34. ſub nu. 37. poſt Oldrad. conſ. 238. ſub num. 1.

(c) CONTRA LEGES. Matheſyll. ſingul 19. & inibi latè apoſt. Dec conſ. 8. numero 1. Rebuff. ad conſtit. reg tomo 3. tract de arbitr. art 1. gl. 9. nu. 20. Burſ. conſ. 220. nu. 10. & ſeq. extractiſſ. Vant. de nullit. ſenten. ex defectu proceſſ. ex nu. 118. vſque ad num. 125.

(d) EXECV-

(a) NON CONSVEVIT. Sic ea quæ à Principis voluntate pendent, impoſsibilia cenſentur, niſi ſint conſueta concedi, vt docet poſt alios Alexand. in adducta l. idem Iulianus (alìàs apud Iulianum) §. fin. ſub nu. 5. ibidemque Iaſon numer. 13. & ſeqq. Zaſ. in verſ 6. coll. ff. de legat 1. Dec. in l. 1. numero 31. ff. de off. eius cui mand. eſt iur. Natta conſilio 60. num. 10 Viuius deciſione 339. numero 31. Couar. de ſponſal. parte 2. c. 3. numero 8. vbi videatur latius, & poſt eum Soarez recep. ſent. theſ. in litera P numero 273 cum ſeq.

(b) NON PRAESVMITVR. Dec. conſ. 399. ſub numero 8. & conſilio 148. ſub nu. 1. verſ. ad prædicta. latè Euerar. conſi. 59. ſub nu 7. verſ. modò conſuetudo. Crauetta conſilio 425. numero 38.

(c) PRAESVMPTIO. Præſumitur enim contra reſcriptum vel priuilegium deuians à ſolito curiæ ſtylo, vt notat Panorm in cap. 2. numero 16 de reſcript. Marc. quæſt 741. num. 1. lib. 1. Euer. d. conſilio 59. numero 7 apoſtil. ad Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 37. in fin. Menoch. lib. 2. præſumpt. 8 numero 20. & lib. 5 præſumpt 74. numero 8. Burſat. conſilio 143 numero 23. Trauſan. deciſ. 4. numero 15. lib. 2. latè Rebuff. ad conſtit. reg. tomo 3. tractat. de conſuetud. artic. 2. gl. 13. numero 31. & ſeqq. & communiter probat Soarez recept. ſent. theſ. in lit. R. numero 52. exactiſſ. Mafcard. de probat. concluſ. 626. num. 12. concl.

concl. 126. num. 3. cum ſeqq. & concl. 1341. numero 28. cum ſeqq.

(d) NOVA. Arguitur enim fraus ex nouitate, quando aliquid tentatur contra antiquã conſuetudinem, ſicuti, poſt Butri. conſilio 42. ſub init. tradit Menoch. d. præſumpt. 34. numero 13. & conſilio 748. num. 46. & 47. Crauett. conſilio 28. numero 5. in fin. & conſilio 238. ſub numero 14. Cephal. conſilio 583. numero 36. dum nouitatem euitandam docent. de quo latiſſ. etiam Viui. deciſ. 255. num. 26. cum ſeqq. & deciſ. 339. num 21. & ſeqq.

(e) CONSVETVDINE. Alex. in l. poſt dotem n. 26. ff. ſolut. matr. in conſ. 37. n. 9. lib. 2. & conſ. 8. n. 4. lib. 5. Dec. in c. 1. ſub nu. 66. & nu. ſeqq. de poſtul. præl. conſ. 441. n. 12. & ſeq. & conſilio 597. nu. 3. Ripa conſilio 12. nu. 3. tit. de iure emphyt. in nouis. Magon. Luc. dec. 7. num. 21. Decian. conſilio 44. nu. 7. & conſ. 46. ſub nu. 123. lib. 2. latè Cardin. Put. deciſ. 180. num. 2. cum ſeqq. lib. 1. & deciſ. 355. num. 2. lib. 3. Molin. conſ. 53. num. 3. & ſeq. & ad conſuet. Pari. §. 7. num. 35. & §. 22. num. 86. Coraſ. de art. iur. part. 4. cap. 27.

Facta per Magiſtratum.

F*Acta (a) per ciuitatũ rectores, & facta per ciuitatem, vel communitatem ipſam, paria cenſentur*. Quocirca contra ciuitatem totam aut contra eiuſdem ciuitatis Rempublicam vniuerſam, & contra eiuſdem ciuitatis ciues quoſlibet concedi poſſunt Repræſaliæ illi, qui propter eiuſdem ciuitatis rectores, nempe propter ipſorum delicta, paſſus eſt incommoda, & iniqua. Nam ex rectorum delictis colligitur deliquiſſe tota ciuitas, imò & ciues ſinguli. Verùm in hoc caſu notandum quòd tum ciues, tum tota ciuitas actionem habet, & recurſum (b) contra ipſos rectores, ita vt actionis litem contra tales rectores intentare poſsint. Ita dicit Angel. de Peruſio, in l. Metum autem. §. Animaduertendum. ff. Quod met. cauſ. allegat. l. 1. ff. de magiſtra. conuenien. Et l. Lucius §. Imperator. ff. ad municipat. Vbi Vlpianus: Animaduertendum eſt, quòd prætor generaliter & in rem loquitur, nec adijcit à quo geſtum ſit, & ideo ſiue ſingularis ſit perſona ea quæ metum intulit, vel populus vel curia, vel collegium, vel corpus huic adiecto locus eſt. Atque hinc eſt, quòd ſi quis velit vniuerſam ciuitatem conuenire, huic non eſt opus vt omnia ſuppoſitorum, vel ciuium nomina in libello comprehendat, & eoſdem (c) nominatim citet, ſed ſufficit quod præſidentium vel magiſtratuum officia exprimat, hoc modo. Magnifice Domine Iudex, Ego Sempronius exhibeo hunc libellum aduerſus conſules, totumque decurionum (d) ſeu Senatus ordinem talis Ciuitatis. &c. Ita Bartol. in l. 1. C. de iure Reip. lib. 11. Sic quoque & Syndicus eundem libellum totius Ciuitatis nomine (e) ſub titulo officiorum, vel rectorum eiuſdem Ciuitatis concipit, vt notatur, in Authentica. Sed hodie. C de epiſcop. & cleric. Sic etiam ſi Præfectus Ciuitatis, aut Conſul, vel totus Senatus qui totius Reipubl. adminiſtrator eſt, aliquid totius Ciuitatis nomine acceperit mutuum, deque eo mutuo confectum ſit inſtrumentum obligatorium, in quo nemo nominatim expreſſus habetur, ſed ſola Officiorum nomina, eademque pecunia ſit conuerſa (f) in rem Ciuitatis, profecto tota ipſa Ciuitas tenetur de mutuo. l. Ciuitas, & ibi Doctores. ff. Si certum petatur. Et Bald. in titul. De pace Conſtantiæ. §. Damna. verſic. Ab vniuerſitate dicit: Quod factum per poteſtates, & conſiliarios & ancianos, id videtur eſſe factum à tota vniuerſitate. (g)

Digitized by Google

hæc tamen ſecundum quoſdam (h) locum non habent, quando ipſa vniuerſitas probaret, ſe id delictum neque ſciuiſſe, neque poſt cognitionem ratum habuiſſe, (i) teſte Oldrad. in ſuis conſiliis, conſilio ſuo 66. Idem allegat etiam Angel. vbi ſupra, gloſſ in Rubrica, Cod. Quæ ſit longa conſuetu. Quod illud quod fecit conſilium (k) populi, intelligitur factum eſſe à toto populo. Quam gloſſam dicit non eſſe alibi. Item, quòd conſilium facit pulſata campana, (l) vel quod maior pars facit, id omnes feciſſe videntur, ſecundum gloſſam in l. Sed ſi ex dolo, ſuper verbo. Facere poſſunt. ff. de dolo. Variè itaque in hac materia loquuntur Doctores, vti licet prolixius videre per D. Fredericum Schenck à Tautenberg, in ſuo viridario concluſionum iuridicarum, Tomo primo, concluſionibus 79. 80. 81. vbi hanc materiam fuſiſſimè tractat.

ANNOTATIO.

(a) FACTA. latè Pariſ. conſilio 71. numero 14. cum ſeqq lib. 1. Natt. conſilio 341. numero 5. & conſ. 493. numero 13. Burſat. conſilio 494. ſub numero 24.

(b) RECVRSVM. Natt. d. conſilio 493. ſub numero 18.

(c) NOMINATIM CITET. Guid. deciſ. 321. Gaill. lib. 1. obſeruat. 49. nu. 6. Myn-ſing. cent. 5. obſeruat. 50. numero 3. cum ſeqq.

(d) DECVRIONVM. Horum loco ſurrogantur ciuitatum conſiliarij, vt ſcribit Alex. conſilio 17. numero 2. lib. 6. & poſt alios etiam Roland. conſilio 90 numero 2. lib. 1. Pract. Carer. in repet. l. 2. ſub numero 180. verſ. loco quorum. C. quor. app. non recip. Oldendorp. in progymnaſ. claſſe 1. action. 2. ſub init. Alciat. ad l. pupillus. §. decuriones. ff. de verb. ſignific. vel vt ibidem ait Rebuff. conſules & ſcabini. & æquiparari conſiliarios & rectores ciuitatum decurionibus, dicit Roder. Suares allegat. 12. numero 6. probatque latè Gramm. vot. 1. numero 21. cum ſeqq. Quemadmodum & noſtri temporis conſules ſeu magiſtros ciuium, comparari in iure duumuiris, qui olim erant apud Romanos duo ex decurionibus lecti, reſpondit, ex ſententia Alciat. in l. præſes C. de tranſact. & diſpunct. lib. 3. cap. 5. aliorumque Leonin. conſilio 57. numero 5. & Oldend, vbi ſuprà. Latè de his etiam Coraſ. Miſcellan. lib. 3. cap. 6.

(e) NOMINE. Quanquam enim ſyndicum non poſſe ſyndicario nomine accuſare, tradat poſt gl. & alios Salyc. in l. 2. numero 7. C. qui accuſare non poſſ. & hanc communem atteſtetur nouiſſ. etiam Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 36. numero 8. cum ſeqq. vt & Clar. ſentent. lib. 5. §. fin quæſt. 14. numero 24. tamen idem ibidem Clar. poſt Bald. in l. 1. numero 35. C. de accuſat. tenet indiſtinctè, ſyndicum poſſe, in iudicio capitali, comparere pro ipſa vniuerſitate, tam accuſando quàm defendendo. id quod frequẽtius obtinuiſſe cenſet Mynſinger. obſeruat. 76. centur. 4. & voluit poſt Bart. in l. 2. §. pupillus numero 7. ff. de accuſat. alioſque Marc. quæſt. 701. in princ. lib. 2. in nouis. idem aſſerentes in tutore. Syndicum enim ab vniuerſitate conſtitutum æquiparari tutori, probant, præſertim Bartol. Salyc. & Decian. vbi ſuprà. Alex. conſilio 22. numero 9. lib. 1. Dec. conſilio 297. ſub numer. 1. & 2. Ruin. conſilio 67. numero 8. & ſeq. lib. 5. Natt. conſilio 45. numero 5. Menoch. conſilio 31. numero 39. & conſilio 128. ſub numero 21. Crauett. conſilio 494. numero 8. in fin. & num. 25. generaliter in adminiſtratoribus reip. comparationem comprobans. & voluit Gaill. lib. 2. obſeruat. 72. numero 13. Leonin. d. conſilio 57. nume. 7. & 8.

(f) CONVERSA. Aliàs autem vniuerſitas per præfectos aut priores non aliter obligatur, quàm ſi id illis ſpecialiter committatur, vt poſt gloſſ. in l. item magiſtri., in fin. ff. de pact. quam communiter approbatam dicit, reſpondit Alexand. conſilio 135. numero 1. lib. 7.

Soarez

Digitized by Google

Soarez receptarum ſentent. theſau. in litera V. numero 67. & voluit poſt alios Zaſ. in adduct. l. ciuitas. numero 14.

(g) VNIVERSITATE. Et hoc ſecundum elegantem diſtinctionem Bartol. in l. aut facta. §. final. ff. de pœn. quam dominos Cameræ Imper. ſecutos, eamque communem teſtatur Mynling. obſer. 78. cent. 4. probatque Carer. in praxi crim. tit. de homicid. §. circa quartum ſub numero 346. Oldendorp. de iure & æquitat. tit. 14. q. 2. ſi, nimirum, delicta in prætermittendo conſiſtant, aut etiam in committendo, dummodo talia ſint quod per ſolam vniuerſitatem fieri poſsint, vt ſtatuere, iudicare, exactionem facere, & ſimilia aliter atque ſi non ita reſpiciant ad peculiarem poteſtatem vniuerſitatis, ſed ſint cum alijs communia, vt committere homicidium, aut violentiam: hæc enim propriè in vniuerſitatem non cadunt, cùm certos habeant ſemper auctores: ſed improprie dicuntur ab ea perpetrari, ſi fiant per regentes, ſeu alios, quibus vniuerſitas commiſit ex ſtatuto ſeu priuilegio. vt apud eos latius. Neque ſufficit vt vniuerſitas deliquiſſe dicatur, quod totus populus quid faciat, ſed neceſſe eſt præceſsiſſe conſilij publici conuocationem, eiuſque deliberationem, vt commune teſtatur Clar. d. § fin. q. 16. numero 8. Soarez vbi ſupra numero 68. traditque Zaſ. in d. l. ciuitas, ſub numero 15. & ſeq. Carer. vbi ſupra numero 348. Oldendorp. d. cap. 14. quæſt. 3. verſ. ex his. Angel. conſilio 165. ſub numero 2. Aretin. conſilio 163. numero 18. Caſtrenſ. conſilio 104. numero 1. & ſeq. lib. 2. Boër. tract. de ſeditioſ. §. 7. numero 6 & ſeq. Blanc. in praxi crimin. §. 2. numero 85. Gomeſ. delictor. cap. 1. ſub numero 52. Schurpf conſilio 55. numero 13. centur. 3. Roland. conſilio 66. numero 32. & ſub numero 63. & numer. ſeqq. lib. 2. Natt. conſilio 83. numero 9. cum ſeq. & d. conſilio 493. numero 1. Crauett. conſilio 595. numero 1. Marc. deciſione 776. numero 2. & ſeq. lib. 1. Laurent. Auenion. deciſione 128. ſub numero 6. Oſaſc. deciſ. 138. ſub numero 6 & numero 32. Magon. Luc. deciſ. 72. numero 16. cum ſeqq. Mynſinger. conſilio 19. numero 46. & d. centur. 4. obſeru. 79. declarantes latius. vt & pleniſſ. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſione 1413. & poſt eum alioſque enumeratos 57. doctores Menoch de arb. iud. lib. 2. caſu 598.

(h) SECVNDVM QVOSDAM. latè Natt. d. conſilio 493. numero 15. & ſeq.

(i) RATVM HABVISSE. Quando dicatur vniuerſitas ratificare, explicat Oſaſ. d. deciſ. 138. numero 5. latiſſ. Natt. d. conſilio 493. præſertim numero 10. & ſeqq. Crauett. d. conſilio 595. numero 8. & ſeqq. Burſat. conſilio 222. ſub numero 23. & d. conſil. 294. ſub nu. 26. Menoch. vbi ſupra, nu. 126. cum ſeqq. vt alios è commemoratis prætereamus.

(k) CONSILIVM. Alexand. conſilio 101. in princ. lib. 1. conſilio 17. ſub num. 2. lib. 6. & d. conſilio 133. ſub numero 1. Iaſ. in l. præſes numero 8. Dec. conſilio 403. ſub numero 1. conſilio 407. ſub numero 7. verſ. perſcrutando enim, conſilio 528. numero 1. conſilio 580. ſub numero 2. conſilio 600. ſub numero 2. & in l. 1 ſub numer 21. ff. quod quiſq. iur. Rolan. conſ. 90. numero 1. libro 1. Coraſ. de iur. act. cap. 16. parte 2. ſub init. Menochius conſilio 548. numero 2. Rip. reſponſ. 5. ad finem, tit. de diuerſ. reſcr. Crauetta declarans latius conſilio 595. numero 8.

(l) CAMPANA. Rolan. d. conſ. 90. nu. 3 & nu. 17. cum ſeqq. vt alios quoque commemoratos taceam.

Facta ſine probatione.

F*Actum non fuiſſe, & factum fuiſſe, ſed id non poſſe probari, paria (a) ſunt.* l. Duo ſunt. ff. de teſtament. tutel. Vbi dicitur (vti & ſupra ſub eſſe ſine probatione, diximus.) Si duo ſunt Titij pater & filius: & datus eſt tutor Titius, nec apparet de quo ſenſit teſtator, is tunc tutor datus fuiſſe creditur quem dare ſe teſtator

teſtator ſenſit, ſi id non apparet, non ius deficit, ſed probatio, igitur eo caſu neuter debet eſſe tutor Et Iabolenus ait in legem venditionis nõ venire, illud de quo non apparet, l. In lege. ff. de contrahen empt. Et paria ſunt: Non eſſe conſuetudinem,(b) & illam quidem eſſe, ſed non probari poſſe, vt notat Ioan. Neuizanus in ſuis conſiliis, conſilio 11 nu. 5. Doctores ad l de quibus. ff. de legib. Vnde maxima iuris eſt, quod actore multa allegante, & nihil eorum probāte reus abſoluitur(c) c. finali de iureiurando, & l Actor. C. de proba. Item paria ſunt: Inueſtiturā non eſſe petitam, & inueſtituram eſſe petitam, ſed ipſius petitionē non eſſe probatam. Alc. in ſuis conſiliis, conſ. 199. n. 13. Imo quòd magis eſt, non ſufficit rem eſſe probatā, niſi eadem quoq; probetur euidenter, aut (vt ita dicā) concludenter, (d) quia per probationē dubiam, nihil adhuc apparere dicitur, l. Si fieret. ff. de reb. dub. l Non hoc. C. Vnde legit l. Neque natales. l. Ad probationem. C. de probat. & in c. In præſentia, de probat. Petr. Paul. Paritius in ſuis conſiliis, conſil. 104 nu. 2. lib. 1. Vide ſupra, Eſſe ſine probatione.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Alciat. conſilio 775. numero 5. Crauett. conſilio 944. nume. 26. & copioſè conſilio 993. numero 11. diximus ſupra, ſub tit. non apparens. & alibi.

(b) CONSVETVDINEM. Copioſius ſuprà, ſub tit. non conſtare.

(c) ABSOLVITVR. pulchrè Peck. de iur ſiſtend. cap. 12. ſub nu. 9. Roland. conſ. 33. nu. 15. conſilio 67. nu. 1. & ſeqq. & conſilio 72. num. 18. lib. 2. Burſat. conſilio 284. ſub nu. 1 & conſ. 439. numero 2. cum ſeqq. pleniſſ. Maſcard. de probat. concluſ 38. numero 1. cum ſeqq. & tradidimus ſupra, tit. Excipere ſine probatione. ad verb. abſoluitur. idque tam in criminalibus quàm ciuilibus, vt commune probat poſt Iaſ. in l. non eſt nouum, nu 5. C. de leg. Soar. recep. ſent. theſ. in lit. A. nu. 65 Gaill de pace publ. lib. 1. c. 13. ſub nu. 9. Maſcar. d. concl. 36. nu. 33. & ſeqq. Rouat. Luc. dec. 65. ſub init. Burſ. conſ. 69. n. 1. addens nu. 3. poſt Bart. in l. denunciaſſe, §. quod tamen, ff. de adult. alioſque, procedere, etiamſi qualitas tantū, in inquiſitione poſita, non probaretur. id quod commune probat, poſt Roma. conſ. 110. in prin. & conſ. 167. ſub nu. 8. vbi Mandoſ. Alex. conſ. vlt. lib. 2. Marſ. in praxi crim. §. quoniam, nu. 52. cum ſeqq. & §. & quia. nu. 11. cum ſeqq. Pariſ conſ. 171. nu. 9. & ſeqq. lib. 4. alioſque extenſiſſ. Decia. conſ. 4. nu. 7. & ſeqq. lib. 3. Grammat. conſ. 71. ſub num. 51. & nu. ſeqq. in crim. latiſſ. Gaill declarans & limitans, vbi ſupra, præſertim numeris 18. 21. & 22. quanquam contrarium aſtruat, poſt alios etiam Gomeſ. delictor. c. 11 nu. 7. ibidemque apoſtill. & de conſuetudine ſeruari, vt puniatur ſaltem pro delicto probato, comprobet Clar. ſent. lib. 5. §. fin. q. 66. ſub num. 4. latiſſ. Vallar. Luc. deciſ. 41. verſus fin.

(d) CONCLVDENTER. Caſtr. conſ. 120. nu. 4. & conſ. 150. nu. 2. lib. 1. Alex. in l. reſcriptum, ſub nu. 3. ff. de pact. in conſ 110. nu. 2. libro 1. conſ. 108. nu. 13. & conſ. 181. ſub nu. 2. libro 2. conſilio 82. numero 9. & conſilio 111. ſub numero 5. libro 3. Dec. in l. contractus, ſub numero 26. ff. de regul. iur. & conſilio 321. numero 4. late Challen. conſilio 18 num. 8. Schurpf conſilio 52. numero 7. cum ſequen. centur. 2. conſilio 26. ex numero 1. vſque ad 5. & conſilio 44. numero 14. centur. 3. VVeſenbech conſilio 12. numero 61. cum ſequentib. Oſaſ. conſilio 8. numeris 22. 23. & 49. Miſcardus de probat. concluſ. 1145. numero 15. & ſequen. & in hanc ſententiam paria eſſe quod actor non probet, vel probatio eius non concludat, ſcribit poſt Riminaldum iun. conſilio 232. numero 14. volumine 2. Viuius deciſione 34. ſub numero 47. & voluit poſt Baldum in l. matrem, in principio, C. de prob. Decian. conſil. 76. nu. 4. libro 3.

Factum

Digitized by Google

Factum reuocatum.

F*Actum non eſſe, & factum eſſe, ſed reuocatum eſſe, paria (a) ſunt.* Aymo. in ſuis conſiliis, conſilio 80. nu. 4. vbi dicit eſſe paria: (b) Teſtamentum & ſubſtitutionem non factum eſſe, & teſtamentum factum, ſed poſtea eſſe reuocatum, vt probatur in, l. Item eorum. §. Quod ſi. ff. Quod cuiuſque vniuerſi nomine. Vbi etiam dicitur quod paria ſunt: Non fuiſſe datum actorem, & datum quidem eſſe, ſed poſtea reuocatum eſſe. Sicuti etiam nihil in rē verſum eſſe dicitur, niſi id duret verſum, l. Si pro patre. §. Verſum. ff. de in rem verſo. Sic quoque non dicitur tradita via quæ non durat, teſte Specula. De dolo & contumacia. §. 6. verſic. 130. Et non dicitur ſatiſdatum, niſi duret ſatiſdatum, (c) vt habet idē Speculator, in titulo de fideiuſſoribus. §. 1. verſi. ſed qualiter. Et vt in genere loquamur: Id quod non durat, fingitur nō eſſe factum, vt dicit idem Specul. titulo de Arbit. §. finali, verſicu. Sed pone arbitrum. Item paria ſunt: Non impugnaſſe teſtamentum, & in accuſatione, vel impugnatione nō perſeueraſſe, l. Alia, l. Polla. C. de his quibus vt indig. & plura alia exempla ſunt in gloſſa ad verbum verſu. d. §. Verſum.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Viuius deciſ. 34. ſub nu. 47. voluitque Euerard. conſ. 136. num. (mihi) 18. Ceph. conſ. 724. nu. 69. locupletius Crauet. conſ. 182. ſub nu. 2. & ſeqq. conſi. 293. numero 10. conſ. 435. nu. 24. 28. & 39. conſ. 438. num. 3. conſ. 491. ſub num. 5. conſ. 632. ſub num 4. & in reſponſ. pro gener. 1. num. 484. apud quem varios effectus videre eſt.

(b) PARIA. Petrin. Bell. ad Oſaſ. conſil. 70. in ſubſcript. verſ. item codicilli. Dicemus hac de re inferius, ſub ti. teſtamentum inualidum. Et in hanc ſententiam reſpondit Angel. cōſ. 159. ſub numero 4. non ſufficere teſtamentum facere, niſi factum duret. Sic & aditionis hæreditatis rationem non haberi, quę non durat, ſcribit Crauetta conſilio 921. ſub num. 4. accedit Natta conſ. 441. nu. 20. & ſeqq.

(c) DVRET SATISDATVM. Text. in l. 1. §. quod ait prætor. 3. ff. quor. legat. vbi Zaſ. colligit, non cenſeri factum quod factum non durat. id quod probat & Oſaſcus conſilio 53. numero 8. & pluribus exemplis explicat Angelus pleno conſilio 34. & d. conſilio 159. ſub numero 2. Luc. de Penn. in l. ſi quis 1. in verſic. contrarium ſic oſtenditur, Cod. de decurion. libro 10. Decius poſt Baldum & alios in l. ſi quis hęredem, numero 2, & ſequentibus, Ibidemque Sichardus, præſertim ſub numero 6. C. de inſtitut. & ſubſtit. extenſiſsimè Royſ. Lituan. deciſione 3. ex numero 66. vſque ad num. 183. Tiraq. ad l. ſi vnquam, in verb. liberos. ex nu. 167. vſque ad nume. 201. C. de reuocand. donat. dicens, hoc non eſſe perpetuum, quin multas magnaſque habeat diſtinctiones & limitationes. de quibus etiam latiſſ. per Cephal. conſilio 460. præſertim numero 5. cum ſeqq. & poſt Grammat. deciſ. 102. numero 91. cum ſequentib. Oſaſ. conſilio 75. numeris 10. & 19.

Fama.

F*Ama æquiparatur vitæ & perſonæ.* Vide infra ſub titulis, Honor, Perſona.

Familia & domus.

F*Amiliæ alicuius relinquere, & relinquere domus alicuius, paria (a) ſunt.* per l. 1. In principio, cum ibi notatis per Iacob. de Aret. ff. ad S.C. Sylleian. Idem dicit

dicit Dominus Carolus Ruinus in ſuis conſilijs, conſilio 203. incipient. De duobus, nu. 7. ſecundo volum. conſiliorum. Pro quo facit, l. Pronunciatio. §. Communi iure. ff. de verbor. ſignific. vbi domum, & gentem, & familiam lex æquiparat. Idem notat Alciat. ad l. pronunciatio §. 1. nu 10. eodem titulo. domum ſcilicet pro familia (b) accipi. Atque hinc eſt, quod domeſticos hæredes ſuos appellauit. Imperator Iuſtinianus, in §. Sed ſui quidem, inſtitut. de hæredum qualit. & different. Et hinc quoque fit, vt cui vſus domus relinquitur, eidem & totius familiæ gubernandæ vſus relictus cenſeatur, ſiue is maritus ſit, ſiue vxor, vti notatur in l. 2 ff. de vſu & habita. Sic & in ſacris literis, & in Euãgelio Lucæ 2. Ioſeph dicitur fuiſſe de domo, & familia Dauid, quia domus eius ex domo ſucceſsiuè à Dauid deriuata fuerat. Sic quoque & Ariſtoteles lib. Polit. dicit quod Stalones qui ex vno veluti ſtipite enati ac producti ſunt, vnum corpus, vnã familiam, vnamque tribum efficiant, Quod autẽ domus pro familia vſurpetur, id tũ paſsim, tum in ſacris ſcripturis obuium eſt. Cum enim Paulus ſit: Neminem baptizaui niſi domum Stephanæ, id eſt familiam Stephanæ 1. Cor. 1. cap. (b)

ANNOTAT.

(a) PARIA. Viuius dec. 34. numero 19. ſentitque poſt Socin. iun. conſilio 94. numero 9. libro 1. alioſque Menochius libro 4. præſum. 88. ſub numero 12. Atque huc pertinet, quod poſt gl. Bald. & Caſtr. in l. peto. §. vlt. ff. de legat. 2. alioſque, tradit Tiraq. de retract. proxim. §. 1. gloſſa 9 ſub numero 195. familiam, agnationem, & domum, idem eſſe. id quod Menoch. vbi ſupra ſub numero 20. intelligit, latè ſumpto familiæ vocabulo: non autem ſi ſtrictè & in ſpecie; vt apud eum, & de omnibus his, latius. Valere item argumentum à cognomine ſeu nomine familiæ, ad inſignia, comprobat late Viuius deciſione 324. numero 3. poſt Bart. tract. de inſign. num. 5. alioſque.

(b) PRO FAMILIA. Alexander conſilio 213. numero 2. in fin. & ſequ. ibidemque apoſtil. libro 6. latè poſt Alciat. Rebuff. in adducta l. pronunciatio. § iure proprio. verſic. ſic itaque cum ſeq. Hartman. obſer. 8. tit 33. Menochius ſub d. numero 12 & conſ. 329. num. 29. vbi tamen poſt Corn. conſilio 169. numero 8. conſil. 198. numer. 1. & 3 libro 3. & conſil. 41. nu. 5. libro 4. alioſque reſpondet, verbum domus eſſe æquiuocum, cùm poſsit præterea intellig. pro patrimonio, alijſque modis. & in dubio ſumi pro domo materiali. De quibus & Rebuff. vbi ſupra.

Fideicommiſſum.

DE *fideicommiſſo.* vide infra, titulum, Legatum.

Fideicommiſſarius.

DE *fideicommiſſario.* vide infra ſub titulo, Teſtamentarij.

Fideiuſsio, Pignus.

FIdeiuſsio & pignus æquo iure procedunt. (a) l promiſſor §. Vltimo, vbi hoc notat Angel. ff. de conſtitut. pecu. Et D. Andr. Tiraquellus, de legib. connubialib. & iure maritali. Gloſſa. 3. in textu. *Contracter,* charta. 148. nume. 101. vbi dicit quòd ſicut mulier ſine conſenſu mariti ſui prohibetur fideiubere, ita quoque

quoque prohibetur res ſuas pignori daſe. Quo pertinet etiam quod Paulus ſub titulo, de pignore ſcribit: Si legati (inquit) conditionalis nomine relicti filiofamiliâs pater ab hærede rem propriam eius pignori acceperit, & mortuo patre vel emancipato filio conditio legati extiterit, incipit filio legatum deberi, & neque pater poteſt pignus vendicare, neque filius qui nunc habere cepiſſet actionem, nec ex præcedenti tempore poteſt quicquàm iuris habere in pignore ſicut & in fideiuſſore dicitur, l. Si legati ff. de pignorib. & hypothec. Rurſum & Iaſon in l. 1. in fine. ff. de legat 1. argumentatur à fideiuſsione ad hypothecam ſeu pignus, hoc modo. Officio iudicis, vel ei quod debetur per iudicis officium, poteſt accedere fideiuſſor, vt habet gloſſa, & Bartolus in l. Cum quis. §. Si quis pro eo. ff. de ſolutionib. ergo & pignus ſeu hypotheca officio iudicis accedere poteſt, quia bonum eſt argumentum, à fideiuſsione ad hypothecam, intelligendo tamen de expreſſa hypotheca, non de ea quæ à lege tacitè inducitur, vt ibidem declaratur.

ANNOTATIO.

(a) PROCEDVNT. Salycet. in l. 1. ſub num. 4. verſ. ſed hìc attende. C. ne fideiuſſ. dot. dent. Et regulam huiuſmodi comparationis fideiuſſoriæ obligationis, & hypothecariæ, varijs exemplis inſtructam, videre eſt apud Gabr. Mudę. de pignor. & hypothec. ad l. res hypothecę ſub cap. pro quib. obligat. res hypothecæ dari poſſ. & ſub cap. de pact. leg. commiſſoriæ. ſub numero 25. cum ſeq. & ſub cap. quib. mod. pig. vel hypoth. ſoluat. ſub numero 66. vbi tamen, ex l. cum quis ſibi. § vlt. ff. de ſolut. probat, fideiuſſoriam obligationem firmius adhærere principali obligationi, tanquam ſuo neceſſario fundamento, quàm pignoratitiam aut hypothecariam. queadmodum (inquit) & pignus in vnam aliquam cauſam, pro alio debito etiam chyrographario retineri poteſt, l. vnic. C. etiam ob chyrograph. pecun. fideiuſſor verò nunquam ad aliud debitum quam in ſuam fidem recepit tenetur. ſubiungens, quòd licet fideiuſſori omnes exceptiones competant, quæ reo principali, l. omnes exceptiones. ff. de excep. duret tamen hypothecaria interdũ ſublata principali obligatione, l. intelligere. C de luit. pign. hæc Mudæ. explicans etiam latius. Porrò qui fideiuſſorem dare tenetur, dando pignora liberatur, Dec. poſt Bart. in l. plus cautionis, num. 3. & ſeq. ibidemque apoſtill. magis communiter approbatum aſſerens, ff. de reg. iur. Suares declarat. l. 2. foro leg. lib. 2. tit. de comperendinat. in princ. num. 9. & inibi apoſtill. Rebuff. ad conſtit. reg. tract. de ſenten. execut. art. 1. gl. 16. ſub num. 36. licet falſum eſſe contendat, ex ſententia Alex. num. 6. Iaſ. num. 12. in l. 1. ff. qui ſatiſd. cogant. Alciat. in l. 2. §. mutui datio, ſub num. 17. ff. ſi cert. pet. aliorumque Soar. recep. ſent. theſ. in litera F. numer. 153, cum ſeq. niſi tamen aliud a lege præciſe diſponeretur, ſicuti declarat Dec. vbi ſupra. & voluit Viui. deciſ. 335. num. 5.

Fideiuſsio vitioſa.

DE *fideiuſſione vitioſa*. vide ſupra ſub titulo, Cautio vitioſa.

Fides.

P*Ar eſt in ſe, à fide exorbitare, & alios vel exemplo, vel verbo à fide deijcere*. iuxta expreſſum cap. Teſtes, circa finem 2. q. 7. vbi textus ita habet. Paulus Petrum reprehendit qui Princeps apoſtolorum fuerat. Vnde datur intelligi

ligi quod ſubditi poſſunt reprehendere prælatos ſuos, ſi vel exemplo, vel moribus, vel doctrina reprehenſibiles fuerint. Sed hæc reprehenſio in ſimili cauſa exiſtere debet, non in quauis cauſa, ſed quæ fidei incrementa concernere putabitur, quæque eiuſdem incrementa impedire videbitur. Vnde & paria ſunt: Malum facere, & alijs occaſionem mali verbo aut exemplo præſtare. cap. Nolo. 12 quæſt. 1. cap. Cauendum 10. quæſt. 3. Vnde & omnium malorum, quæ ſequuntur rei ſunt, qui aut verbo aut exemplo ſcandalizant aut perimunt alios, & à recta viuendi norma alios deijciunt, vt habetur cap. Si quoſcunque. 1. quæſt. 1. Imò tot mortibus ijdem digni ſunt, quot vitioſa exempla ad alios tranſmittunt cap. Qualis 8. quæſt. 1. cap. Præſumunt in fine 2. quæſt. 7.

Fides mala.

M*ala fides ſubfuit à principio, & mala fides poſtea ſuborta eſt, paria ſunt.* ſecundum D. Albericū de Roſate in l. Item ſi rem diſtraxit. §. de eo autem. ff. de petit. hæredi. Quam tamen paritatem gloſſa ait veram eſſe, quo ad fructus, non quo ad fatalitatem, vt latius ibi videre poteritis.

Fieri malè.

N*ihil intereſt (a) an aliquid non fiat, an malè fiat, præſertim in cautionibus, & in ſatiſdationibus.* cap. Notificaſti. 33. quæſt 5. l. Quotiens. ff. qui ſatiſdar. cogant. vbi dicitur, nullo modo eſſe cautum, aut ſatiſdatum, quòd vitioſè cautum eſt vel ſatiſdatum, veluti ſi fideiuſſorem quis conſtituat, aut caueat per fœminam, militem, minorem, ſeruum, &c. talis cautio aut ſatiſdatio eſſet nulla, per gloſſam eiuſdem legis. In verbo. Quotiēs, & l. De die. §. Quæ mulier. C de libera cauſ. Vide ſupra. Cautum eſſe, facere, vel factum eſſe malè.

ANNOTATIO.

(a) INTEREST. Cephal. conſilio 684. numero 24. cum ſequentib. & conſilio 714. numero 70.

Fieri indebitè.

N*On fieri, & fieri, ſed non ritè fieri, ſiue indebitè fieri, paria (a) ſunt* Panor. in c. Veniens, nu. 1. de presbyt. nō baptiza. vbi dicitur, quòd is qui de facto ordinatur non baptizatus, non recipit ordinis characterem, etiam ſi credatur fuiſſe baptizatus. Nam ob ſolam opinionem ſuſcepti baptiſmatis non eſt aliquis admittendus ad ordinem, ſiue ad miniſterium Eccleſiaſticū, ſed requiritur vt certò conſtet de accepto baptiſmate, priuſquam legitimè ad Eccleſiaſticū miniſterium ordinetur. Nemo enim Eccleſiæ miniſtrandæ deſignari poteſt, qui Eccleſiæ membrum non exiſtit, nec per baptiſmum Eccleſiæ incorporatus eſt, ſed qui adhuc ab Eccleſia alienus eſt. Quare ſi quis antè baptiſmum ad munia Eccleſiaſtica ordinatus eſſet, is pro non ordinato haberi deberet, quia paria ſunt: Non ordinatum eſſe, & eſſe ordinatum, ſed indebitè, illegitimè, & non ſecundum formam Euangelij, aut traditionem apoſtolicam. Sic quoque paria ſunt: Non baptiza-

Digitized by Google

baptizatū eſſe, & eſſe baptizatum, ſed nō ritè, nō debitè, nō ſecundum inſtitutionē, formā, & elementum, & verba à Chriſto inſtituta, & ſecundū cōſuetudinem à ss. apoſtolis vſurpatam. Sic etiā paria ſunt: Nullo modo denunciare, & denunciare, ſed perfunctoriè atque obſcurè denunciare, (b) l. Aut qui aliter. §. 1. ff. Quod vi aut clam. Et Alexander conſilio 89 incip. Excellentiſſimi colum. vltima lib. 5. Et Areti. conſilio 68. Sic & paria ſunt: Non edere ſtipulationem, & edere ſtipulationem, ſed non totam, vt habet. l. 1. §. Edere. ff. de edendo. Vbi notat Bald. quòd qui tenetur edere inſtrumentum, is non ſolum tenetur edere (c) quòd principale eſt, ſed etiam ſtipulationem ipſam & renunciationes, & alias clauſulas adiacentes omnes. Sic & paria ſunt: Non accedere ad iudicem, & accedere (d) quidem, ſed omnia quæ ad negotium pertinent non exprimere, l. Scire oportet. §. Scire autem. ff. de excuſat. tutor. Et paria ſunt: Ignorare vel neſcire, & ſcire abſque cognitione eorum, quæ ſunt de ſubſtantia eiuſdem ſcientiæ, (e) l. Multum. ff. de condit. & demonſtrat. Sic quoque paria ſunt: Omnino non proſcribere, & non ritè, nec legitimè proſcribere (f) hoc eſt proſcribere clam, obſcurè, & non in propatulo, l. Sed & ſi Pupillus. §. Proſcribere ff de inſtitut. action. Nullum enim, nihil, & inutile (g) in iudicijs ſemper paria iudicantur, vt notatur in cap. Inter corporalia, de tranſlat. Epiſcop. Ad quod facit textus, in l. 1. ff. Quod cuiuſque vniuerſi nom. Et idem notatur per illum textum, & per textum dicto capit. Veniens. Ex quibus colligi poteſt, quòd ſi procurator non facit fidem de ſuo mandato, id eſt, ſi non fideliter iuxta acceptum à clientulo mandatum compareat, & reſpondeat, profectò iſtud comparere perinde habendum eſt ac ſi omnino non comparuiſſet, (h) adeo, vt ob talem indebitam comparitionem is procurator poſſet puniri tanquā contumax & non comparens, vt notat Barto. ibi. Quod diligenter notandum, & memoriæ mandandum eſt. Plura item ad horum confirmationem allegat Iaſon in trita & vulgata, l. Quotiens. ff. Qui ſatiſdat. cogant quem per ocium & occaſionem ibidem conſulere ne pigeat. Vide etiam de his infra, Probatum, Tēpus, & ſupra Dominus.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Bald. conſ. 83. nu. 5. lib. 5. Dyn. conſ. 14. ad fin. Iaſ in l. præſes, ſub nu. 4. ibidemque Zaſ. verſ. item coll. ff. de re iudi. Sichard. in l. quis abſente, ſub nu 4. C. de procur. Challen. conſ. 1. nu. 5. Ceph. conſ. 724. nu 71. Galll lib. 1. obſeru. 21. nu. 12. & obſer. 105 num. 14. copioſiſſ. Vint. deciſ. 34. num. 2.

(b) DENVNCIARE. Latius Tiraq. de retractu proxim. §. 35. gloſſa 2. numero 32. voluitque Alciat. conſ. 312. ſub numero 3.

(c) EDERE. Diximus ſuperius ſub tit. Edere imperfectè.

(d) ACCEDERE. Tiraq. qui ſupra, ſub numero 33.

(e) SCIENTIAE. Locupletius quoque, poſt Afflict. de iure protomiſ. § vt infra 30. dies. nu. 6. aliosq; ſic, Tiraq. ſub nu. 34. vbi ſupra.

(f) PROSCRIBERE. Latius idem Tiraq. d. gl. 2. nu. 35.

(g) INVTILE. Sic nihil referre, factum quid omnino non ſit, an effectū, non habeat, probat copiosè Crauet. in reſpon. 1 pro gener. ſub nu. 484. Ceph. d. conſ. 724. nu. 67.

(h) COMPARVISSET. De his ſuperius, ſub titul. Comparere inſufficienter, & titul. ſequent.

Fieri obliquè.

OBliquè fieri, & directè fieri, paria ſunt. l. 3. §. In rem. ff. de in rem verſo, vbi dicitur quod nihil referat an per aliquem res in rem vertatur directè, an eadem res vertatur in rem indirectè aut obliquè: veluti in rem domini directè verſum cenſebitur, ſi quis ſeruus acceptam à domino ſuo pecuniam impenderit in emendo triticum, veſtes, carnes, aliaque cibaria in vſum familiæ domini ſui. Sic quoque in rem patris conuerſum cenſebitur, ſi quis filiofamiliâs in ſtudijs mutuaſſet pecuniam pro emendis libris, veſtibus, alijsque neceſſarijs, licet id indirectè impenſum videatur. Imo hæc paritas eſt tanta, vt is qui ſic filiofamilias pecuniam mutuaſſet, patri actionem intendere (a) poſſet de re in rem ipſius familiæ verſa. Verum hæc ſanè quoque omnia intelligenda ſunt, ſcilicet de impenſis neceſſarijs, & honeſtis, non autem de impenſis ad luxum aut pompam, niſi eadem facta quoque eſſent ex mandatō domini, aut patris, vel certè cum ipſorum amborum conſenſu.

ANNOTATIO.

(a) ACTIONEM INTENDERE. Latè Decianus conſilio 38. numero 4. libro 2. Etiamſi patre inuito, & ſine cauſa prohibente, filius nauet vtiliter operam literis, vt poſt gloſ. in l. ſed Iulianus, §. quod dicitur, ff. ad Macedon. docet Felinus in c. 1. ſub numero 1. & ſeq. de magiſtr. Sichard. in l. 1. ſub numero 10. & ſeq. C. ad Macedon. & poſt Rebuff. latius hæc tractantem de priuil. ſchol. priuil. 53. & 58. alioſque communiter placitum affirmat Soarez recent. theſ. in litera F numero 189. Et hic ſciendum eſt, quòd in rem verſio æquiparetur mandato ſeu ratihabitioni, vt poſt Bald. in l. ei qui, ſub numero 1. C. quod cum eo. probat Natta conſilio 567. numero 7. Cephalus conſilio 569. numero 9.

Fieri relatiuè ad tempus permiſſum.

ALiquid fieri tempore permiſſo, & aliquid fieri tempore prohibito, ſed conferri in tempus permiſſum, paria (a) *ſunt.* c. fin. & ibi Panor. num. 10 extra. de ferijs, vbi abundè ſatis videre licebit, quo modo præfatum thema intelligatur.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Dicemus infra vberius, ſub tit. Tempore prohibito aut permiſſo fieri.

Fieri ſtatim quando dicatur.

ALiqua fieri ſtatim, & eadem fieri intra duos menſes, paria ſunt. quia non eſt ius præſcriptum tempore: teſte D. Ioanne de Sancto Georgio, vulgò Præpoſito, in cap. Accepiſti, numer. 3. extra, de frigid. & malefic. Et idem notabat ex hoc Abbas, quòd emphiteuta, qui per biennium canonem non ſoluit, poſt illos duos menſes, (a) poteſt ſibi conſulere & ſoluere. Et quamuis gloſſa in cap. Potuit, extra de loca. cenſeat quod tempus ſit arbitrarium, (b) eſt tamen dicta opinio communis, ſecundum Card. in d. capit. Accepiſti, per dicta in ca. Potuit, vbi etiam dicitur, quòd paria ſunt: Si vxor ab initio ſtatim allegat

legat frigiditatem mariti, & ſi eam allegat intra duos menſes. Sed hoc loco notandum eſt, quòd iſta æquiparatio vel paritas non ſit vniuerſalis, ſed particularis, & tantum in caſu iam dicto, vel in alio ſimili: Nam in alijs cauſis æquiparantur: Statim ſoluere, & intra decem dies ſoluere, l. Promiſſor. ff. de conſtitu. pecu. Et in quibuſdam cauſis modicum ſpacium æquiparatur tempori præſenti, l. Si debitori. ff. de iudic. Et hæc conſideranda ſunt ſecundum qualitatem (c) cauſæ, temporum, rei, vel perſonarum.

ANNOTATIO.

(a) MENSES. Latè Baldus conſilio 157. numero 2. libro 2. Decius conſilio 133. ſub nu. 7. Quanquam ſecus ſit de rigore iuris ciuilis, in emphiteutis priuatorum, vt ex præiudicio ſenatus ſui, tradit Afflict. dec. 174. nu. 1. & ſeq. alijſque mox citandi.

(b) ARBITRARIVM. Decius qui ſupra, commune aſſerens. Alex. conſilio 14. nu. 4 libro 2. Clarus in §. emphiteuſis, quæſt. 8. numero 15. extenſè Tiraquel. ad l. ſi vnquam, in verb. omnia, ſub numero 31. C. de reuoc. donat. Menochius de arbitr. iudic. libro 2. centur. 1. caſu 7. latiſſ. quoque ibidem, & in caſu ſeq. de his & ſimilibus differens. Idemque in particula ilico tradit Marc. dec. 168. numero 19. & deciſ. ſeq. numero 5. libro 2. edit. vlt. quem probat & Menoch. de arbit. iudic. libro 2. caſu 492. & in particula incontinenti Cantiunc. conſilio 1. num. 9. & 70. Cephal. conſilio 221. ſub numero 26. cum ſeq. VVeſemb. conſilio 3. ſub nume. 32. Crauetta conſilio 156. numero 17. in fin. Burſat. conſilio 73. ſub numero 2. & in vtraque illa particula latè Oſaſ. dec. 71. ſub numero 53. Tiraquel. vbi ſupra, & in eadem l. ſi vnquam, in verb. donatione, numero 119. Crauetta conſilio 507. numero 26. & poſt Cepoll. de ſimulat. contract. in 2. caſu princ. num. 12. alioſque Menoch. de præſump. libro 6. præſump. 12. numero 30. idemque latiſſ. d. libro 2. caſu 9. 10. 11. 12. & 13. ſed Viuius deciſ. 107. numero 15. & ſeq. ex aliorum ſententia, dicit hoc non putare verum, cum determinatum ſit in l. fin. C. de iudic. dictionem ilico ſeu incontinenti importare trium dierum ſpatium, qua de re ille latius.

(c) QVALITATEM. Quanquam enim dictiones mox & ſtatim, propriè & de ſui natura intelligantur ſine aliquo interuallo; tamen aliter atque aliter accipiuntur ſecundum ſubiectam materiam, vt latius apud Alexand. conſ. 115. ſub numer. 4. & 5. libro 3. & in l. diuortio. numero 10. cum ſeqq. ibidemque Iaſon num. 13. & ſeq. ff. ſolut. matrim. Aretin. conſ. 149. ſub numero 3. Alciat. in l. 1. §. qui præſens, numero 25. cum ſeq. ff. de verbor. obligation. Rebuff. ad l. anniculus. verſ. ſtatim interdum. cum ſeqq. ff. de verbor. ſignif. vbi de ſimilibus etiam dictionibus. vt & Viuius dict. deciſ. 107. numero 5. cum ſeq. extenſiſſ. Royz. Lituan. deciſ. 4 ex numero 150. vſque ad num. 210.

Fieri ſtatim poſt actum.

Fieri in actu, vel poſt actum: vide titulum, Incontinenter. Item vide titulum, infra Mandatum.

Fieri ante, & poſt litem conteſtatam.

Aliquid fieri ante litem conteſtatam, & fieri incontinenter poſt litem conteſtatam, in iure paria (a) fiunt. Gloſſa, in verbo. Conteſtationem, & l. Pomponius. §. Ratihabitionis. ff. de procurat. Et dicitur aliquid fieri ante litiſconteſtationem, ſi idem incontinenter fiat poſt litiſconteſtationem. l. Petens. C. de pact. Et l. Modeſtinus. ff. de ſolut. & libera. Et in gloſſa, in l. 2. ff. de iurament.

Digitized by Google

calum. Et in gloſſa, in l. 1. Cod. de oper. liberto. Et gloſſa in verbo, Incontinenti, in l. Vltima. ff. de liber. cauſ. Verbi gratia: Si emendatio libelli ſtatim & incontinenter (b) poſt litem conteſtatam fiat, ea habetur talis ac ſi fuiſſet facta ante litem cōteſtatam, & in iure æqualiter admittitur & recipitur, vti tenet Angel. de Peruſio, & Alexand. poſt eum, in l. Edita. Cod. de edendo. Ea enim quę incontinenter fiunt, ea & adeſſe, & iam ineſſe (c) videntur, l. Lecta. verſic. Dicebam. ff. Si cert. petat. & potiſsimum in rebus, aut actionibus momentaneis & tranſeuntibus, l. Thais. ff. de fideicommiſſ. liberta.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Iaſ. in l. ita demum, ſub nume. 3. C. de procur. in l. ſi quis mihi bona. § iuſſum, nu. 23. ff. de acquir. hære. & in l. non ſolum. §. morte. ſub nu. 13. ff. de oper. noui nunc. Sic quoque Tiraq. de retract. conuen. §. 1. gl. 5. nu. 11. poſt Bald. ſub c. cum veniſſent. nu. 10. de iudic. Iaſ in d. §. morte. ſub nu. 13. alioſque tradit, paria eſſe reconuenire ante litiſconteſtationem, vel incontinenti poſt, antequam fuerit iuratum de calumnia.

(b) INCONTINENTER. Copioſe Tiraq. d. gl. 5. ſub nu. 3 ibidemque nu. 2. & 4. latiſſ. huc pertinentia tractans. accedit & Dec. in adducta l. edita. nu. 29. ibidemque Zoannett. nu. 26. communi huic opinioni multis reclamans.

(c) INESSE. Iaſon d. §. morte, ſub d. nu. 13. Chaſſen. conſ. 33. ſub num. 11. & conſ. 39. nu. 75. Natta conſ. 14. ſub nu. 4. Cantiun. conſ. 1. nu. 70. latè Tiraq. d. gl. 5. ſub nu 1. & ad l. ſi vnquam, in verb. donatione. nu. 117. C. de reuoc. donat. Menoch. lib. 6. præſumpt. 12. nu. 25. cum ſeq. Viui. deciſ. 107. numer. 13. declarans, poſt Bald. in c. cum dilectus. ſub num. 4. de fid. inſtrum. alioſque non procedere vbicunque eſſet quæſtio momenti. id quod probat & Iaſon in d. l. ita demum, numero 4. Sed & hic paria eſſe, incontinenti quid fieri, vel breui tempore poſt, reſpondit Crauetta d. conſilio 156. ſub numero 17. & poſt alios etiam Viuius deciſione 34. numero 26. & d. deciſione 107. numero 4.

Fieri poſt factum.

Aliquid fieri ab initio, & aliquid fieri poſt factum: ſic tamen, vt ab initio præceſſerit aliquod pactum de faciendo, paria ſunt. l. Modeſtinus, & ibi Bartol. nume. 2. ff. de ſolut. & liberat. qui ſic habet. Si poſt ſolutionem ſine vllo pacto, in omne quod ex cauſa tutelæ debebatur, actiones poſt aliquod interuallum ceſſæ ſunt, nihil per eam ceſsionem actum eſſet, quum nulla actio ſuperfuerit. Secus verò ſi ante ſolutionem hoc factum eſſet, vel ſi cum conueniſſet, vt mandarentur actiones, tunc ſolutio facta eſſet, quia conuentio & mandatum ſubſecuta ſunt, quæ mandatas actiones faciunt eſſe ſaluas, cum nouiſsimo quoque caſu precium magis mandatarum actionum ſolutum, quàm actio quæ fuerit perempta videatur. Et ſic intelligitur quod dici ſolet: quòd præſcriptio in principali trahitur ad acceſſorium, quando illud inerat principali ab initio: ſecus ſi poſtea idem interueniſſet, quoniam tunc eſt noua præſcriptione opus, vt habet Romanus ſingulari. 577. Et Doctor. ad l. Qui fundum poſsidebat. §. 1 ff. de vſucap. pro emptor. Sed hæc etiam ad debitam cauſam trahenda, & in paritate rationis limitanda ſic ſunt, vt ex his generalis theſis non conſtituatur: quia quanuiſ paria dicantur: Ab initio fieri, & poſtea fieri, & confirmari, (quia ratihabitio retrotrahitur) niſi tamen ibi eiuſmodi pactum antecedat, quàle iam iam meminimus, ea paritas locum habere non poterit.

Fieri

Digitized by Google

Fieri ſerò.

ALiquid non fieri, & ſerò fieri, paria ſunt. l. 2. §. Si ſimul. ff. de adulter. Vbi Vlpianus. Si ſimul eodem tempore ad accuſationem veniant maritus & pater mulieris, quæritur vter horum in ea accuſatione præferri debeat, & reſpondet ibidem quod maritus in ea accuſatione præferendus ſit. Hunc enim propenſiore iure & maiore cum dolore eam accuſationem proſecuturum credendum eſt, quàm pater, adeo vt etiam ſi pater maritum filiæ in accuſatione preueniſſet, & libellos inſcriptionum depoſuiſſet, mariti tamen accuſatio, licet tardius, & negligentius ſuccederet, haberetur potior: dummodo accuſationem pararet, & probationibus inſtaret atque immineret, vt facilius iudicibus de adulterio commiſſo probaret. Ex quo preuentionis, & negligentię reſponſo colligimus, quod paria ſunt: Maritum ad accuſationem vxoris non concurrere cum patre, & concurrere quidem, ſed ſerius: ſcilicet quando pater accuſationem filiæ præmittit & generum accuſat, & horum probationibus ſtrenuè imminet, & interim ipſe maritus in ſua accuſatione negligenter agit, & omnia retardat, vti habetur in l. 2. ff. de cuſtod. & exhibit. reorum. Vbi dicitur: Quod ſi dominus, vel alius quiſpiã vellet defendere ſeruum de crimine capitali accuſatum, is deberet mox de eo ſeruo iudicio ſiſtendo ſatiſdare, alioqui conijciendus eſſet in carcerem. Si verò ſeruus de crimine capitali accuſaretur, & ſuus dominus tunc abeſſet, vel ſi præſens adeſſet, ſed inſufficienter: nempe talis, qui propter inopiam ſatiſdare non poſſet, certè tunc ſeruus conijcitur in carcerem. Porro ſi poſtea dominus eundem ſeruum incarceratum optaret eximere ex carcere, & pro ipſo ſatiſdare, atque his modis quidem defendere, profectò in ea præſentatione dominus iſte audiendus eſt, & ſeruus ſub pręſtita cautione relaxandus, & liberandus, ſi in hac ſatiſdatione non nimis diu tardauerit.(a) Nam qui nimis diu eam ſatiſdationis oblationem differt, is pro non offerente habebitur, quia non fieri, & ſerò vel tarde fieri, paria (b) ſunt. Et hoc potiſsimum, quando ex ea tardatione iam incipit alterius oriri intereſſe, vt eſt textus in l. Si ita quis promiſerit decē. §. Seia. ff. de verbor. obligat. Vbi ait reſponderi poſſe, ſi non multo poſt obtuliſſet, nec mulieris quicquam propter eam moram intereſſet, quod tunc omnia ad iudicis cognitionem remittenda eſſent. Sic & in l. Non omnes. §. A Barbaris. ff. de re milita. dicente, quod paria ſunt: Non redire ad militiam, & redire quidem, ſed ſerò, & poſt multum temporis. Et Vlpianus in l. Si vetri. §. Finali. ff. de priuileg. credito. dicit paria eſſe: Aliquid non eſſe factum, & eſſe factum, ſed poſt longum interuallum, & l. 3. C. de excuſa. tuto. ſic notat Alberi. de Roſate, ad l. Si diuiſio. C. de diuiden. tutel.

ANNOTATIO.

(a) TARDAVERIT. Ita regulã, quod vbi pœna eſt pecuniaria, licet ex crimine deſcendat, cautò relaxandus ſit reus, de qua ſupra tit. in eſſe conſiſtere. & per Gomeſ. delictor. t. 9. nu. 8. Clar. ſenten. lib. 5. §. fin. q. 46. nu 7. Marc. deciſ. 681. nu. 7. & deciſ. 902. libro 1. Capyc. deciſ. 30. num. 2. VVeſembech. conſ. 43. num. 15. Mynſing. conſilio 76. numero 7. Laurent. Auenion. deciſ. 5. nu. 2. & in ſua deciſ. 58. Magon. Luc. deciſ. 42. num. 3. limitat Marſil. in praxi

§. attingam numero 5. & Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſu 303. numero 3. vbi poſt Roder. Suares in diſputat. de fideiuſſ. in cauſa crimin. ſub numero 4. intelligit quando tardè nimis ſatiſdationem obtulit, hoc eſt cum ferenda eſt ſententia: quia conſtat illum debere ſoluere.

(b) PARIA. Sic parificari ſi non fuerit venditori denunciatum, vel denunciatum, ſed non debito tempore, tradit poſt Capr. reg. 87. numero 32. Oſaſc. conſilio 46 numero 24. qua de re, poſt Couar. variar. reſo. lib. 3. cap. 17. numero 8. aliosque Vallar. Luc. deciſ. 49. Gomeſ. contr. cap. 2. ſub numero 39. verſ. dubium tamen.

Fieri ex iuſſu.

QVod ex iuſſu vel ex mandato alterius fit, id per ſe, & proprio motu factum intelligitur. Ideo que quantum ad obligãdum malefacientẽ, hæc paria ſunt. Teſte Baldo, in l. 1. §. Si præſes. ff. de magiſt. conuenien. Vbi etiam infra. Ex mandato fieri.

Fieri per negligentiam.

QVOD per meam negligentiam fieri cognoſcitur, id tanquam ex mea voluntate fieri conuincitur: & hoc nomine paria (a) *cenſentur.* l. Si pupillus. ff. de adminiſtra. & pericu. tuto. & curato. Vbi paria ſunt: Si quis tutor re ac voluntate pupilli poſt pubertatem liberetur, & ſi idem tutor per negligentiam pupilli poſt pubertatem liberetur. Sic item dicimus, quod paria ſunt: Rem ſuam alienare vltrò, & per negligentiam efficere, aut permittere, vt res ſua vſucapiatur aut præſcribatur, l. Alienationis ff. de verbor. ſignificat. Sic & nullus fideiuſſor pro perſona principalis debitoris conueniri debet, quando is principalis debitor per negligentiam creditoris liberatus fuit: non ſecus, quàm ſi idem debitor per puram ac liberam creditoris voluntatem liberatus fuiſſet.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Sic voluntati negligentiam comparari, notat gloſſ. in cap. vltim. in verb. aut negligenter. per illum tex. 11. quæſt. 3. Luc. de penn. in l. 2. verſ. quia ergo. C. de naufrag. lib. 11. quem refert & Viui. dec. 322. ſub numero 24. qui vtrobique addunt, negligentiam & contemptum æquiparari, in authent. vt cum de appell. cognoſc. §. ſi vnum de prædictis, coll. 8. & negligentiam tanquam factum puniendam eſſe, per tex. in cap. nemo per ignorantiam, vbi gl. in verb. negligenter. de conſecrat. diſtinct. 1. multa etiam adducentes contra negligentes, & quomodo ij puniantur. Ad alia autem hic ſubſequentia, videantur dicenda inferius, ſub tit. Satisfacere de crimine.

Fieri contra Prætorem.

ALiquid fieri Prætore vetante, & aliquid fieri aduerſus Prætoris edictum, paria ſunt: Teſte Philippo Decio, in regula, Qui vetante. ff. de reg. iur. Ad idem facit l. Aduerſus. ff. de arbitr. Vbi dicitur quod aduerſus ſententiam arbitri fieri dicitur, ſi petatur ab eo, à quo arbiter peti vetuit. Et ideo à maiori, per inde, imo grauius peccat, qui Prætore vetante quid facit, atque is qui edictum ſeu album Prætoris violat, l. Si quis id quod. ff. de iuriſdict. omnium iudic. Et ſicut dicitur quod aliquis iudicem contemnat, qui aduerſus vocationem eius in iudi-

Digitized by Google

in iudicium facit, l. 1. 2. & aliis. ff. Si quis in ius voca. non ierit. Sic quoque, quia in ipſo edicto Prętor ipſe repræſentatur, ſi indubiè quid faciat, aut ſcienter contra ius faciat, profectò is videtur legiſlatorem contemnere, teſtibus gloſſa, & Doctorib. in c. Cum illorum, de ſenten. excommunicat. Econtrario autem, aliquid videtur fieri ſecundum legem & legitimè, quod fit iuridicè, aut Iudice vel Prętore mandante. Vnde dicit Iuriſconſultus: Quod iuſte poſsidet qui Prætore authore poſsidet l. Iuſte. ff. de acquirend. poſſeſſ. Et ideo mandatum ſeu iuſſus iudicis ſemper excuſat, l. Furti. §. Qui iuſſu. ff. de his qui notant. infamia, & l. Non videtur. §. Qui iuſſu. ff. de reg. iur.

Fieri difficulter.

Quod difficillimè fieri poteſt, id tanquam nō poſſe (a) fieri, cenſendum eſt. l. Nepos. ff. de verbor. ſignificatio. Iſtud idem quoque comprobatur cum eo quod ſequitur, infra, loco ſecūdo. Sed hoc loco interim notandum eſt, quod iſta paritas non ſemper, nec in omnibus locum habeat: Alia enim eſt ratio impoſsibilium & alia difficilium, quia impoſsibilium nulla eſt obligatio, l. Non ſolum. ff. de action. & obligation. & tamen de re difficillima fit obligatio, l. Continuus. (b) ff. de verbor. obligat. licet differatur aliquantulum exactio ex humanitate quæ fundatur ibidem, & l. Quod dicimus. ff. de ſolut. Manet itaque hæc paritas intra terminos ſuæ paritatis & adæquiparationis, ſicuti refert Raphaël Cumanus, in l. Quid ergo. §. Si hæres, nume. 2. ff. de legat. 1. Vide ſupra, Facere difficulter, Eſſe impoſsibiliter.

ANNOTAT.

(a) NON POSSE. Crauett. conſilio 199. ſub numero 2. accedit Zaſ. poſt alios in l. apud Iulianum §. conſtat. verſ. 6. coll. de leg. 1. Atque huc pertinet, quòd pulchrè, poſt alios, reſpondit Felin. conſilio 41, numero 17. quòd ſicut epiſcopus poteſt mutare legatum pium, quando eſt impoſsibile quod conuertatur ad vſum deſtinatum, c. nos quidem (vbi latè Couarr. num. 9.) de teſtam. ita etiam quando eſt difficile.

(b) L. CONTINVVS. In §. illud inſpiciendum. Et docet eleganter Zaſ. ad l. impoſsibilis numero 15. eod. tit. de verbor. obligationib.

Fieri per ſtipulat. & litiſcont.

Aliqua fieri per ſtipulationem, & fieri per litiſconteſtationem, paria ſunt. l. Delegare. ff. de nouat. Vbi ait Vlpianus: Delegare eſt vice ſua alium dare reum creditori, vel cui creditor iuſſerit. Fit autem iſthæc delegatio vel per ſtipulationem, vel per litiſconteſtationem. Et quia per ſtipulationem contrahimus, ideo quoque per litiſconteſtationem contrahere videmur, teſte Alberico de Roſate, in l. Solutionem, num. 4. ff. de ſolut. & liberat.

Fieri ſecundum verba.

Fieri (a) ſecundum verba, & ſecundum ſententiam in iure paria ſunt. Sic contra negatiuè, paria ſunt: Fieri contra verba, & fieri contra ſententiam, vel contra ſen-

tra ſententiam tantũ, vt habetur in l. Nõ dubium. C. de legib. Et idem confirmat Albericus de Roſate, in l. Nominis. §. Verbum ex legibus. ff. de verb. ſignific.

ANNOTAT.

(a) FIERI. Idem voluit Alexand. in l. curatoris, ſub nume. 5. C. de negot. geſt. (quem ſequitur & Tiraqu. tract. ceſſante cauſa ceſſ. effect. 1 part. numero 141.) dum poſt Caſtrenſ. ibidem numero 5. aliosque tradit, opinionẽ gloſſ. ibi, in verb. actione. & in l. ſi quis id quod, in verb. ſententia. ff. de iuriſdict. omn. iudic. communiter reprehendi: quatenus tenet, directam actionem dari, quando locum habent verba legis & ſententia: vtilem verò, quando ſententia tantùm. id quod tamen probat & Rebuff. in ad ducto § verbum ex legibus, verſ. item ſi damnum. & verſ. conſiderandum etiam. appoſitiſſ. Angel. conſilio 104. ſub numero 2. verſ. præterea quod. Sed & aliud dicitur contra legem fieri expreſsè, id eſt, contra verba; aliud, contra legem fieri tacitè, id eſt, contra ſententiam; ſicuti pulchrè tradit Garc. in Liuriſgentium. §. prætor ait numero 23. ff. de pact.

Fieri poſſe ſed indebitè.

Fieri non poſſe, & poſſe fieri, ſed non congruè, aut indignè, paria (a) *ſunt.* l. Nepos. ff. de verbor. ſignific. Vbi dicitur: Si quis his verbis dotem promiſiſſet, Ego cum potero in dotem tibi lego, aut promitto centum: Cum hoc dicto videtur tantum promiſiſſe centum, ſi tantumdem poſſet deducto ære alieno, & cum ſalua dignitate ſua, id poſſet, quia non poſſe dotem præſtare, & poſſe, ſed non ſalua dignitate: (b) paria ſunt. Cum quo etiam concordat textus in cap. faciat 11. q. 1. Vbi dicitur, quod illud ſolummodo dicimur poſſe, quod commodè, & conuenienter poſſumus. Et ad hoc etiam pertinet, quod gloſſa ad l. 1. §. Si Præſes, ad verbum, prodeſſe: dicit quod paria ſunt: Non dare, & malè, ſeu inconuenienter dare, vt l. 2. ff. Ad municipa. Atque hinc etiam diſputatum fuit, an idem eſſet, aut in idem rediret: Hic conditionem aliquam de facto adimpleuit, quam de iure adimplere non debuit nec potuit, & conditionem non impleuit. Et videbatur quod ſic, quia non adimplere conditionem, & adimplere, ſed non debitè, nec congruè, paria videntur. Alijs vero cõtra videbatur, quod non, idq; probant per l. Meuius, in princip. ff. de condition. & demonſtration. l. mulier. §. Si quis hæreditarium, & ibi Bartol. ff. de condition. inſtitu. Sed ſoluitur hæc diſputatio per doctores ad l. 1. ff. Qui ſatiſdar. cogant. & ad l. Cum auum. C. de inſtitut. & ſubſtitut. Et per Raphaëlem Cumanum, in l. Quid ergo. §. Si hæres, nume. 2. ff. de legat. 1. Reliqua vide paulò ante, ſub themate, Fieri indebitè.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. latè Burſat. conſilio 308. (cui initium, nobilis dominus) ſub numero 35. dum ibidem, poſt Roland. conſilio 30. lib. 3. reſpondet, ſtatutum quo cauetur, in teſtamentis, adhibendos Mantuanos, ſi eorum copia haberi poſsit; intelligendum ſi commodè haberi poſsit, id quod in eodem ſtatuto, poſt eos, confirmat & Menoch. conſilio 351. (incipit. reſpondendum eſſe) numero 35.

(b) DIGNITATE. Grauett, conſilio 199, numero 2. in fin.

Filius

Filius adoptiuus.

F*ilius adoptiuus æquiparatur,(a) filio naturali & legitimo ſimul.* vt eſt text. in §. In plurimis, inſtit. de adoptionib. & in l. penultima. C. eodem titu. de adoptionib. Quemadmodum enim filius naturalis tranſit in poteſtatem patris naturalis, ita & filius adoptiuus (b) tranſit in poteſtatem patris adoptantis: Et quẽadmodum filius legitimus ſuccedit ab inteſtato patri naturali & legitimo, ita & filius adoptiuus ſuccedit (c) ab inteſtato patri adoptãti. Præterea ſicut filius naturalis, & legitimus in teſtamento pręteritus, poteſt teſtamentũ patris (vt ita dicã) querelare de inofficioſo, ita etiam filius adoptiuus quantumuis non ſit verus, ſed ſolum fictitius (d) filius patris adoptãtis teſtamentum querelare poteſt, ſi ſit in teſtamento præteritus, (e) l. Gallus Aquilius. ff. de liber. pręteri. vel exhæreda.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARATVR. Franc. Marc. quæſt. 885. ſub num. 1. lib. 1. poſt gl in l. cum adoptiuum C. de decur. lib. 10. per quam, cum Alex. ibidem ad Bart. probat, priuilegiũ patris, tranſire ad adoptinos, perinde ac naturales & legitimos. qua de re latè etiam Coraſ poſt alios, in l. ſenatoris. 1. num. 4. cum ſeq. & in l. ſeq. ff. de ſenato. Menoch. lib. 4. præſumpt. 89. ſub numero 35. qui ibidem numero ſeq. tradit, in diſpoſitione fauorabili, adoptiuum nil penitus differre à legitimo & naturali; poſt Bald. & Angel. in l. ſed ſi hac §. parentes, ff. de in ius vocand. Natt. in l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto numero 88. C. de teſtam.

(b) ADOPTIVVS. Sed hic diſtinguendum, vt apud Dyn. in tractat. de ſucceſſ. ab inteſt. numero 9. Martin. Laudenſ. conſilio 53. numero 2. Matheſill. tractat, de ſucceſſ. ab inteſt. in princ. ſub numero 6. & in 3. membro, artic. 1. numero 1.

(c) SVCCEDIT. Coraſ. ad d. l. ſenatoris. 1. numero 5. Roland. conſilio 96. numero 44. lib. 3. Cardin. Put. deciſ 505. numero 2. lib. 2. Menoch. d. præſum. 89. nu. 32. & 35. latiſſ. Lauden. d. conſ. 53. Tiraq. ad l. ſi vnquã, in verb. liberos, ſub nu. 18. 19. 20. & 21. C. de reuoc. don. & q. 84. nu. 2. & ſeqq. de iure primogen. poſt Moli. ad conſuet. Pariſ. §. 8. gl. 1. q. 6. nu. 33.

(d) FICTITIVS. Bald. conſilio 24. ſub nu. 2. lib. 1. Roland. conſ. 18. nu. 24. lib. 2. Decian. conſ. 34. num. 8. lib. 1. quod duplicatur conſ. 126. lib. 3. Men. d. pręſumpt. 89. n. 39. Tira. in d. verb. liberos, ſub numero 7. vbi itidem probat, regulariter appellatione filiorum vel liberorum non venire adoptiuos: idemque numeris 15. 16, & 17. & ſub num. 21. & 24. ibidem & de iure primogen. d. quæſt. 84. num. 7. Rebuff. in l. liberorum. §. præter hæc, ad verb. deſcendunt. ff. de verb. ſignific. & ad conſtitut. reg. tom. 1. tract. de ſentent. promiſ. articu. 1. gloſſ. 2. ſub nu. 28. Decian. d. conſilio 34. nu. 10. in fin. & conſ. 57. num. 48. lib. 1. niſi in caſibus in iure expreſsis, vt voluit Gaill. lib. 2. obſeruat. 136. numero 14. aut niſi in ijs eſſet eadem ratio, vt Rebuff. d. gl. 2. ſub n. 28. Neque conſuetudo aut ſtatutum loquens de filijs intelligitur de adoptiuis, vt poſt Bald. d. conſilio 24. ſub nu. 2. Molin. d. quæſt. 6. ſub num. 33. alioſque probat Tiraq d. quæſt. 84. ſub nu. 7. cum ſeq. & in d. verb. liberos nu. 7. & de retract. proxim. §. 1. gl. 8. ſub nu. 16. Menoch. d. præſ. 89. nu. 39. Decian. d. conſ. 34. ſub nu. 10. quemadmodũ nec diſpoſitio hominis, Dec. in c. in pręſentia n. 118. & ſeq. de prob. pulchrè Sfort. Odd conſ. 6. nu. 38. cum ſeq. lib 1. Idque in multis ſpeciebus oſtendit Gaill. d. obſer. 136. n. 19. cum ſeqq. Rebuff. d. gl. 2. ſub num. 27. Menoch. lib. 4. præſumpt 82. præſertim nu. 11. & ſeq. Tiraq. in d. verb. liberos à num. 2. vſque ad num. 26. apud quos hæc declarantur & limitantur latius.

(e) ☛ PRÆTERITVS. diximus ſuprà, ſub tit. Arrogatio, legitimatio. ad verb. arrogauit. Poterit tamen ex cauſa ingratitudinis exhæredari adoptiuus, perinde ac naturalis & legitimus, vt docet Marc. q. 882. lib. 1.

Digitized by Google

Adoptiuum quoque patrem, atque eum qui de ſacro fonte leuauit, æquiparari tradit, poſt Guil. Cun. in l. generaliter. ff. de in ius vocand. Alexan. conſilio 143. ſub numero 6. libro 2. per text. in c. ita diligere. 30. quæſt. 3 cum ſimil. ſentitque Viui. deciſ. 130. nume. 28. late Maſcar. de probat. concl. 332. numero 10. cum ſeqq. Sed dum Baldus in d. l. generaliter, ex hac ſimilitudine etiam infert, compatrem non eſſe teſtem idoneum, in cauſa filij ſpiritualis; alij ibidem communiter reclamant. vt & Alexander conſilio 42. numero 18. libro 3. & conſilio 125. nu. 5. libro 4 Sichardus in l. parentes. numero 2. C. de teſtib. Aufrer. tract. de teſtib. numero 76. Crauetta conſilio 169. in principio, & conſilio 914. numero 3. cæterum Natta conſi. 32. num. 20. poſt alios commemoratos, voluit, non repelli, ſed de fide detrahi. vt & Curt. de teſtibus. concluſ. 30 Ripa in l. ad monendi. numero 181. ff. de iureiur. alijque quos refert Tiraqu. in d. verb. liberos, numero 39, & Maſcard. vbi ſupra. adeoque Zaſius in d. l. generaliter, verſ. quæ ergo. hoc iudicis arbitrio committendum putat. idemque, poſt Dec. in c. cum ſpeciali num. 21. cum ſeqq. de appell. ſentire videtur Tiraq. in d. verb. liberos. ſub numero 39. (multis ibidem, ex numero 25. vſque ad 42. de his, alijſque coniunctionem ſpiritualem carnali æquantibus agens) & eandem poſteriorem opinionem vidi (poſt hæc ad me collecta atque exarata) aſtruere Menoc. de arbit. iudic. lib. 2. caſu 100, qui ibidem nu. 1. in fine ait, cognationem hanc ſpiritualem ſolum operari ad impediendum matrimonium, & præſtandam reuerentiam.

Fiſcus, Eccleſia, Imperium.

Fiſcus in iure æquiparatur (a) *Eccleſiæ, & contra: ſiquidem iuridicas non theologicas ſpectemus rationes*. vt habet gl. reputata ſingularis, in l. Si procurator. § finali, in verbo, Soluto. ff. de iure fiſci. Idem notat D. Iaſon in §. Ex maleficijs, Inſtitut. de actionibus. Quin & ipſa Eccleſia quodammodo gaudet, & etiam vti iure imperij poteſt, teſte gloſſa, in cap. Auditis. in verbo. Iure minoris, extra de in integrum reſtitut. Quocirca omnia priuilegia attributa imperio, extendi quoque & attribui poſſunt ad Eccleſiam, ſecundum Panormita. ibi circa finem, 2. columm. verſic. Secundo nota. Idem quoque aſſerit D. Ioann. Franciſc. Balbus, ibi. Quinto quæro. nume. 5. in ſuo tractatu præſcriptionum. Item, quod Eccleſia fungatur iure imperij, (b) id probatur in authent. de non alienand. vel permutandis reb. Eccle. §. Sancimus. colla. 2. Sunt porrò quibus Eccleſiæ ratio ita commendatur, vt ipſam verum imperium eſſe dicant, imò imperio quouis ſuperiorem, & digniorem, c. Duo. & c. Si imperator. 96. diſt. Atque hi ex eo dicunt tantam eſſe differẽtiam inter imperium, & noui teſtamenti ſacerdotium, quanta cõſideratur inter ſolem & lunam: Ideoque imperium quoduis ipſo ſacerdotio longè eſſe indignius, & inferius, c. Solitæ, extra de maiori. & obedien. vt inquit gloſſa, in verbo, Eccleſia, in d. cap. auditis. Vide D. Bartholom. Chaſſen. titul. *des cenſes*. §. 2. in prin. nu. 22. fol. lib. meo 346. Vide ſupra, Eccleſia.

ANNOTATIO.

(a) Aeqvipara tvr. Alexander conſilio 113. ſub numero 19. lib. 5. Panormitan. conſilio 41. ſub numero 3. libro 1. & in c. 1. ſub numero 11. de reſtitut. in integ. Zoannett. in L. 1. numero 15. Cod. de edend. Coraſ. in l. 1. ſub numero 23. ff. ſolut. matrim. Vant copioſè de nullit. proceſſ. tit. de nullit. ſenten. ex defect. proceſſ. ſub numero 132. & tit. qualiter ſentent. vel proceſſ. nulli reparari poſſ. ſub numero 82. Tiraq. de retract. proxim. §. 15. gloſſ. 1. numero

11. &

Digitized by Google

11.& de priuileg piæ cauſ. priuil.124.& 143.Crauetta de antiquit.tempor.in 4.par princ.cap. abſolutis differentijs.ex numero 36.vſque ad 44. Marc.decil.549. ſub numero 1.cum ſequen. & dec.602.libro 1. Stort.Odd,conſilio 70.numero 21.libro 1. Cephal.conſilio 605,nume.41. & ſeq. Natta conſilio 3.ſub numero 9. Menochius conſilio 39.num.4.& 59. Dec.conſil.700. ſiue vltim. numero 9.&,poſt multam diſceptationem,confirmat latè in c.1. à num.66.vſque ad 71.de probat. Cephal.conſilio 255.numero 45.cum ſeqq.dicens,quod,licet Alexand.in l. ſi filiofam.§.ſi vir.ff.ſolut.matrim.quem ſequitur Curt.ſen.conſilio 10.dubitauerit de validitate argumenti de fiſco ad Eccleſiam:tamen ſecundum Roman.in d.§.ſi vir.numero 12.& ſeq.alioſque commemoratos, non ſit dubitandum; & quamuis quandoque differant, tamen ſatis ſit regulariter æquiparari;vt ibidem latius,& apud Menoc.de arb.iud.libro 2.caſu 562. numero 26.cum ſeq.Sed & Stort.Odd.de reſtitut.in integr. part.1.q.3.artic.13 numero 84. admittit dubium eſſe;quia difficilius reſtituatur fiſcus quàm Eccleſia,ſecundum Alc.conſilio 513.numero 4.in fin.Idemque Odd.ibidem,& conſ.38.numero 46.cum ſequentib.lib.1.poſt Cremenſ.ſingul.(mihi)22.Boſſ.in praxi crim.tit.ſi aduerſ.rem iudic.ſub numero 13. Gabr. libro 7.tit.de crimin.concluſ.13.in fine, alioſque reſpondit, quod quando fiſcus agit de lucro odioſo,quia ſumus in pœnalibus,vel executionibus pœnarum,tunc nullo iure vel priuilegio minorum vel eccleſiæ vtatur. id quod voluit & ibidem conſilio 35. numero 5. vt &, poſt gl. & alios, Iaſ. (de his latiſſ. differens) in §.ex maleficijs numero 34.cum ſeqq.ibidemque Zaſ. verſ. ſed quia tex.inſtitut.de action.Cephal.d.conſilio 605. numero 59.

(b) IMPERII. Sic Imperatorem & eccleſiam fraternizare, ſcribit Iaſ. in l. 1. numero 24.ibidemque apoſtill.C.de ſacroſanct. eccl.

Fiſcus, & Mulier.

Fiſcus & Mulier in plurimis iuris articulis, paribus (a) paſſibus ambulant, præcipuè in tacitis hypothecis. l 2.& ibi gloſſa in verbo, Ceſſat. & ibi etiam Bartol. Paul.de Caſtr. & alij Doctores. C. de priuileg.fiſci. quæ ſemper ad hoc allegatur. Et l. Dotis tuæ. Cod.de iure doti. Et huc facit l. finalis. ff. Ex quib. cauſ. maior. & l. 4. ff. Qui potio. in pignor. habeant.

ANNOTAT.

(a) PARIBVS. Gomeſ ad l. 50. Taur. ſub numero 39. Coraſ. poſt alios, in l. 1. ſub numer.21. & 23. ff.ſolut.matr.& in l.qui liberos, ſub numero 118. ff. de ritu nuptiar. Alciat. de præſumpt.regul.3 præſ.41 ſub numero 4. Couarr. variar.reſol. lib.1.cap.16.ſub numer. 15. Menoch.de præſumpt. lib. 2.præſumpt.72.ſub numero 27.Verùm hoc maximè intereſt, quod fiſcus regulariter priuilegiatus non ſit,ſed certis, multis tamen, in caſibus: quorum bonam partem enumerat Bald. in l. 1. C.de hæred.vel act.vendit.Salyc. in l. vlt. C. de priuileg. fiſc.Martin. Laudenſ.tract.de fiſc.alijque qui de eius priuilegijs ſcripſere: in alijs verò caſibus,in quibus non apparet clarè priuilegiatus, priuato æquiparetur, vti poſt gloſſ. in l. item veniunt,§.in priuatorum.ff.de petit.hæred.tradit Alciat d.præſump. 41. ſub numero 3. Dec.conſilio 531.numero 3. Menochius d.præſum.72.num.2.& 3 & ſub num. 8.& 12.& conſilio 242.numero 9.Viuius dec.537,num.8.10.& ſeqq. dos autem regulariter priuilegiata ſit,vt probat Menoch.d.præſump.72.numero 4.cum numero 23. & d.conſilio 242.nu.8. adeo vt,hac ratione, reſpondeat Menoch.in d.præſump.72. numero 27. dotem & fiſcum in aliquibus æquiparari,quando cauſa contra tertium tractatur,ſecus atque ſi inter eos dum ſuſtinet,in duobus inſtrumentis,quorum alterum in fauorem dotis, alterum in cõmodum fiſci, fuerit eadem die confectum, præſumendum eſſe prius, quod ad dotem pertinet. quod poſt

Digitized by Google

alios tradit & Coraſ. in d. l. 1. ſub numero 1. Alciat. d. præſumpt. 41. ſub numero 2. Gaill. lib. 2. obſeruat. 81. num. 6. latè Maſcard. de probat. concluſ. 574 numero 2. & ſeqq. Couarr. d. cap. 16. ſub nume. 6. ſubdens in hypothecis quandoque ius potentius habere dotem quàm fiſcum; ſiquidem in dote, hypotheca etiam tacita præferatur priori priuatorum tacitæ hypothecæ l. aſſiduis Cod. qui potior. in pignor. hab. aliter atque in fiſco; is etenim, habens hypothecam poſteriorem, non præferatur priuato habenti priorem etiam tacitam l. ſi pignus. ff qui potior. in pignor. hab. quod & eodem modo tradit Coraſ. in d. l. 1. ſub nu. 6. & voluit Soarez recept. ſent. theſ. in lit. H. nu. 132. ſed damnat Men. d. præſ. 72. ſub nu. 22. eò quòd tex. d. l. ſi pignus, non loquatur de hypotheca tacita ſed expreſſa quam ſpecialem appellat, ſicuti expreſſam interpretantur ibidem gloſſ. & Doct.

Fiſcus, Pupillus, & Reſpub.

F*iſcus & pupillus & Reſpublica, æquiparantur.* Vide infra, Reſpub.

Forum.

F*orum conſcientiæ, (a) Forum æqui & boni, & tribunal veritatis, ſiue veræ iuſtitiæ, & non fictionis æquiparantur:* ita vt in his nulli iuris apices locum habere debeant. Ad forum enim conſcientiæ, ad forum æqui, & boni, & ad forum veritatis & iuſtitiæ omnes iurium regulæ ſeruire debent: nō contra. Ita tenet Bald. in l. Vnica. in 3 colum. C. de confeſſ. Et idem Bald. in cap. 1. colum. 1. in titul. Quæ ſint regaliæ. Et Iaſon in Rubrica ff. de acquir. hæred. in fine. Et Ioannes de Neuiza. in Sylua nuptiali, folio 142. colum. 3. poſt principium.

ANNOTATIO.

(a) FORVM CONSCIENTIAE. Chaſſ conſ. 63. ſub nu. 12. Iaſ. in §. ſed iſte nu. 108. inſtit. de act. vbi ex nu. 101. vſque ad 140. latiſ. de materia conſcientiæ. de qua etiam per Dec. in c. 1. lectur. 1. ex num. 62. vſque ad 78. & in lect. 2. ex numer. 31. vſque ad 37. de conſtitut. Quid autem ſit æquum & bonum tractat poſt Connan. comment. lib. 1. cap. 11. præſertim ſub nu. 4. alioſque Menoch. conſ. 202. ſub nu. 1. cum ſeqq. & poſt Tiraq. de retract. proxim. §. 35. gloſſ. 1. alioſque Strach. de mercat. in 2. partic. vlt. partis princ. nume. 2. & ſeqq. vbi item numero 3. & ſeq. pulchrè, qui ſint apices iuris. de quibus nos alibi latius.

Fori alicuius eſſe.

F*ori alicuius eſſe; & eſſe alicuius territorij, & legibus vel ſtatutis alicuius ſubijci, paria (a) ſunt:* vt notat gloſſa, 8. diſtinct. cap. Quæ contra mores, & 12. diſtinct. cap. Illud. Et notant Doctores in Rubrica. de conſuetud. Et Ioann. Calder. in diſputat. incip. Quidam Florentinus, &c. Et Dominus Carolus Ruinus, in ſuis conſilijs, conſilio 49. incip. Viſo, numeris 6. & 10. in tertio conſiliorum volumine. Vide etiam infra, Territorium.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Alex. conſilio 150. num. 3. & conſi. 157. num. 15. lib. 2. conſ. 41. nume. 5. libro 5. & conſ. 19. nu. 8. libro 6. Boer. dec. 13. num. 14. Chaſſen. conſ. 7. num. 5. Alc. conſ. 506. numero 7. Crauetta conſ. 201. nu. 24. Grat. conſ. 213. nu. 13. lib. 2. pulchrè Natta conſilio 149. numero

Digitized by Google

numero 20. Brun. tract. de ſtatut. excludente fœmin. art. 6. quæſt. 1. Gaill lib. 2. obſeru. 35. nu. 6. Decian. tract. crim. lib. 2. c. 35. numero 1. & libro 4. c. 54. ſub numero 1. Menoch. conſil. 74. numero 3. conſilio 250. nu. 47. conſilio 351. numero 14. & conſilio 600. ſub numero 3. Burſ. conſilio 189. numer. 7. 18. 58. & 65. Ceph. conſi. 309. nu. 66. conſ. 414. nu. 4. & 48. & conſ. 526. nu. 7. & ſub nu. 37. & ex præiudicio ſenatus ſui Viui. deciſ. 34. nu. 4. latè etiam Dec. in l. fin. in princ. ff. de iuriſdict. omn. iudic. in c. quæ in Eccleſiarum, numero 15. & in c. eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 18. de conſtitut. in conſil. 283. ſub numero 9. & conſilio 496. ſub nu. 1. idemque in conſ. 170. ſub nu. 3. poſt Freder. de Sen. conſ. 96. tradit, poteſtatem cognoſcendi, iudicandi & ſtatuendi à pari procedere, quemadmodum & paria eſſe, ſtatuto ligare, & iuriſdictionem in aliquem exercere, ſcribit Viui. d. deciſ. 34. nu. 30. poſt Card. Flor. conſ. 2. alioſque inferens, quod Marchiones Ferrarię, licet ſint eiuſdem ciuitatis ciues, non idcirco tamen ligentur ſtatutis illius populi. ſed latius hac de re Tiraq. de retract. prox. § 1. gloſſ. 13. nume. 38. & 39. poſt quem, ſub d. num. 39. reſpondit (commune atteſtatus) Burſ. d. conſ. 189. num. 51. ſtatutis & legibus regni, Prouinciæ, vel comitatus, ligari regem ipſum, ducem, vel comitem.

Furtum, Rapina.

F*Vrtum & rapina æquiparantur, quoad priuationem poſſeſsionis: licet ſint in alijs diſsimilia*, teſte D. Vdalrico Zaſio, in l. Rem quæ nobis, nume 8. & 9. ff. de acquirend. vel amittend. poſſeſſ. Pro re enim immobili competit nobis poſſeſſorium recuperandæ, ſeu poſſeſsionis recuperandæ actio, ſed pro re mobili, furto vel rapina ablata, nulla nobis poſſeſsionis recuperandæ actio competit: ſeu (vt dici ſolet) nullum poſſeſſorium recuperandæ nobis competit, l. 1. §. Si fundus. Vbi hoc ex obliquo habetur. ff. de vi & vi arma. &c. De his plura, vide ſuperius ſub titulo, Capere pro furari.

Furioſus, Mortuus.

F*Vrioſus & mortuus, ad ſubeundam iudicis ſententiam, à pari (a) procedunt*: vt dicit Bald. in l. Humanitatis. C. de impub. & alijs ſubſtitut. Et quia mortuus regulariter non debet ſuſpēdi, (b) l. Defuncto. ff. de pub. iud. ergo pariter nec furioſus. (c) Ad quæ facit vulgata & notabilis l. Diuus. ff. de offic. Præſid. quandoquidem non debeat addi afflictio afflicto. l. Tam dementis. Cod. de Epiſcop. audien. cap. Cum percuſsio 7. q. 1. cum multis concordantijs allegatis, ad d. l. Diuus: Attamen in caſibus enormibus, in exemplum, & opprobrium aliorum, aliquando contra mortuum (d) fertur ſententia, & executio, vt ſimilia facinora cautius vitētur. Verum ex praxi potius, quàm ex miti humanitate.

ANNOTATIO.

(a) PARI. Marſil. in l. 1. nu. 57. ff. de ſicar. Iaſ. poſt alios, in l. ex facto, ſub nu. 30. & ſeq. ff. de vulg. & pupil. & in l. furioſum, nu. 1. & 8. ibidemq; Alex. nu. 4. & Dec. nu. 33. C. qui teſta. fac. poſſ. conſ. 99. nu. 15. lib. 2. Blanc. in praxi crim. §. imbecillitate, nu. 4. Carer. praxi crim. tit. de homicid. §. circa. 4. ſub nu. 15. Ceph. (auctorem noſtrum hic nuncupatim citans) conſ. 753. (incip. verba dubij) num. 14. Grammat. conſ. 16. num. 18. & ſeq. in crim. Tiraq. de pœn. leg. temper. cauſa 3. nu. 3. Royz. Lituan. deciſ. 4. nu. 160. & 330. latè Gomeſ. var. reſol. tomo 3. c. 1. ſub num. 72. Gaill lib. 2. obſeruat. 110. num. 21. & ſeq.

(b) SVSPENDI. latè Dec. in l. pupillum, §. in hæredes, numero 2. de regul. iur. Boſſ. in praxi crim. tit. de execut, numero 13. Marc deciſ. 775. numero 2. libro 1. Soares commune aſſerens recep. ſent. theſ. in litera M. numero 231. Clarus libro 5. ſent. §. fin. c. 51. numero 15. in praxi contrarium obſeruari atteſtatus, latiſſ. poſt eum, alioſque, Menoch. libro 2. de arbit. iud. centur. 3. caſu 285.

(c) FVRIOSVS. Etiamſi ante furorem condemnatus pròponatur; Marſil in d. l. 1. ſub numero 58. Carer. Gomeſ. & Gaill vbi ſupra. Royz. d. deciſione 4. ſub numero 159. Ferdin. Vaſq. libro 3. contr. illuſtr. c. 96. numero 31. Menoch. d. libro 2. centur. 4. caſu 325. ſub nu. 28. latiſſ. etiam Tiraq. d. cauſa 3. numero 4. & ſeqq. communemq́ue probat Clarus d. §. fin. quæſt. 60. numero 8. Cotta in memorabil. in verb. homicidium. Soarez in litera F. numero 410. in theſ. recep. ſent. Couarr. ad Clement. 1. part. 3. in initio, numero 2. vbi limitat, niſi ſimularetur furor ad euadendam punitionem; idemq́ue Cepoll. cautel 2. ſub numero 7. & inibi apoſt. Decian. tract. crim. libro 6. c. 5. numero 7. & apoſt. ad Dec. in l. in negotijs, ad verb. delicto, ff. de reg. iur. vbi cautelam aduerſus hanc ſimulationem compertam refert. Alias limitationes apud Carer. & alios commemoratos videre eſt.

(d) MORTVVM. Decian. tract. crim. libro 3. c 33. numero 42. Idemque in furioſo & bruto tradit, (reclamante tamen Royz. d. deciſ. 4. ex numero 146. vſque ad 166.) Marſil. vbi ſupra. Guid. dec. 238. Gaill d. cap. 110. ſub numero 22. Rebuff. in l. qui mortui. verſ. 3. accuſari. ff. de verborum ſignific. & ad conſtit. reg. in proœmio gloſſ. 5 ſub nu. 46. exactè Gomeſ. vbi ſupra, nu. 78. cum ſeq.

Furioſus, Pupillus, &c.

F*Vrioſus, vel mente captus, (a) & Pupillus, Minor, vel Prodigus ad bonorum ſuorum liberam diſpoſitionem non habendam, æquiparantur.* (b) Quia enim hi omnes rebus ſuis adeſſe, aut verius, vtiliter ſufficere non poſſunt: ob quòd in tutelam, & ad curationem conſtituuntur: meritò in non diſpoſitione rerum ſuarũ æquiparantur, vt eſt textus notabilis, in l. Fulcinius. §. adeo, & ſequenti, & ibi Alexan. de Imol. & D. Vdalricus Zaſius colligunt & notant. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eatur. Et eſt gloſſa ordinaria, in verbo, earundem rerum, in l. ſi quis in tantam. C. vnd vi. & gloſſa celebris (maximè hoc tempore infœliciſſimo) in verb. Prodigalitatis, in c. ex parte. de conſuetudine & textus & gloſſa in l. his qui. §. Diuus. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. Concordat cum his etiam gloſſa, in ca. quia contingit, in verbo, tutorum & curatorum, de religioſ. domib. in Clementinis, & l. finali. C. de curato. furioſ. Quæ quidem gloſſa ſanè intelligi debet, ſcilicet quantum ſpectat ad effectus iuris, & obligationis: (c) vt habet textus non aſpernandus, in l. Qui neque, & ibi gloſſa & Baldus. ff. de reb. eorum qui ſub tutel. vel cura ſunt. Et de hoc etiam eſt textus, in l. Properandum, ad finem. C. de iudic. Et l. 1. C. de curat. furioſ. gloſſa in l. 2. C. eodẽ. Et Panor. in c. Cum non liceat, col. 4. nu. 10. verſic. Secundo quæro, de præſcript. Ducta enim argumentatio ab vno, eadem facilè accommodabitur ad reliqua, vt ſi dixerimus, Non valet bonorum immobilium alienatio per minores ſine iudicis decreto facta, l. Magis puto. §. Non paſſim. ff. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cura ſunt: ergo nec valere poteſt alienatio per furioſos aut prodigos ſine iudicis decreto facta. Quæ quidem conſequentia probatur, per argumentandi locum à ſimili; ſcilicet, quod furioſi & prodigi minoribus iure æquiparentur, legib. præællegatis, & de ſimilibus idem eſt iudi-

Digitized by Google

eſt iudicandum. Poteſt quoque hoc illatum oſtendi verum, ex l. Is cui bonis, & ibi per Doctores. ff. de verbor obligat. Is enim (inquit Iulianus) cui bonis interdictum eſt, nec ad promittendum, nec ad tradendum ſeſe obligare poterit. Imo ne fideiuſſor quidem pro eo interuenire poterit, ſicut nec pro furioſo. Plura ſi quis de hac re deſideret, videat eximios dominos Nicolaum Euerardi à Middelburgo, & Claudium Cātiunculam in ipſorum topicis, in loco à Minoribus ad furioſos, & mente captos. Videat etiam Ioannem Oldendorpium, de copia verbo, ac rerum in iure ciuili, &c. eodem loco, pagi. 36 De hac re etiam minimi in meo Pupillorum patrocinio, titulo, De tutorum & curatorum munere. cap. 9. folio 42. nu. 3. in poſtrema editione. Et idem confirmat D. Vdalricus Zaſius, in d. notabili, l. Fulcinius. §. Adeo, numeris 9. & 10. ff. Quibus ex cauſ. in poſſ. eatur.

ANNOTATIO.

(a) MENTECAPTVS. Furioſum & mentecaptum æquiparari, probat Alex. conſilio 54. ſub numero 1. lib. 1. Matheſill. ſingul. 180. Fulgoſ. conſilio 79. numero 1. copioſè Dec. in l. furioſum numero 7. C. qui teſtam. fac. poſſ. conſilio 112. ſub initio, & conſilio 357. numero 1. Roer. deciſione 23. numero 42. Schurpf. conſilio 24. numero 1. & ſeqq. centur. 2. Pariſ. conſilio 100. numero 1. lib. 1. Menoch. conſilio 82 numero 199. Viui. deciſione 288. nu. 10. Maſcard. (diſſimilitudines etiam referens) de probat. concl. 1048. nu. 1. cum ſeqq. Royz. deciſione 4. ſub numero 34. latiſſ. eorum genera diſtinguens, vt & Menoch. d. conſi. 82. numero 191. cum ſeqq & ex phyſicorum etiam teſtimonijs, pulchrè Sfort. Odd. conſilio 93. numero 1. cum ſeqq. Et procedere æquiparationem hanc, in mentecapto qui non habet aliquod iudicium, ſed penitus caret mente, & intellectu, quique non intelligit quodagat; non etiam in eo qui recipit iudicium rei, licet non ita ſubtiliter percipiat, ſicut alij perſpicaces; hunc enim ita rudis & obtuſi ingenij, ac ſubſtupidum poſſe de rebus ſuis diſponere, reſpondit Pariſ. conſilio 88. numero 38. cum ſeqq lib. 3. poſt Fabr. in §. præterea, inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. ſequiturque, poſt alios etiam commemoratos, ibidem in §. item furioſi Vigl. nu. 2. Cepha. conſilio 546. numero 49. cum ſeq. & conſilio 753. numero 50. cum ſeq. Gomeſ. variar. reſolut. tom. 1. cap. 6. numero 2. ibidemque Soarez in lit. A. Idemque Gomeſ. ad l. 3. Taur. numero 9.

(b) AEQVIPARANTVR. Grammatic. conſilio 16. numero 22. in crimin. Suares allegat. 1 ſub numero 9. Cephal. conſilio 466. numero 82. Vant. de nullit. proceſſ. tit. qualiter ſentent. null. repar poſſ. numero 82. verſ. quod autem. Decian. in praxi crimin. lib. 3. cap. 11. numero 2. voluitque Vincent. deciſione 167. ſub numero 5. declarat latè VVeſenbec. conſilio 23. ſub numero 3. numeris 32, & 33. pulchrè Odd. de reſtitut. in integ. part. 1. quæſt. 3. artic. 1. ſub numeris 2 3. cum ſeq. & part. 2. quæſt. 75. art. 4. numero 16. cum ſeq. & d conſilio 93. numero 9. cum ſeq. latiſſ. Gomeſ. ad l. 3. Taur. ſub numero 14. & variar. reſolut. tom. 1. cap. 6. ſub numero 4. & tom. 2 cap. 14. numero 28. & ſub numero 30. & tom. 3. cap. 1. numero 75. vbi aliud probat in prodigo quoad delicta; quemadmodum & Clar. ſentent. lib. 5. §. fin. quæſt. 60. numero 12. Decian. copioſè d. cap. 11. numero 3. Soarez recept. ſent. theſaur. in lit. P. num. 329. Vincent. iuſta deciſione 451. Sichard. (pulchrè etiam declarans) in l. ſi curatorem numero 13. C. de in integr. reſtit. Quin & Fulgoſ. conſilio 80. prodigum furioſo non æquiparari voluit. & Bart. in l. 1. ſub numero 6. ff. de nouat. in omnibus non procedere æquiparationem tradidit. ſed & Vant. de nullit. ſenten. ex defect. inhabilitatis ſeu mandati. ſub numero 19. concludit, quoad deputandum ſibi curatorem, & finiendam curam, item quoad alienandum & conditionem ſuam deteriorandam, prodigum æquiparari furioſo & infanti; in reliquis pupillo,

pupillo, vt apud eum ibidem & num. ſeq. explicatur latius. & regulariter pupillo æquiparari ſcribit Clar. ſentent. libro 3. q. 5. numero 4. in fine, & magis pupillo quàm adulto, inquit Balb. de præſcript. 1. parte 6. part. princ. in 24. caſu ſub num. 46. poſt Alexand. in d. l. ſi curatorem. ſub numero 4. & numero 13. horum etiam inter ſe conuenientiam & diſcrepationem latius explicantem.

(c) OBLIGATIONIS. Non tamen, quoad adminiſtrationem rerum ſuarum, eundẽ eſſe ſemper vbique prohibitionis, & obligationis effectum; quæque ſit diuerſitatis ratio explicat pulchrè Zaſ. ſingul. reſponſ. lib. 2. c. 35.

(d) FVRIOSO. Quid in minore apud Cephal. conſ. 437. præſertim nu. 7.

Furioſi, Abſentes, Ignorantes, Infames.

FVrioſi, (a) *Phrenetici, (b) Abſentes, & Ignorantes, (c) Infames & Minorennes (d) in iure æquiparantur*: maximè ad hoc, vt non admittantur ad teſtimonij fidem. Vel ſic, Furioſi & Phrenetici in teſtimonio (e) ferendo pro abſentibus & ignorantibus habentur, l. 1. §. Si furioſus. ff. de acquirend. poſſeſſ. & l. 2. §. Furioſus. ff. de iure codicillo. Et l. Nec codicillos. Cod. eodem titulo, de codicillis. Vbi furioſus loco abſentis eſt. Idem ipſe memini in mea Praxi criminali recognita. cap. 50. Titulo, de reprobatione. charta 109. numero 15.

ANNOTAT.

(a) FVRIOSI. Furioſos comparari abſentibus & ignorantibus, probat latè Iaſon in l. ex facto. ſub numer. 3. & 30. ff. de vulg. & pupil. & in l. furioſum, numero 1. & ſub num. 7. & 8. ibidemque Alexander num. 4. C. qui teſtam. fac. poſſ. Marſil. ad l. 1. numer. 53. & 55. ff. de ſicar. Alc. in l. 2. numero 2. de leg. 1. Gomel. var. reſolu. tomo 3. c. 1. ſub numero 72. Tiraquel. de pœn. leg. temper. cauſa 3. numero 2 Menochius conſilio 82. num. 201. 202 & 204. cum ſeq. Royz. dec. 4. numer. 156. 329. & ſub num. 341. cum ſeq. latiſſ. etiam Zaſius in l. 2. §. voluntatem, verſ. coll. ergo. ff. ſolut. matrim. fallit vt ibi etiam per eum. & latè de his quoque Rebuff. ad l. abſentem, verſ. furioſus tamen, & ad l. coram, ff. de verb. ſignif.

(b) PHRENETICI. Phreneticos æquiparari furioſis, dilucida interualla habentibus, reſpondit, ex ſententia Coraſ. in l humanitatis, numero 12. C. de impub. & alijs ſubſtit. Pariſ. conſilio 15. num. 10. & 11 libro 4. aliorumque Odd. conſilio 93. numero 7. libro 1. & ex ſententia Bald. in cap. 1. ſub num. 5. an ille qui interfec. fratr. domini. in vſ. feud. Suarez allegat. 2. ſub nu. 9. multis etiam de his agens.

(c) IGNORANTES. Abſentes & ignorantes æquiparari, ſcribit Odd. de reſtitut. in integr. part. 1. q. 8. art. 9. ſub nu. 45. verſ. 2. quia. & nu. 55. in fin.

(d) MINORENNES. Minores & abſentes æquiparari, reſpondit, poſt Baldum in l. ſancimus, in prin. C. ad Trebel. Burſat. conſilio 143. numero 75. latè poſt Bart. Sichard. in l. ſi infanti, §. ſin verò. numero 11. C de iure deliber. idemque Sichar. in l. in contractibus, ad fin. C. de non num. pecun. vbi fallit.

(e) TESTIMONIO. Alberic. de Malet. tract. de teſtib. par. 1. pr. c. 5. nu. 32. cum ſeqq. Campeg. de teſtib. regul. 114. & poſt alios etiam Maſcar. de proba. concl. 828. vbi ad rem latiſſ.

Furioſus, Infans, Dormiens.

Furioſus

Digitized by Google

F*Vrioſus & infans* (a) *æquiparãtur dormienti.* (b) Nam ſicut furioſus & infans (c) non punirentur vlla pœna, ſi per naturalem furiam, aut per infantiã aliquem occiderent, l. Diuus. ff. de offic. præſid. & l. Infans. ff. de ſicar. Sic etiam ſi dormiens interficiat aliquem, non tenebitur homicidij, vt habetur in Clementina. 1. & ibi Petr. de Anchar. de homicid. Quod tamen verum eſſe arbitror, ſi is dormiens præmonuiſſet, & in cubiculo exiſtentibus indicaſſet hoc ſuum naturale eſſe vitium, ſcilicet, quod haberet tale vitium quo nocte in ſomno ex lecto ſurgeret, per cubiculum diſcurreret, & gladijs dimicaturus quoſuis inuaderet: & ſi eoſdem in ſuo cubiculo præmonuiſſet, vt ſibi de hoc ſuo futuro vitio, & malo præcauerent. Si enim talis dormiens, talique vitio laborãs id non præmonuiſſet, nec alijs indicaſſet, & interim in ſuo furore aliquem inter dormiendum aut diſcurrendum occideret: profectò is de homicidio teneretur, & puniendus eſſet vt homicida: non quidem ob homicidium, ſed propter culpam, (d) vt pulchrè Bartol. in l. penultima. §. Finali. ff. de parricid. Qui exempli (e) cauſa nominat quendam Piſanum, qui ſolitus fuit in ſomno de nocte ex lecto ſurgere, ſeſe armare, atque ita armatus per ciuitatem cantando diſcurrere. Et citat D. Vdalric. Zaſ. in l. Poſſeſsio. §. Adipiſcimur, numeris 8. & 9. ff. de acquiren. vel amittenda poſſeſsio. ſe quendam hominẽ nobilem nouiſſe qui de nocte ſurgebat, & ſeſe armabat, insternebat equum, tanquam equitaturus, quod vbi vxor ipſius intellexit, adeo fuit exterrita & exanimata, vt hæc conſpiciens pauculos intra dies mortem obierit. Simile quoque exemplum & ipſe audiui ab hinc paucis annis contigiſſe Gandaui in Flandria: Vide reliqua ſupra, Dormiens.

ANNOTAT.

(a) INFANS. Infantem furioſo æquiparari probat latè Dec. in l. in negotijs num. 8. ff. de reg. iur. Menoch. conſilio 399 ſub nu. 18. Iaſ. poſt alios, in l. infantis nu. 2. C. qui admit. vbi fallit in caſu illius l. vt per Iaſ. latius; & per Dec. ibidem in 1. lectur. numero 3. & in 2. lect. numero 7 alijſque duobus caſibus limitat Alciat. ad l. 1. numero 52. ff. de verbor. obligat. vbi numero 51. concludit, his etiam æquiparari mutum & ſurdum nihil intelligentes quemadmodum & Coraſ. ibidem nume. 13. Tiraq. de priuileg. piæ cauſ. priuil. 9. verſ. contrarium tamen. Vant. de nullit. proceſſ. tit. de nullit. ſentent. ex defectu inhabilitat. vel mand. numero 25. cum ſeq. Rebuff. in l. apud Labeonem, ad ver. nec tamen ff. de verbor. ſignific. ibidemque Alciat. ad fin. latiſſ. Gomeſ. variar. reſol. tomo 1. cap. 6. ſub numero 5. & tom 2. cap. 14 ſub num. 29. & tom. 3. cap. 1. ſub numero 69. ſentitque Pariſ. de his latiſſ. tractans pleno conſ. 63. præſertim ſub numero 4. lib. 4. accedat Cephal. conſilio 536. num. 41. 48. & ſub numero 50. vbi etiam ait, ſimilem eſſe mortuo qui omninò mutus eſt.

(b) DORMIENTI. Angel. de malefic. verb. ſcienter doloſè quæſt. penult. ſub nu. 17. & inibi apoſtill. Carer. in praxi crim. tit. de homicid. §. circa quartum nu. 25. Bertrand. conſil. 48. (incip. ex proceſſ. cauſæ) numero 19. lib. 1. edit. 2. latiſſ. Vant. d. tit. de nullit. ſentent. ex defect. inhabilit. ſeu mand. numero 14. cum ſeq.

(c) INFANS. Sed nec impubes quidem punitur, niſi ſit ſimul & pubertati proximus, & doli capax, ſecundum Auguſt. ad Angel. de maleſic. in verb. ſcienter doloſè, ſub nu. 6. Dec. in l. ferè in omnibus, ibidemque apoſt. ſub numero 2. ff. de reg. iur. Gomeſ. d. tom. 3. cap. 1. ſub numero 57. Menoch. recuperand. poſſeſſ. remed. 9. quæſt. 3. numeris 36. & 41. & de arbitrar.

EE judic.

iudic.lib.2.caſu 316.numero 31.cum ſeq. & extenſiſſ. caſu 329. poſt Tiraq. de pœn. temperand.cauſa 7.Clar. lib.5.ſentent.§.fin.quæſt. 60.ſub numero 2, alioſque; latiſſ. etiam Odd. de reſtitut in integ.part.2.quæſt. 80.artic.7. numero 44. cum ſeqq. Imo nec minor quidem vigintiquinque annis punitur pœna ordinaria criminis, ſed mitiori, extra ordinem, arbitrio iudicis imponenda, vt eſt apud Clar.& Dec. vbi ſupra, Gomeſ.d ca.1.numero 62.& ſeq. Carrer.d.§.circa. 4.numero 4. Blanc. in praxi crimin.§ imbecillitate numero 5. Decian. tract. crim.lib.5.cap.37.numero 56. Couarr.ad clemen.1.in initio par.3.ſub numero 5.de homicid. Oſaſc.deciſione 60.numero 8. Burſat.conſilio 273.numero 19.latè Grammat. deciſione 23. numero 11. & voto 14.numero 1.cum ſeq.Vincent.deciſione 230.Roland. conſilio 51.numero 40. cum ſeqq.lib.1. & pleno conſilio 77.lib.3.exactiſſ. Ludouic.Luc. deciſione 17.numero 41.cum ſeqq. Odd.d.part.2. quæſt.80.artic.9.qui ibidem art. 10.numero 109.idem in ſenibus probat; vt & Menoch.d.caſu 329.numero 19.vbi ſenes infantibus æquiparari dicit, idemque in conſilio 82.numero 184.cum ſeqq.poſt Tiraq.de pœn.temper.cauſa 7.nume. 3.& 7. aſſeritque Gaill.lib.2 obſeruat.110. numero 34.Royz.d.deciſione 4. numero 144. & ſcribit Odd.d.artic.10.numero 111. in hoc etiam minoribus poſſe æquiparari mulieres, furioſos amentes, dormientes, ebrios, iracundos, & alios prodigos, ſimplicesque viros, cum quibus mitius agat lex, vt per Tiraq. cauſ.1.2.3.4.& ſeq. alijſque in locis illius tractatus de pœn. temp. Porro (quod hic plurimùm ſcire conducit) cum infans ſit ſeptem annorum; poſteà dicetur infantiæ proximus, vſque ad decimum annum cum dimidio, ſi maſculus ſit; ſi fœmina, nonum cum dimidio; at deinceps ad pubertatem vſque, pubertati proximi dicentur, Dec. in l. pupillum numero 1.ibidemque apoſtill. ff. de reg. iur. Marc. quæſt. 122. numero 10. lib.2. in nouis. Soarez recept.ſent.theſ. in lit. P. numero 357. Laurent. Auenion. deciſione 87. numero 8. & hanc veram communem & ſequendam ſententiam affirmat etiam Gomeſ. d. cap. 1. ſub numero 57 quem laudat & Lud.d.deciſione 17.numero 66.quanquam, in ſemeſtri tantùm ante pubertatem, pubertati proximos dici velit, poſt alios, etiam Rebuff. in l. proximos. verſ.ad ætatem ff.de verbor.ſignif. cœterum iudicis arbitrio hoc relinquendum voluit, poſt alios, Coraſ. miſcellaneor.iur.lib.6.cap.23. Couarr. de ſponſal. part. 2.cap.5.numero 5. pulchrè docens quomodo ſecundum ſuperiorem communem ſententiam hoc arbitrium regulari debeat. & horum opinionem veriorem, ac hodie magis receptam atteſtatur Menoch. de arbitrar.iudic.lib 2.caſu 57.numero 44.totam hanc rem explicans accuratiſſ.

(d) CVLPAM. latè poſt Clar.d.§. fin. quæſt. 60.num. 23. alioſque Menoch.d. lib.2. caſu 327. numero 3. Royz.d. deciſione 4. ſub numero 342. Gaill.d.obſeru.110.ſub nu.30.

(e) EXEMPLI. Refert & Gomeſ.d.tom.3.cap. 3.numero 20. in fin. eſtque præclarum exemplum apud Decian.tract.crim.lib.9.cap.15.numero 7.

Futura ſtatim.

Iam iam *futura, pro re ipſa præſenti habenda ſunt.* Vide infra ſub titulo. Proxima, & Sententia lata.

Gratiæ Papales.

GRatiæ *Papales, ſiue reſcripta motu proprio conceſſa, & vltimæ voluntates æquiparantur.* (a) Quia æqualem, & æquè fauorabilem ac pleniſsimam interpretationem accipiunt. cap. Si motu proprio. & cap. Si pluribus, de præbend. libro 6. De quibus D. Nicolaus Euerardi à Middelburgo in ſuis locis legalibus, in loco, A diſpoſitione vltimarum voluntatum, ad reſcriptum motu proprio conceſſum. Et D. Claudius Cantiuncula, in eodem loco: Ab vltimis

vltimis voluntatibus ad reſcriptum motu proprio conceſſum. Hac autem ſimilitudine vtitur Papa in cap. Authoritate, de conceſſ. præbend. lib. 6. De his quoque vide ſupra, ſub titulo, Beneficium, vel Beneficialis gratia.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARANTVR. Roman. conſilio 348. numero 5. ibidemque Mandoſ. commune atteſtatus, ſequiturque Burſat conſilio 361. numero 46. Menoch. de arbitrar iudic. lib. 2. caſu 480. ſub numero 5. qui ibidem numero 7. poſt Roman. conſilio 348. numero 7 addit, gratiam factam penſionis conſtitutæ motu proprio, vltimæ voluntati æquiparari: etſi aliæ æquiparentur contractibus, ſecundum Gigant. tractat. de penſionib. quæſtione 58. in fin. poſt Gomeſ. in regul. cancellar. de infirmis reſignant. quæſt. 16, prope fin. id quod explicat & confirmat latius Mandoſ. vbi ſupra, voluitque Burſat. d. conſilio 361. ſub numero 45.

Habere debere.

HAbere, & habere debere, ſunt paria. (a) Vt notat Bart. in pulchra quæſtione, in l. penultima, §. Cū ita. ff. de aur. & argen. lega. Si enim quiſpiam teſtator legaſſet Ioanni omne argentum ſuum quod habuit, iſque teſtator prius commodaſſet Petro aliquot ſcutellas argenteas, aut pocula argentea, iſque teſtator interim moriatur ante dictum argentum ſibi redditum: idem hoc argentum, commodatum etiam, competit poſt mortem teſtatoris Ioanni legatario: quia quamuis hoc argentum nō fuerat in domo teſtatoris, vel quamuis teſtator idem argentum actu non habuit, idem tamen habere cenſetur, quia hoc ipſum ſuum fuerat, idque omnino habere debuit. lege, & loco vt ante.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Dec in l. qui cum alio. ſub numero 10 ff. de regu. iur. vbi item de axiomate hîc ſubſequenti. accedat quod poſt Bart. in adducto §. cum ita. tradit etiam Rebuff. in l. id apud. verſ. not. verò. ff. de verbor. ſignific. addens poſt doct. in l. quod te. per illum text, in fin. ff. ſi cert pet. quod quando verbum habere, in materia neceſſaria refertur ad eos qui parere tenentur, neceſsitatem importet. & inibi quomodò aliàs accipiatur: & quòd cum effectu, de quo text. & latiſſ. idem Rebuff. in l. nomen §. fin. de verb. ſignifica. Cephal. conſilio 312. numero 74. cum ſeq. & conſilio 604. numero 11. de quo & ſupra tit. Capere reſtituendum. ad fin.

Habere, & Habere poſſe.

HAbere, & facilè habere poſſe, paria ſunt. Vt notat Angel. in quæſtione quā ponit in l. Item veniunt. §. Petitā. ff. de pet. hære. De hoc & in iam proximo.

Habere non poſſe.

REm iſtam habere non poteſt, & rem iſtam cum magna difficultate proſequitur, paria (a) ſunt. Bald. in l. Mater tua, num. 17. C. de rei vendica. l. naturalem, ff. de acquirend. rerum domi. cum pluribus allegationibus ibi per eum allegatis. Rem autē cum difficultate aliquis proſequitur, (b) quando eadem ex conſpectu euanuit, aut quando de impetranda ea re, etiam ſi in cōſpectu ſit, nihil ſpei

Digitized by Google

eſt reliquum. Et contra eam rem habere, aut obtinere dicimur, quando eam facilè conſequi (c) poſſumus, & quando in eam perſequendo diligenter inſiſtimus. Ideoque ſi quiſpiam interuenerit qui eam rem quam perſequor, & quam facilè obtinere potero, mihi præripiat, furtum committit, ob id quod rem meam, quamque facilè conſequi poteram, præripuit: vt manifeſtè oſtenditur ll. ſupra allegat. Vide etiam ſupra. Amittere conſpectum.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Crauett. conſilio 199. ſub numero 22.

(b) PROSEQVITVR. Poſteaquàm de aucupio & venatione hic agitur; ſciendum eſt, hæc i pari procedere cũ piſcatione: & quod dicitur de piſcatione ad hęc produci poſſe, vt reſpondit Natt. conſ. 512 ſub n. 2. per tex. apertũ in l. item ſi fundi. §. aucupiorũ ff. de vſuf. ſentitque Euerar. in loco à ſimil. ſub init. pulchrè Tiraq de retract, proxim. §. 1. gl. 7. ſub nu. 117.

(c) CONSEQVI. Cephal. conſilio 136. præſertim numero 12. & ſeq. pulchrè ad capta in bello applicans.

Habere parum, nihil.

HAbere nihil & admodum parum habere, paria (a) ſunt. Socin. in ſuis conſilijs, conſilio 30. num. 3. lib. 4.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Diximus ſuprà. latius, ſub tit. dos exigua.

Habere maritum inutilem.

NOn habere maritum, & habere maritum inutilem, paria ſunt. Vide infra, titulum, Maritus.

Hæres.

HÆredem eſſe, & hæredem ſe facere, vel fieri, vel factum eſſe, paria ſunt. Ita ſuſtinet Raphaël Cumanus. in l. In ſubſtitutione, n. 3. ff. de vulga. & pupil. ſubſtit.

Hæres indebitus.

HIc indebitus datur hæres, aut cohæres, & hic non datur hæres aut cohæres, paria ſunt. l. Cohęredi. §. Finali ff. de vulg. & pupil. ſubſti. vbi dicitur, quod ſicut qui certæ rei hæres inſtituitur, cohærede non dato, bonorum omnium hęreditatē obtinet, (a) ita quoque cui cohęres datur, ſed non verus, nec legitimus.

ANNOTATIO.

(a) OBTINET. Tiraquell. tractat. *le mort ſaiſit le vif*, part. 2. declarat. 4. numero 14. latius Menoch. conſilio 224. numero 46. cum ſeqq. Gomeſ. variar. reſolut. tom. 1. cap. 2. numero 16. ibidemque Soarez in lit. G. & cap. 10. numero 8. cum ſeqq. Soarez recept. ſentent. theſaur. in lit. H. numero 39. vbi ſub numero 43. idem quoque docet, quando vniuerſalis vel ex parte cohæres, adire noluit ſeu non potuit. idemque Alexand. conſilio 58. numero 4. lib. 3. Gomeſ. d. cap. 10. ſub num. 13. poſt alios communiter, in l. quoties, vbi etiam Sichard. ſub nu. 4. Cod. de hæred. inſtitu. voluitque Gaill. lib. 2. obſeruat. 143. numero 8. ſed ſi cohæres iſte adiret,

Digitized by Google

adiret, certæ rei hæres inſtitutus legatarij loco haberetur, vti commune atteſtatur Gomeſ. d cap. 2. ſub nu. 16. reclamante tamen vbique Soarez vbi ſupra. Verùm latius hac de re apud Roman. conſilio 179. numero 10. ibidemque Mandoſ. Tiraq. d. declaratione 4. ſub nu. 2. cum ſeqq. Menoch. adipiſcend. poſſeſſ. remed. 4. numero 93. cum ſeqq. & de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 10. numero 1. cum ſeqq. Ad æquiparationem quoque hic propoſitam, videantur annotata noſtra ſuperius ſub titul. Abeſſe.

Hæres & liberi.

Sine liberis decedere, eſt ſine hærede decedere. Vide ſupra, Decedere.

Hæreditatem adire.

Adiri hæreditatem per filium, patre iubente, & adiri hæreditatem per patrẽ filio conſentiente, (a) paria ſunt. l. Filiofamilias, & ibi Bald. & Alex. C. de iure delib.

ANNOTAT.

(a) CONSENTIENTE. Videatur Hartman. lib. 2 miſcel. cap. 1. obſer. 10. ſic poſt Angel. in l. quoties ab eo C. de fideicommiſſ. probat ibidem Iaſ. numero 4. quod ſi filius alienat rem immobilem ſimul cum patre, vel econtra, non requiratur aliter conſenſus vel auctoritas patris. id quod & alijs exemplis ille confirmat.

Hæreditatem adire indebitè.

Adire hæreditatem indebitè vel incompetenter, & hæreditatem non adire, in iure ſunt paria. (a) l. 2. & ibi Alexan. Bal. Salic Fulg. & alij ad hoc notant C. de ſucceſ. edict. l. Finali. ff. de liber. & poſth. Et l. Filius emancipatus ff. de coll. dot.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Chaſſen. conſilio 18. ſub numero 20. Grammat. conſilio 32. ſub num. 4. in ciuil. Et ſiquis hæreditatem adeat ex inualido & incongruo capite, non ſuſtinetur aditio ex alio capite congruo, vt notat poſt alios Dec. in adducta l. 2. num. 7. & poſt Crauet. conſ. 171. num. 17. Cephal. conſ. 745. incip. tres caſus. num. 10.

Hæreſis.

Crimen hæreſeos ſimile (a) eſt crimini læſæ maieſtatis. Ad hoc, vt vtrunq; poſſit poſt mortẽ (b) accuſari l. Manichęos, iuncta gloſſa. in verbo. ſubire. C. de hæret. & Manichæ. l. Finali. in fine C. Ad l. Iuliam maieſt. Et Specula. li. 4. partic 4. De hæreticis. nu. 5. cuius allegationes ibidem videre poteris. Ad hęc videte D. Vdalri. Zaſ. in ſuis reſponſis ſiue conſilijs, primi lib conſilio. 23 pagi. 339. 340. 341 342 343. 344. 345. quod hac tempeſtate eſt ſcitu pluſquam neceſſarium.

ANNOTATIO.

(a) SIMILE. Bald. conſilio 439. ſub num. 1. lib. 3. Menoch. conſilio 100. ſub nume. 91. & conſilio 808. num. 1. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 462. num. 2. & ſeq. Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 12. n. 6. ibidemque lib. 5 cap. 26. nu. 7. limitando, ait in multis, æquiparari, adeo que

crimen læſæ maieſtatis diuinæ æquiparari læſæ maieſtatis humanæ crimini, probat latè Carer. in tract. de hæret. numero 102. (per totum ferè illum tractatum hoc argumento vſus) Crauet. conſilio 6. numero 3. Roland. conſilio 73. numero 9. & ſeq. libro 3. vbi tamen numero 16. & ſeqq. reſpondet, non ita ſimpliciter, æquiparationem hanc intelligendam eſſe: quia de crimine quidem læſæ maieſtatis humanæ, liceat arguere, ad crimen læſæ maieſtatis diuinæ, vt in adducta l. Manichæos, & c. vergentis, de hæret. quod tunc arguatur de minori ad maius: non autē è diuerſo valeat argumentum de crimine hæreſis ad crimen læſæ maieſtatis; Cùm illud hoc maius ſit, prout ille ibidem comprobat latiſſ. ſequiturque Burſat. conſi. 280. numero 12. & voluit Decian. ſub d. numero 7. Porrò crimen læſæ maieſtatis, hæreſis, & ſimoniæ æquiparari ſcribit & Angelus de malefic. ad verba, *& hai tradito*, ſub numero 18. meminitq; huius æquiparationis & Ferrar. Montan. de appell. c. 5. verſ. moribus etiamnum, latè Rolandus conſi. 31. numero 12. libro 3. Triuiſan. (pulchrè explicans & limitans) deciſ. 5. numero 1. cum ſeqq. lib. 2. ſentitque Menoch. libro 5. præſum. 8. numero 1. cum ſeq. extenſiſſ. Decian. d. libro 5. cap. 85. numero 2. cum ſeq. Maſcardus de probat. libro 3 concl. 1304. numero 7. cum ſeqq. & concluſ. ſeq. numero 16. Idemque lib. 1. concl. 453. numero 2. tradit, corruptelam, in multis, crimini læſæ maieſtatis comparari; poſt Parid. de Syndic. in verbo, corruptio, in princ. & Grammat. conſ. 35. numero 2. in crim. qui ibidem numero 7. poſt Par. vbi ſupra, in verbo, barataria. addit, ſufficere ſolam promiſsionem pecuniæ factam iudici; & æquiparari crimini aſſaſinatus. qua de re latius apud eos, & Boſſ. tractat. crimin. de official. corrupt. pec. præſertim numero 7. accedit Viuius iuſta deciſione 113. Marc. deciſ. 684. cum ſeq. libro 1. Menoch. de arbitr. iud. libro 2. caſu 517.

(b) POST MORTEM. Angel. & Auguſt. vbi ſupra numero 17. Bellamer. deciſ. 677. cum ſeq. Gomeſ. variar. reſol. tomo 3. c. 1. numero 80. cum ſequ. & c. 2. numer. 12. & 13. Clar. ſent. libro 5. §. hæreſis. numero 21. & §. læſæ maieſtatis, num. 16. & vtrobique apoſtil. Roland. conſ. 1. numero 15. cum ſeqq. & conſ. 8. num. 8 lib. 3. Decian. d. lib. 5. cap. 57.

Homicida.

DE *homicidis ad locum perfugij concurrentibus.* Vide ſuperius ad caput, Capere pro apprehendere.

Homines, Arborum folia.

HOmines *arborum folijs æquiparantur.* Homerus in libro Iliad. quale foliorum genus, tale & hominum: folia quidem fundit ventus humi: alia verò ſilua pullulās gignit, quando veris venit tempus, ſic hominum quidem genus, aliud quidem naſcitur, aliud autem moritur. Sophoc. in Aiace furente, Vlyſsis verba. Vides, inquit, nos nihil aliud eſſe præter ſimulacra quicunque viuimus: vel leuem vmbram. Ioannes de terra rubea contra rebelles ſuorum regum, in gloſſa proœm. in verbo, Derelictam, folio 7.

Honeſtum.

HOneſtum, *neceſſarium, & poſsibile æquiparantur* l. in eadē. & l. necnon. §. finali, ff. ex quib. cauſ. maior. Et nouella de referendarijs ſacri palatij, in prin. Conſtit. 11. Et Io. Oldendorp. in ſuis locis iuris communibus, ſub lit. N.

Honor.

Honor.

HOnor *vitæ (a) comparatur, & grauiſſima infamia, morti.* (*b*) l. Iuſta. iuncta gloſſa. 1. & l. Etiam. §. 1. ff. de manu. vindic. Et l. Iſti quidem. §. Finali. ff. de eo quod met. cauſ. Has ob cauſas multi in religione Chriſtiana viri pij, glorioſam mortem infami vitę prętulerunt, vitamque virtutibus, ac honeſtati poſthabuerunt, nempe confortati, & conſolati illo veriſsimo dicto. Sap. 4. Quod gratia, & miſericordia Dei ſemper ſit in ſanctos eius, & reſpectus in electos ipſius, adeo, vt etiam ſi iuſtus morte præoccupatus fuerit, in refrigerio tamen cōſtituatur. Atque hinc fit vt iuuentus celerius conſummata, condemnet longam vitam iniuſti. Et iuſtus mortuus condemnet vitam iniuſti viuentis, ſicuti ſero tandem cum admiratione ipſi iniuſti quoque poſt mortem iuſtorum teſtabuntur, deque ipſorum morte, & miſerando (vt videbatur) temporalis vitæ interitu dolenter exclamabunt, & dicent: Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati, vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore, ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt. Sic & Eleazarus nonagenarius maluit glorioſam eligere mortem, quàm contra cōſcientiam, contraque legem diuinam aliquid illicitum committere. 2. Machab. 6 Vide & infra. Perſona.

ANNOTATIO.

(a) VITÆ. Crauetta conſilio 168. numero 3. & latius conſi. 697. ſub numer. 4. Alciat. conſilio 306. ſub numero 4. VVeſembech. conſ. 36. ſub numero 16. Viuius dec. 46. numer. 5. Burſat. conſilio 273. ſub numer. 10. & 16. & conſ. 311. (incip. grauiter ægrotante) numero 84. Menochius conſilio 98. numero 8. & conſilio 302. numero 6. & libro 2. de arbitrar. iudic. caſu 377 numero 19. Rebuffus in l. licet capitalis, verſic. 2. ſicut. ff. de verborum ſignific. Gaill libro 1. obſeruatione 123. ſub num. 6.

(b) MORTI. Dec. in l. in actionibus numero 21. de in lit. iurand. Capyc. deciſione 5. numero 7. Cantiunc. conſilio 25 numero 13. Schurpf conſilio 87. numero 4. centur. 3. Rebuff. conſilio 97 verſic. item agitur. latè Zaſ conſ. 19. numero 2. lib: o 1. Cephal. conſil. 39. numero 39. cum ſeqq. & conſilio 57. numero 5. Tiraq. de iudic. in reb. exiguis terend. verſ. 77. huc vergit. Blanc. in praxi crimin §. verum quia, numer. 19. & 24. & §. 3 pars numer. 4. Coraſius in l. admonendi. ſub numero 51. & in l. ſi iam anguſti, ſub numero 17. de ſeruitut. Odd. de reſtitu. in integrum, part. 2. quæſt. 73. art. 2. ſub numero 7. Decian. tractat. crimin. libro 3. cap. 25. ſub numero 54. & conſilio 5. numero 21. libro 2. Surd. deciſ. 49. ſub numero 2 & num. 5. & dec. 89. ſub num. 21. Clarus ſenten. libro 5. §. homicidium, num. 16. hinc aſſerens (quemadmodum & Cephal. d. conſi. 39. vbi ſupra) licere alterum interficere pro defenſione proprij honoris: adeo vt ſi immineat periculū alicuius iniuriæ perſonalis, poſsit quis occidere aggreſſorem id quod poſt Alex. conſilio 76. numero 2 conſ. 109. numero 3. libro 1. alioſque reſpondit Burſat. dict. conſ. 273. num. 2, Grat. conſ. 119. Grammat. conſ. 29. numero 5. & conſilio 56. nu. 2. in crimin. Mynſingerus conſ. 27. num. 6. Royz. Litua. dec. 3. numero 74. commune probat Soarez rec. ſent. theſ. in litera H. numero 122. Viuius deciſ. 394. num, 8. Maſcardus de probat. conc. 489. numero 7. cum ſeq. & concluſione 1025. numero 13. & ſub numero 19. voluit Rebuff. in d. l. licet. verſic 3. ſicut declarat Dec. in l. vt vim, numero 17. in fin, de iuſtit. & iur. Gomeſ. var. reſolut. tomo 3. cap. 3. ſub num. 22. cum num. ſeqq. VVeſembech. conſi. 19. ſub num. 5. num. 6. & 52. Cæterùm Alc. regul. 3. præſump. 45. ſiue fin. nume. 24. ſcribit cauſam famæ non propriè

æquiparari

Digitized by Google

æquiparari vitę, per text. in l. ſi adulterium cum inceſtu, §. liberto, ff. de adulter. inferens (aduerſus id quod And. Sic. ad Bald. in c. 1. in prin. qu:bus mod. feud. amitti ſentit) vaſallum, ſi non defendat famam domini, non perinde amittere feudum ac ſi vitam eius non defenderet. quanquam And. Sic. ſequatur & Cephal. d. conſilio 57. ſub numero 5. & d. conſil. 39. num. 4§. Sed & Couarru. de ſponſal. & matr. part. 2. c. 8. §. 12. ſeu vlt. ſub numero 16. ex aliorum ſententijs, ſuſtinet, non teneri ita quempiam conſeruare illæſam famam, ſicuti vitam, vt apud eũ latius. Porrò detrectatorẽ æquiparari ſerpenti, qui occultè mordet & vulnerat, probat Marc. dec. 34. numero 8. libro 2. in nouis, ibidemque num. 2. & 3. quomodo ęquiparetur homicidæ: de quo fruſtra hic, quando eo mores deciderunt, vt nunc paſſim bubali quidam, in maledicendi pruritu vnicè glorientur, ſi viros probos, non perinde factioſos, calumnioſis criminationibus, ac ſcurrili improbitate, in contemptum, & inuidiam, ex qua (vt cum Seneca loquar) creſcere proponunt, apud ignaram plebem rapiant. ſed ſatis, ne videamur, quod ille ait, velle,

—— Triſti lædere verſu Pantolabum ſcurram.

Hoſpitalia.

H*oſpitalia in iure priuilegiorum, paria (a) cum iuribus Eccleſiarum ſunt.* Vti ſignanter notat in 19. caſibus D. Felinus, in c. de quarta. extra de præſcriptionib. quem breuitatis cauſa per ocium ibidem videre poteritis. Eandem quoque paritatem confirmat D. Nicol. Euerardi à Middelburgo in locis ſuis legalibus, loco, Ab eccleſia ad pia loca. Sunt nihilominus hoſpitalia quædam nõ conſecrata, nempe ſecularia prorſus, & neſquaquam religioſa vocata. In his Epiſcopus nullum ius habet, ſicut in religioſis hoſpitalibus, neque eadem Eccleſiaſticis (b) priuilegijs gaudent, nec in ijs miſſæ ex priuilegij conſuetudine celebrari, aut alia ſacra tractari poſſunt, niſi cum conſenſu Epiſcopi, nempe quòd loca ſint planè prophana, vt aliæ domus ſeculares.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Copioſè Menoch. recuperandæ poſſeſſ. remed. 15. numero 23. Burſatus conſilio 60. ſub num. 29. & voluit Felin. conſi. 34. num. 5. 6. & 10. Alex. conſilio 9. num. 1. lib. 2. Dec. conſilio 36. ſub numero 9. conſ. 273. in prin. conſi. 488. numero 4. conſi. 54. num. 1. & in c. 1 ſub numero 70. de probat. Roman. in authen. ſimiliter, in 30. ſpeciali vltimæ voluntatis. C. ad leg. Falcid. Affli. deciſ. 67. nemero 4. vbi apoſtil. Maſcard. de prob. lib. 2. concl. 869. nu. 9. cum ſeqq. referens 19. illos caſus Felin. hic adducti.

(b) ECCLESIASTICIS. Bald. conſilio 465. ſub numero 3. libro 1. Alexand. conſilio 120. numero 3. ibidemque apoſt. libro 1. & d. conſilio 9. ſub numero 1. Roman. pleno conſilio 477. Marc. deciſ. 1018. numero 2. & dec. 1019. numero 3. libro 1. Gabriel libro 6. recep. ſent. ſub tit. de pia cauſa. concluſ. 2. Sunt tamen loca pia, licet non eccleſiaſtica, religioſa vel ſacra, ſecundum quoſdam, vt per Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ, in præfat. ſub initio, verſ. ſed & alij: & latius Oddo de reſtitut. in integr. part. 1. q. 3. artic. 6. præſertim numero 46. quanquam diſſentiat etiam Mandoſ. ad Roman. d. conſilio 477. ſub numero 21. in litera G. Latè de his quoque Panorm. in quęſt. 3. cui initium, Sempronius clericus, ſub numero 13. verſ. ad 3. dubium. diſtinguens ac docens quomodo efficiantur loca religioſa, probenturque eſſe talia. de quo & pulchre apoſt. ad Alex. conſ. 209. nu. 12. libro 2. Guid. dec. 187. Marc. dec. 1008. & 1009. & deciſ. 1017. libro 1. latiſſ. Maſcar. vbi ſupra numero 1. cum ſequentib. Caualc. dec. 63. numero 63. cum ſeqq.

Hoſpita-

Digitized by Google

Hoſpitalarij.

H*Oſpitalarij ſimiles ſunt tutoribus, & curatoribus, tam in bonis hoſpitalium, quàm in bonis hoſpitantium.* Vide inferius, Orphanotrophi.

Hoſtes.

H*Oſtes fidei, æquiparantur (a) piratis.* Sicut enim piratæ paſsim per maria volitant, vt incautos mercatores (qui reipublicæ commodis proſunt) opprimant & ſpolient, ſic & hoſtes fidei noſtræ (quales ſunt Turcę, veri hæretici, & quiuis alij à fide alieni) qui noſtræ orthodoxorum ſaluti per inſtinctum Satanæ & Antichriſti & per infideles Principes inſidiantur, noſtramque fidem & veritatem Euangelicam varijs opinionibus, diſsidijs, bellis & tormentorum tandem machinis oppugnant, vt fideles quoſque à ſalutari fide, & æterna ſalute priuent, quod quotannis per Turcarum incurſiones, & per non ſanè fideles Principes licet cernere. Atque ideo ab his fidei hoſtibus non ſecus quàm à violentis piratis vnicuique cauendum eſſe cenſeo, vt vel clam, vel violenter ipſorum potentiā liberi effugiant. Atq; de his eſt textus in Authentica, Nauigia. C. de furt. ibi niſi talia ſint nauigia quæ piraticam exercent prauitatem, ſiue nobis, ſiue Chriſtiano nomini inimica. Nam cum piratæ contra legem faciant, legis auxilio vti non debent. l. Auxilium in fine. ff. de minorib. 25. annis. cap. Bonæ memorię. 1. cum gloſſa. ſuper verbo. Exceptione, extra, de elect. cap. An ſit deferendum. Et c. Conſtitutis, extra de appella. Et ca. de viro 12. q. 2. Idem annotauit Bald. in d. Authentica. Nauigia. Differunt tamen in hoc quòd piratę vbique & à quibuſuis reprædari, capi, viribusque ſuis & minui, & prorſus exui poſsint, imò & capitaliter puniri debeant, quia ſunt ipſo iure vt hoſtes patriæ paſsim condemnati, & vt loquuntur deſidati, hoc eſt, ab omni bona fide alieni & reiecti, vt habet Authentica. Caſſa. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. Et idem notatur in ca. 1. de mili. vaſal. qui contu. eſt, in 10. collat. Et in titulo. Hic finitur l. Conradi domino guerram faciente, collat. 10. Idem etiam poſt Bald. notauit Iaſon in §. Rurſus, inſtitu. de actionib. num. 46. folio 26. Hoſtes verò fidei, ſi ſint exteri non ſic vbilibet locorum capi & puniri debent, quia non omnibus territorijs ſubſunt, nec ad quaſuis nationes ſpectant, neque omnium Principum edictis parere coguntur. Verùm enimuero, ſi hi exteri noſtræque Euangelicæ fidei hoſtes noſtros fines inuaderēt, noſtramque rempublicā nefariè turbarēt, profectò, vt ſeditioſi, & reipublicæ perturbatores capi & puniri tūc poſſent. Quin & hæreticos ſeditioſos (qui etiam ſunt hoſtes fidei) non autem quietos, tacētes, (b) & modeſtos Iuſtinianus puniri voluit, nec quidem ab omnibus morte, ſed tantum à magiſtratu: Modeſtos enim tolerandos cenſuit. Seditioſos verò non tam ob religionem, quàm ob ſeditionem & reipublicæ turbationem plectendos eſſe ſtatuit. Creſcentibus autem hæreſibus aliud Carolus Quintus fœlicis memoriæ Imperator pro temporis exigentia (& bene) ſtatuit, edicto anni. 1550. dato Bruxellę 29. Aprilis, quo quidem edicto rigoroſiorem legem dedit, qua etiam hæreticos reſipiſcentes ac pœnitentes plectendos eſſe morte naturali, tam viros, quàm mulieres ſeu fœminas edixit. Viros quidem gladio, fœminas autē puteo

FF cenſuit,

cenſuit. Et ſi textus nullus ſit, nec iuris canonici, nec ciuilis, nec ex probatis ſcriptoribus Doctor vllus, de his qui ſponte & in tempore reuertuntur (c) & reconciliati ſunt, pœnam mortis imponat, teſte etiam D. Vdalric. Zaſi. in ſuo conſilio 13. libri primi. Illud tamen ſubiungere volui, quod tam diu in pace ac tranquillitate viximus, quamdiu Iuſtitiarij & Officiarij harum regionum illud edictum ad amuſsim obſeruarunt, & poſtquam conniuere inceperunt, in infœlicia hæc tempora incidimus, quod quidem edictum tenebantur & obligabantur obſeruare æque bene atque edicta Iuſtiniani Imperatoris. C. de hæretic. & Manichę vſque ad edicta Caroli quinti Imperatoris. Lex enim ſemper loquitur. Bartol. in l. Arriani. C. de hæretic. & Manichę. & ſchiſma. pro quo facit textus in c. Cum marthe. in verbo. Moſaica lex clamat. de celeb. miſſar. quemadmodum enim leges & edicta, edita fuerunt per Iuſtinianum Imperatorem, cùm maturo conſilio ac deliberatione, ita & edicta Caroli Quinti Imperatoris: quare etiam exactè obſeruanda ſunt & erunt, donec maturo conſilio ac deliberatione reuocata fuerint. Nec inferiorum iudicum eſt diſputare (d) aut in dubium reuocare num iſtiuſmodi edicta valida ſint, nec ne, ſed ſecundum ea ſine aliqua difficultate aut ſcrupulo duntaxat iudicare, & ſententiam executioni mandare. Nihilominus interim & Iaſon, & Barto. de hac materia hanc ſimilem mouent quæſtionem. Si ciuitas imperij reſiſtat officiali Imperatoris, an per hoc dicatur illa ciuitas eſſe hoſtis imperij, ita vt ei bellum indici poſsit? Et reſpondet Bartol. in l. Hoſtes in 3. colum. num 13. 14. 15. verſic. Circa prędicta quęro, cum hac diſtinctione ſcilicet. Si ciuitas officiali reſiſtat, vt ipſi perſonæ officiali, vel propter ipſum officialem, non propter Principem vel Imperatorem, tunc ob eam rebellionem illi ciuitati ſic in priuata cauſa rebellanti bellum indici non debet. Si vero ciuitas Imperatoris officiali rebellet vti Principis officiali: nempe in ſuo officio, & propter Principem, tunc ea ciuitas cenſenda eſt eſſe hoſtis imperij, & ipſi ab Imperatore bellum indici poterit, vt habet Bartol. in lege & loco iam allegato, & in l. Qui à latronibus, in principio. ff. de teſtament.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARANTVR. Marc. deciſione 685. numero 19. lib. 2. in nouis. Strach. de mercatur tit. de nauib. part. 2. numero 16. Decian. tractat. crimin. lib. 9. cap. 29 numero 22. Alciat. conſilio 11. numer. 4 & 5. limitans in clerico pirata. & ex numero 2. inibi, multa diſcrimina piratæ & aſſaſsini enumerans.

(b) TACENTES. Receptiſſ. hanc ſententiam atteſtatur poſt Clar. ſent. lib. 5. §. hęreſis numero 13. Soarez recept. ſentent. theſ. in lit. H. numero 110. copioſè Burſat conſilio 280. numero 21. cum ſeq. Sard. deciſione 247. numero 6. & ſeqq. præſertim 13. Decian. tract. crimin. lib. 5 cap. 41. numero 2. ibidemque cap. 53 num. 3. cum ſeqq. differentias plures inter manifeſto & occultos huiuſmodi hæreticos colligit.

(c) REVERTVNTVR. De his latè Marc. deciſione 267. numero 6. lib. 2. Soarez vbi ſupra numero 111. cum ſeqq. poſt Clar. d. § hæreſis numero 8. alioſque, Decian. d. lib. 5. cap. 54. & conſilio 5. numero 1. cum ſeqq. lib. 2. Oſaſc. conſilio 78. præſertim numero 8. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. caſu 372. præſertim numero 9. cum ſeqq. & caſu ſeq. & de præſumpt. lib. 5. præſumpt 47. Burſat. conſilio 14 præſertim numero 31. cum ſeqq. conſilio 38. præſertim numero 1 cum ſeq. & numero 16. cum ſeqq. & d. conſilio 280. præſertim numero 13. cum ſeqq. vbi ſub numero 17. & numero 50. poſt Clar. d. lib. 5 § fin. quæſt. 78. numero 4. alioſque,

idem

Digitized by Google

idem in apoſtatis probat; neque l. hi qui ſanctam Cod. de apoſtat. eſſe ſeruandam: quum hodie apoſtata & hæreticus à pari procedant, eorumque cauſas iiſdem ferè regulis metiamur, vt apud eum latius. diſcutiant exactè Decian. d. lib. 5. cap. 26, numero 1. cap. 70 numero 3. & cap. 72 numero 8 & nouiſſ. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. caſu 546. numero 18. cum ſequentib. idem nihilominus ſentientes.

(d) Dispvtare. Leges enim cum inſtitutæ fuerint, non eſt liberum iudicare de ipſis, ſed ſecundum ipſas iudicare oportet, c. in iſtis. vbi latè Præpoſ nu. 3. diſtinct. 4. Rebuff. in proœmio conſtitut. reg. gloſſ. 1. numero 16. Zaſ conſilio 2. in fin. lib. 2.

Ignorans.

IGnorans quantum ad culpam comparandus eſt cum infante. Et contra. Neuter enim in dolo, (a) aut culpa haberi debet. cap. Inebriauerunt, cum gloſſa 15. q. 1. Et cap. Vnum orarium §. Criminis appellatio. 25. diſtinct.

ANNOTATIO.

(a) Dolo. Ignorantia quatenus excuſet à delicto, diſtinguit eleganter Zaſ. ad l. ex maleficijs §. 1. ad fin. ff. de action. & obligat. latiſſ. Blanc. in praxi crimi. § ignorantia, ibidemque nume. præſertim 18. cum ſeq. quomodo ignorans dolum aut culpam contrahat, de quo & Gaill. lib. 2. obſeruat 48. Menoch. lib. 6. præſumpt. 23. numero 11. & poſt Clar. ſent. lib. 5. §. fin. quæſt. 60. numero 14. alioſque Soarez recep. ſent. theſ. in lit. I. numero 4. & ſeq.

Immatriculatus.

IAm immatriculatus, & ſtatim immatriculandus, paria ſunt. Vel ſtatim immatriculandus cenſetur pro iam immatriculato. Hinc ait Angel in l. Ex eo. ff. de milit. teſtament. quod ſtatutum puniens offendentem ſcholarem immatriculatum, etiam locum habeat in offendente ſcholarem ſtatim immatriculandum, quem ſcilicet iuſſit rector immatriculari, licet nondum ſit immatriculatus, (a) quia proximè immatriculandus habetur pro immatriculato, quod etiam voluiſſe apparet Iacob Butri. in l. Si quis id quod. §. Cùm proponitur. Cuius ſententiam etiam ſequitur Alexand. in principio eius legis, colum. 1. ff de iuriſd. omnium iudic. Quin & horum ſententias approbat etiam Iaſon in l. Admonendi. colum. 2 ff. de iureiuran. Ad idem facit quod notat Angel. in l. Item veniunt. §. Præter hæc, & per textum ibi & gloſſam in verbo, Conſules. ff. de petit. hæred. quòd qui deſtinatus eſt ad magiſtratum, vt illum proximè ineat, iam & iniuiſſe videtur, ipſiuſque nomine appellatur. Huic multo propius accedit quod ait Salicet. in l. Cùm te. in fine. Cod. de donat. ante nupt. quod mulier pro coniuncta & carnaliter copulata à viro habetur, quæ de proximo eſt copulanda, (b) quòd dictum ſequitur Alexan. in ſuis conſil. js, conſilio 129. incip. Super 1. colum. 2. verſic. Iſtis ſic præmiſſis. lib. 7. Et pro ſingulari refert Felin. in cap. Tertio loco. colum. 4. verſicu. Et retenta. De præſumpt. & in Rubr. de ſponſalib. colum. 5. Et Hippolyt de Marſil. in l. 1. colum. 2. ff. de Sicar. & ſingulari. 406. incip. Qui de proximo. Et D. Andreas Tiraquellus, de legib. connubialib. & iure maritali, 15 lege. charta. 128. numeris, 15. 16. 17. & ſequentib. vbi ad prædicta multa adducit, quem per ocium ibidem videre licebit.

Digitized by Google

ANNOTATIO.

(a) IMMATRICVLATVS. Felin.in c.eam te. ſub nume. 16.verſ. reſultabit ergo. de reſcript. Cephal.conſilio 136.ſub numero 6. Maſcard. de probat.concluſ. 129.num.6.Rebuff. ſcholaſt.priuil.141.alijque qui de ijſdem priuilegijs ſcripſere.

(b) COPVLANDA. Dec.conſilio 540.numero 12.in fin.cum numero ſeq.& conſilio 577.numero 5.cum ſeqq. Afflict.deciſione 61.numero 3.in fin.cum numero ſeq. Chaſſen.ad conſuet. Burgund.tit.4.§ 6. verb. *mariés.* numero 6.cum ſeq. Et ad rem latius infra, ſub tit. Potentia ante actum.& tit. Proxima,vel proximè futura.

Impedimentum ſolutionis.

D*Ebitor impeditur (a) ſoluere facto vel aduerſarij, vel iudicis, quoad moram & debitor impeditur ſoluere facto aduerſarij, vel iudicis, quoad pœnam euitandam, paria ſunt.* l. Arbiter calendis, & l. Finali. C.de rec.arbit. Et D. Carolus Ruinus in ſuis conſilijs, conſ. 150. nu 16.in c. Satis clarum,in ſuo primo volumine conſiliorũ.

ANNOTATIO.

(a) IMPEDITVR. Sed & hic paria eſſe,quẽ nõn eſſe impeditũ, vel impedimentũ poſſe euitare,ſcribit poſt alios Burſ.conſ.72.ſub n.53.per not.Bart.in l.qui commeatus ff.de re milit.de quibus latè etiam poſt Dec.conſ.677.ſub num.2.cum ſeq. aliosque Vant.de nullit. proceſſ.tit.de nullit.ſent.ex defect.iuriſdict.ordin.nu.166.ad fin. Cephal.conſ.708 numer.44. Crauett.conſilio 151.numero 22.& conſilio 179.numero 9.& in reſponſ.pro gener. 1.num. 89.Royæ.deciſ.4.ſub numero 491.Menoch.de arbitr.iud.lib.2.caſu 118 numero 7.

Imperium, Eccleſia.

I*Mperio quomodo Eccleſiaſticum ſacerdotium comparetur.* Vide ſupra, Fiſcus.

Impoſsibilia.

I*Mpoſsibilitas naturæ, (a) & impoſsibilitas iuris æquiparantur.* l. Vltima. ff. Quæ ſentent. ſine appellat. reſcind. Vbi Paulus reſpondet. Impoſsibile præceptum (b) iudicis, nullius eſſe momenti. Item reſpondet, quòd ab ea ſententia cui parere per rerum naturam nemo poterit, ſine cauſa appellari non debeat, ob id quod talis ſententia impletu impoſsibilis neminem liget, & ibi gloſſa finalis citat l. Filius, & l. Conditiones, quæ egregiè idem tenent de condit. inſtituend. Ad hunc quoque modum paria cenſenda ſunt. Non poſſe,(c) & inhoneſtè poſſe. Quæ enim inhoneſta ſunt, etiam ſi poſſet, tamen propter decorum, & honeſti debitam rationem, ea ſe omnino non poſſe dicet vir probus, teſte Cicerone lib 1. Offic. De his vide etiam titulum, Difficilè.

ANNOTAT.

(a) NATVRÆ. Impoſsibilium huiuſmodi quatuor genera diſtinguit, ac ſubdiuidit eleganter Zaſ.poſt gl.in l.impoſsibilis nu 3 de verb.obl.de quo ibidem quoque Cora,nu.1.& 2.

(b) PRAECEPTVM. Decian.conſilio 14.numero 30.lib.3.

(c) NON POSSE. Crauett.conſ. 229.ſub nu.5.cum ſeq.& conſ.268.nu.1.& de antiq. temp.part.1.c.incip.non obmitto.nu.10.Ceph.conſ.276.ſub nu.20.conſ.435.numer. 28. & conſilio

Digitized by Google

conſilio 75.num. 79.& ſeq.Gaill.lib.2.obſeruat.142.ſub nu.16.extenſiſſ. Rebuff.in l. nepos Proculo, verſ.colligere multa ff.de verbor.ſignific. accedit & Decian.d.conſ. 14 nu.100.lib.3.ibidemque conſilio 102.nu.28 ſcribit,locum inhoneſtum æquiparari impoſsibili,& non tuto,per l.ſi cum dies. § ſed ſi in aliquem ff.de arbitr.cum ſimil.ſic & Chaſſen. conſilio 39. ſub numero 47.poſt Bald in l.teſtamenti ff.de teſtam.tradit, actum reprobatum propter turpitudinem, æquiparari actui reprobato de iure diuino. Et quæ contra bonos mores fiunt, impoſsibilia reputari de iure, reſpondit & Euerard.inter conſil.Cantiunt.conſ 7.numero 7.per iura hic adducta.Adeoque æquiparari impoſsibilitatem de natura,vel de iure,vel quòd ſit contra bonos mores,notat Iaſ.in l.ſi ſtipuler n.3.de verb.obl.quē ſequitur Alc.conſ. 96.n.18.

Incantatrix.

I*Ncantatrix & Venefica, pares ſunt*. Vide ſupra Amatorius,& infra Venefica.

Incontinenter.

F*Ieri in actu, & fieri incontinenter poſt actum,paria (a) ſunt*. Secundum gloſſam in l. Pomponius in §. Rati. ff. de procurator. quàm dixit ſingularem. Ioan.de Imola. in l. Ex conſenſu. §. Finali. in 15.column. ff. de appellat. Et in l. 2.in. §. prius. ff.de vulgar. & pupillar. ſubſtitu.cuius quidem gloſſæ etiam meminit D Hippol. de Marſilijs, in l. 1. in §.Diuus Antoninus, in vltima column. ff de quæſtionibus. Et idem dixit gloſſa.in l. 2. in verbo. narrationem. Codi. de iuramento calumn. Nec diſsimile dixit Specu. in titu. de ſatiſdat. in §.Viſo. in verſic. Debent autem præſtari &c. Et Innoc. in c. Paſtoralis. De except. Ideoque ait Bartol.in l.Si quis mihi bona in §.iuſſum.ff. de acquiren. hæredit. quòd quamuis authoritas curatoris, in actu pupilli debeat interuenire ante(b) ipſum actum, vt habetur in l. Obligari, in §. Tutor.ff.de auctoritat.tutor. tamen ſufficit ſi ilico, & incontinenter poſt actum interueniat.(c) Et idē voluit gloſſa in §. Tutor, in verbo. Poſt tempus. inſtitut. de auctor.tutor.& gloſſa. & Bartol. in d. l. Obligari in §. Tutor. His etiam ſeruit notabile verbum Baldi. in l. Finali. in 2.column. ff. de ferijs. Vbi ait, quòd poſt terminum peremptorium, datum ad probandum admittitur nihilominus ad probandum,qui incontinēter(d) probare, & ſuam moram purgare offert, ſiue eam probationem per inſtrumenta, ſiue per teſtes exhibere præſentet. Quòd quidem dictum cum pluribus alijs ad hanc materiam facientibus, refert & ſequitur Iaſon in l. Edita in 6. colum nume.19 Cod.de edendo,quem vide. Vide etiam D. Hippol. de Marſilijs, in ſuis conſilijs criminalibus, conſilio 137. incipi. Inſpecto tenore inquiſitionis, numeris 32. 33. & 34. cum ibidem ſequentibus numeris.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Iaſon in l.non ſolum § morte,ſub nume.13.ff.de oper.noui nunc. Rebuff. ad conſtitut.reg.tom.3.tract.de expenſ.damn.& intereſſ.artic.5.ſub nu.58.Ceph.conſ.440.numero 77.latē conſilio 316,numero 63.& ſeqq.Ludouic.Luc.deciſione 24.numero 10.reſponditque poſt alios Cephal.conſilio 421.num 16.& num.80.& conſ 542.num.17.paria eſſe quid fieri ante vel incontinenti poſt.idemque Viu.dec.34.ſub nu.26.& pulchrē etiam hac de re,poſt Iaſ.num.10.& ſeq.Zaſ.in verſ.4. collige,in l.diuortio. ff.ſolut.matrim. & not. Bald, in cap.officij, ſub numero 2.per illum text,de elect.per prius actum videri quod incontinēti

 poſtea

poſtea ſubſecutum eſt. quod refert & Tiraquel. ad l. ſi vnquam, verb. donatione, ſub nu 117. C de reuoc. donat. videatur diſtinctio Gabr. lib. 1. tit de praeſ concl. 13.

(b) ANTE. Diximus ſupra, ſub tit conſilium petere. ad verb auctoritas.

(c) INTERVENIAT. Iaſon in d §. morte, ſub numero 13. verſ. ad iſta. Rebuff. in l. ſæpe, §. item dubitatum, verſ. auctoritas debet. ff de verb. ſignifi.

(d) INCONTINENTER. Iaſ. vbi ſupra, ſub d. nu. 13. Taraq. de retract. conuent. §. 1. gl. 5. num, 10. reliquâ ibidem abundè tractans.

Inconueniens.

I*Nconueniens aliquid eſſe in principio, & eſſe conueniens, ſic tamen vt ad inconueniens mox redigendum fuerit, paria ſunt.* teſte Bald. in l. prima. in teſtamento, fol. 52. nu. 15. C. de teſta. mili. allegante ibid. Guil. de Cuneo, quem ibi conſule.

Indebitè.

I*Ndebitè facere, factum eſſe, fieri &c.* Vide ſupra hiſce ſuis locis.

Infamia.

G*Rauiſſima infamia morti, & honor vitæ comparantur.* l. iuſta. iuncta ibi gloſſa 1. in verb. Infamiæ ve. & l. etiam. §. 1. ff. de manu. vindi. & l. iſti quidẽ. §. fin. ff. de eo quod met. cauſ. Exẽpla ſacra huc repete ex tit, paulò ante habito, Honor.

Infans.

I*Nfans, & ignorans,* Vide ante, Ignorans.

Infans, pupillus, abſens.

I*Nfans, pupillus, & abſens æquiparantur.* (a) Baldus in l. Sancimus, in prin. C ad Trebell. S.C. Quæ paritas intelligenda eſt quantum ad reſtitutionẽ, quæ quidem reſtitutio ex Trebelliano fieri poteſt ſoli tutori infantis, vel curatori abſentis, vel curatori furioſi. Et tunc is reſtituens re & verbo conſequitur pleniſsimam liberationem. è contra & nomine pupilli vel furioſi totam hæreditatem ex Trebelliano reſtituit, quòd Bald. ait notandum eſſe.

ANNOTAT.

(a) AEQVIPARANTVR. Videantur annotata noſtra ſuperius, ſub tit. furioſi, abſentes, ignorantes, infames, præſertim ad verb. minorennes.

Inhabilis.

I*Nhabilis & nullus æquiparantur.* (a) l. 1. §. penulti. ff. Quod cuiuſque vniuerſita. nomine. Ita quoque tenet D. Andreas Tiraquelius, de legib. connub. & iure maritali. gloſſa 6. ibi *De ſon mary.* charta 181. numero 61. vbi dicit. Maritum habere inhabilem, & maritum habere nullum, prorſus eſſe paria.

ANNOT.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARANTVR. Rebuff. conſilio 173. verſ. nec obeſt. Molin. ad conſuet. Pariſ. §. 8. gloſſ. 3. ſub numero 27. vterique hinc aſſerentes, ſecundogenitum ſiue immediatè ſequentem filium, obtinere verum ius primogenituræ, & ſucceſsionem, quando primogenitus eſt inhabilis. qua de re latè etiam Tiraq de iure primogen, quæſt. 3. numero 8.

Inhoneſtè poſſe.

INhoneſtè poſſe, *& non poſſe.* Vide paulò ante, Impoſsibilia.

Iniuſtitia manifeſta.

INiuſtitia manifeſta par (a) eſt cum iuſtitia nulla. Secundum plenè notata in cap 1. & in cap. inter ceteras. extra de ſentent. & re iudica. Et ibi Panormitan. Felin aliiſque Canoniſtæ nequaquam incelebres.

ANNOTATIO.

(a) PAR. Innocent. in cap. cum Bertholdus, ſub numero 4. vbi apoſtill. de ſent. & re iud. Anchoran. conſilio 289. ſub initio, Alexand conſilio 77. ſub numero 3. ibidemque apoſt. lib. 3. pulchre Marc. deciſione 469. numero 9. lib. 1. Pariſ. conſilio 107. numero 9. cum ſeqq. lib. 4. Molin. conſilio 18. num. 23 Menoch. conſ. 345. num. 5. & conſilio 676. numero 15. Vincent. deciſione 143. numero 7. late Schurpf conſilio 6. ex numeris 18. vſque ad 22. & conſilio 78. ex numero 12. vſque ad 16. cent. 3. & poſt Afflict. dec 39. numero 5. cum ſeqq. alioſque, extenſiſſ. Cephal. conſilio 317. numero 52. conſilio 442. numero 45. cum ſeqq. & conſilio 610. numer. 10. & 14. & quæ ſit hæc notoria iniuſtitia, declarat etiam Maſcardus de probat. conclu. 1106. nu. 14. & 27.

Inſtrumentum.

INſtrumentum liquidum eſſe, *& breui liquidandum, paria (a) ſunt.* Capicius deciſ. Neapol. 48 numero 2.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Balbus de præſcript. 1. parte princip. q. 8. numero 3. Burſat. conſ. 182. ſub numero 35. Viuius deciſ. 31. numero 26. in fine, Oſaſ. dec. 92. num. 36. & dec. 129. ſub num. 13 Tiraq. de retract. proxim §. 3. gloſſa 3. numero 11. poſt Bart. in l. in compenſatione. in fin. ff. de compenſ. & in l. aufertur, §. qui compenſationem. numero 1. ff. de iure fiſc. alioſque commemoratos. declarantes etiam, poſt Alex. conſ. 166. numero 6. libro 2. alioſque, quando dicatur breui poſſe liquidari. de quo & exactè Menoch. de arbitr. iudic libro 2. caſu 14.

Executio quoque inſtrumenti habentis executionem paratã, æquiparatur executioni ſententię, vt ex ſententia Bart. in l. cum vnus, nu. 12. ff. de bon. auctorit. iudic. poſsid. & Bald. in l. fin. ſub numero 2. C. eodem tit. reſpondit Rom. conſ. 76 numero 4. ſequiturque Grammat. conſ. 95. num. 1 in ciuil. Maſcar de probat. lib 1. concl. 345 nu. 56. tradit latè Iaſ. in l. legitima ſub num. 6. ff. de pact. ſentitque Cornæ. conſ. 255. ſub nu. 5. lib. 4. Rebuff. ad conſtit. reg. tom. 1. tit. de lit. oblig. art. 2 gl. 1. nu. 3. Maſcar. d. lib. 1. concl. 391 nu. 4. pulchrè Mudæus inter conſ. Cantiunc. conſ. 3. num. 5. & 6 Vtiturque eodem æquiparationis argumento Dec. conſ. 119. in eo, quod ſicut exceptio mercis non traditæ. opponi poteſt contra executionem ſententiæ, vt ide ibidem num. 2. communem ſcribit, poſt Alex. in l ſi duo. §. ſi quis iurauerit, num 3. ibidemque Iaſon ſub num. 4. ff. de iureiur. Capic. dec. 119. nu. 4. Boer. dec. 43. num. 16. Leoninus

conſilio

conſilio 2. numero 9. latè Gail. obſeruat libro 2. obſerua. 17. numero 9. ita etiam opponi poſſit contra executionem huiuſmodi inſtrumenti; vt & id tradit idem Dec. conſil. 421. numero 2. Alex. conſi. 119. ſub numero 2. libro 1. Marſil. ſingul. 7. & poſt Iaſ. in d. §. ſi quis iurauerit, nu. 5. Dec. in c. ex parte 2. numero 59. de offic. deleg. alioſque Menoch. de præſum. lib. 2. præſum. 48. ſub numero 14. Lepid. Luc. deciſ. 65. & deci. 141 poſt Magon. deciſ. 11. numero 3. & ſeqq. Hinc etiam fit, quod quemadmodum ſententiæ non liquidæ, executio peti non poteſt. l. hæc autem, §. 1. in verb liquere, ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. Iaſon in l. 1. numero 32. ff. de edend. Crauetta conſi. 164 numero 2. Rebuff. ad conſtitut. reg. tit. de ſenten. execut. art. 17. gloſſa 1. numero 7. Oſaſc, dec. 129. ſub numero 1. Burſat. conſ. 432. numero 21. latè Ceph. conſilio 692. numero 34. cum ſeqq. ita nec inſtrumenti iſtiuſmodi illiquidi, Alex. d. conſilio 119. ſub num. 2. conſilio 158. numero 1. libro 2. & conſ. 90. numero 8 libro 3. Iaſon in d. l. 1. nume. 31. Socin. ſen. conſ. 4. numero 3. & conſ. 51. numero 5. libro 1. Decius conſilio 322. numer. 3. conſil. 421. ſub numero 6. & vtrobique apoſtill. & conſ 618. numero 5. VVeſembec. conſilio 14. ſub num. 91. Mingon ad conſuet. Andegau. parte 15. art. 468. ſub numero 4. Milan. deciſ. 6. numero 28. libro 2. Vallar. Luc. dec. 100. verſ. nec contra, copioſè Marſil. ad l. vnius. §. cognitorum. num. 21. ff. de quæſtion. Menoch. de arbit iudic. libro 2. caſu 17. ſub numero 2. & conſilio 746. num. 4. & ſeqq. alijque quos refert Laurent. Auenion. deciſ. 39. aliter tamen ex præiudicio ſenatus ſui, ſentiens; quemadmodum & Marc. quæſt. 395. libro 1. Oſaſ. d. dec. 129. numero 10. cum ſeqq. Gomeſ. ad l. 64. Taur. numero 5. & poſt Couarru. variar. reſol. lib. 2. c. 11. (latius declarantè quemadmodum, facta prius ſummario iudicio liquidatione, fiat hæc executio) alioſque communiter Burſa. d. conſ. 182. ſub numero 33. Soarez recept. ſenten. theſ. in litera I. numero 135. licet priorem opinionem confirmet etiam Rebuf. ad conſtit. reg. tit. de liter. obligat. arti. 1. gl. 9. numero 7. & ſeqq. Rolan. conſ. 20. numero 11. & ſeqq. lib. 1. Mynſing. cent. 2. obſer. 6. vbi Doctorum hac in re pugnantium ita in camera Imper. conciliatam atteſtatur. Vt prior hæc procedat tantummodo in ſententia vel inſtrumento illiquido continente ius incertum ſingulare aut particulare; non etiam vniuerſale: poſt Roman. conſi. 211. ad fin. cuius diſtinctionem probat etiam Decius d conſ 322. ſub numero 3. & Socin. conſilio 85. libro 3. ſed reprobat eam Oſaſ. d. deciſione 129. ſub numero 16. verſ. nec mouet. & Couarr. d. c. 11 ſub numero 1. verſ. 2. deducitur. Non tamen per omnia, huiuſmodi inſtrumenta, æquiparari ſententiæ, aut eius executioni, ſcribit Grammat. d. conſilio 95. ſub num. 29. probatque in exceptionibus peremptorijs, & litiſpendentiæ, vt quæ opponi poſſint contra executionem inſtrumenti, non etiam ſententiæ, vt apud eum latius in quam ſententiam tradit inter alia etiam Tiraquell. ad l. ſi vnquam, verb. largitus. ſub numero 104. C. de reuo. don. guarentigiam habere vim rei iudicatæ, in ijs tantùm quæ reſpiciunt executionem, non etiam probationem. vt ex eo (inquit) pater, quòd non magis probat numeratam pecuniam, nec magis ideo impedit exceptionem non numeratæ pecuniæ, quàm aliud etiam publicum inſtrumentum. id quod aſſerit & Maſcar. d. lib. 1. concl. 361. nu. 23. Atque huc pertinet quod reſpondit pulchrè Leon. d. conſ. 2 ſub nu. 18. ad fin. condemnationem quæ fit per modum voluntariæ iuriſdictionis, nō operari niſi circa executionē, vt ea ſit parata; vt videmus (ait) in inſtrumento guarētigiato, & confeſsione iudiciali, quæ habent paratā executionem, quā non habet ſimplex inſtrumentū, vel confeſsio extraiudicialis, nihil autem adijciunt ad obligationē (vt id ſentit ex Moli. ad conſuet. Pariſ. §. 23. nu. 5. late Alex. in l. ſi ita ſtipulatus. § Chryſogonus, ſub nu. 11. ff. de verb. obl. Felin. in c. cum venerabilis. ſub nu. 25. de except. Corſ. in ſing. in verb. officialis.) Quò fit (inquit Leon.) vt omnes exceptiones quæ opponuntur contra principalē contractū, opponi quoq; poſſint cōtra hanc voluntariam condemnationem. de his late etiam Boer. ad conſuet. Biturſ. tit. 2. de iuriſdict. omn. iud. §. 27. ad fin. & dec. 295. nu 6. & ſeqq. Afflict. dec. 30. & dec. 387. nu. 2. Franc. Milanen. d. lib. 2, dec. 22. nu. 6. 34. 53. & ſeqq. Vincent. deciſ. 118. num. 4. & ſeqq.

Inſtrumentum

Digitized by Google

Inſtrumentum ſine data.

ANnos Domini non eſſe in inſtrumento, & eſſe, ſed ita obſcurè, vt intelligi non poſſit, paria ſunt. Ita ſuſtinet D. Alexand. de Imola in ſuis conſilijs, conſilio 90. (a) num. 1. lib. 6. allegans L. 2. ff. de his quæ pro non ſcript. haben. & l. 1. in verſicu. Conſtitutiones verò Cod. de emendatione iuſti codicis, & l. Quicquid aſtringendæ, ſecundum vnam lecturam. Et idem notat ibidem Bartolus. ff. de verborum obligatione. Et Speculat. in titulo. De inſtrumentorum editione. §. Oſtenſo. verſic. Quid ſi abbreuiatura, quem ibi videre licebit.

ANNOTATIO.

(a) CONSILIO 90. eſt conſi. 190. num. 3. idemque Alex. conſ 153. ſub numero 6. libro 2. & in adducta l. quidquid aſtringendæ, nume. 5. (ijſdem auctoritatibus adiutus) ſcribit, non valere inſtrumentum per verba non intelligibilia confectum. quod voluit, poſt Guid. dec. 142 nu. 2. alioſque, & VVeſembec. conſ. 12. ſub numero 60. Quòd autem in inſtrumentis neceſſariò annus Domini requiratur, probat poſt alios Dec. in c. 1 nume. 18. de fide inſtrum. & conſ. 447. ſub numero 5. Couarr. pract. quæſt. c. 20. num. 2. Menoch. conſ. 1. num. 77. Natta conſi. 146. ſub num. 10. VVeſembech. conſ. 14. numero 63. & in priuata ſcriptura vltimæ voluntatis, late poſt Alexan. conſ. 123. numero 4. libro 1. & conſ. 76. numer. 11. libro 3. alioſque Schurpf conſil. 54. num. 5. cum ſeqq. centur. 2. Menoch. (declarando) conſilio 563. numero 16. Decian. conſilio 33. numero 3. cum ſeqq. libro 1. & duplicato conſilio 126. numero 3. libro 3. Odd. conſ. 64. numero 28. cum ſeq. & num. 95. & 96. lib. 1. vt omittamus repertor. Ant. Gab. libro 4. ſub titul. de teſtamen. reg. 9. Quòd verò ſcriptura priuata regulariter diem non requirat, haud locum habet, ſi is qui ea vtitur, ſe fundet in tempore, Alexand. conſilio 103. ſub numero 5. libro 3. late Tiraquel de retract. conuent. §. 1. gl. 7. ſub nu. 49. cum ſeqq.

Inſtrumentum, teſtes.

INſtrumenta & teſtes in iure, parem (a) vim ſeu efficaciam obtinent. l. In exercendis. Cod. de fide inſtrument. Vbi Imperator Conſtantinus, eleganter & ſuccinctè his verbis ait: In exercendis litibus eandem vim obtinent, tam fides inſtrumentorum, quam depoſitiones teſtium. Et ibi Paulus de Caſtro. Et D. Ioann. Monachi in ſuo defenſorio iuris. Concordat cum his gloſſa in cap. Cum à nobis, ſuper verbo teſtimonia, extra de teſtibus, circa principium. Si quis plura huius materiæ deſideret, is videat tractata doctorum tam legum quàm canonum, in c. Cum Iohannes, extra de fid. inſtrumen.

ANNOTATIO.

(a) PAREM. Roman. conſilio 305. num. 9. Dec. conſ. 79. num 5 Fuer. conſ 223. num. 2. VVeſenb. conſilio 12. ſub num. 60. & conſ. 27. nu. 2. Maſc. de prob concl. 670. nu. 1. cum ſeqq. concl. 927. n. 20. cum ſeqq. concl. 1117. ſub nu. 1. concl. 1388. nu. 2. cum ſeqq. & concl. 1401. n. 8. Menoch. lib. 2. præſumpt. 51. numero 34. cum ſeq. & recuperand. poſſeſſ. remed. 1. ſub num. 227. latè Zaſ. poſt alios, ad l. Diuus Hadrianus, verſ. de falſis. ff. de re iudic. Rebuff. poſt Alc. ad l. notionem §. inſtrumentorum, verſ. item æqualem vim. ff. de verb. ſignif. idemque Alc. conſilio 296. numero 7 Coraſ. poſt alios, ad l. admonendi numero 27. ff. de iureiur. Odd. de reſtitut. in integr. part. 2. quæſt. 76. articu. 3. ſub numero 8. Tiraq. de retract. proxim. § 2. gl. 1.

numero 11. Natt. conſilio 142. numero 13. in fin. cum numero ſeq. conſilio 633. numero 18. & conſilio 315. nume. 13. latè probans, teſtibus factam probationem, potiorem eſſe quàm inſtrumentariam, idque commune tradit & Menoch. de arbitr. iud. caſu 526. numero 18. Soarez recept. ſentent. theſ. in lit. T. numero 272. extenſiſſ. Maſcard. diſtinguens & declarans latius lib. 1. quæſt. 6. numero 2. & ſeqq. de probat. quem ſequitur & Vinc. deciſ. 178. numero 2. & ſub numero 3. Adeoque dictum teſtis iurati verum præſumi, ſicut inſtrumentum, reſpondit poſt Bald. conſilio 273 numero 5. lib. 1. & conſilio 328. prope fin. lib. 2. Crauett. conſilio 31. ſub numero 3. Cæterum non procedit æquiparatio, in factis antiquis, in quibus probandis, potior eſt fides inſtrumenti quàm teſtium, vt docet, poſt alios, Sichard in adducta l. in exercendis numero 3. Roland. conſilio 2. numero 59. lib. 1. Oſaſc. conſilio 1. ſub numero 3. Crauett. conſilio 94. numero 15. Cantiuncul. conſilio 4. num. 9. VVeſenb. d. conſilio 27. numero 4. Laurent. Auenion. deciſione 33. ſub numero 6. Maſcard. d. quæſt. 6. numero 16. Sic Viui. deciſio. 134. numero 4. poſt Bald. in l. optimam. numero 11. C. de contrah. & commit. ſtipul. alioſque, declarat, plus credi ſcripturis publicis & fiſcalibus, de tempore, quàm teſtibus. Sed & Natt. conſilio 31. numero 3. cum ſeq. poſt Caſtrenſ. in l. ſi quis teſtibus, ſub numero 5. C. de teſtib. alioſque, ſcribit differentiam eſſe inter teſtes & inſtrumenta, in hoc; quòd producens inſtrumentum pro ſe, cogatur etiam in alijs partibus acceptare contra ſe, ſecundum Innoc. & alios in cap. cum venerabilis, de except. Bart. in l. poſt legatum numero 2. ff. de his quibus vt indig. cum concord. vt & per eundem Natt. conſilio 363. numero 3. & ſeq Rip. in l. 1. verſ. 3. cauſa. ibidemque poſt alios Iaſ. in §. editiones numero 11. & Dec. in l. fin. verſus fin. Cod. de edend. Chaſſen. conſilio 39. ſub numero 95. Crauett conſilio 275. num. 2. ad fin. conſilio 201. ſub numero 5. & de antiquit. temp. part. 1. cap. incip. viſo de verbis, num. 35. cum ſequentib. Schurpf conſilio 54. numero 2. in fin. & numero ſeq. VVeſenb conſilio 2. ſub nu. 77. Oſaſc. deciſione 39. numero 6. cum ſeq. & numero 23. cum ſeqq. Menoch conſilio 320. numero 36. & exactiſſ. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 45. Maſcard. de prob. concluſione 915. & commune probat etiam Soarez recept. ſent theſ. in lit. I. numero 131. cum ſeq. ſed producens teſtes, quamuis non poſsit reprobare perſonas (vt & latè Boër. deciſione 245. copioſè Burſat. conſilio 330. incip. ex meritis, numero 175.) tamen non cogatur ſtare eorum dicto, niſi quatenus probet, vt & per Marant. de ordin. iud. part. 6. tit. de teſt. repulſ. actu 13. numero 12. Capyc. deciſione 62. numero 6. Gramm. deciſio. 34. numero 12. Rebuff. ad conſtit. reg tract. de reprob. teſt. artic. vlt. numero 2. accuratè Lepid. Luc. deciſio. 106. verſ. nec obſtare. & ſeqq. Surd iuſta deciſ. 16. Crauett. d. part. 1. cap. incip. quæritur etiam. numero 14. cum ſequ. vbi tamen, poſt Felin. in cap. imputari. numer. 4. de fid. inſtrum. declarat aliud eſſe, quando ſcienter quis produceret dicta & atteſtationes teſtium, putà poſt publicationem; eò quòd tunc æquiparentur productio atteſtationum & inſtrumentorum. ſequiturque Menoch. d. præſump. 45. numero 3. Lepid. vbi ſupra, & deciſ. 35. ſub init. ibidemque Rouat. deciſ. 34. verſ. nec releuat. & ſeq. & voluit Marant. dum ſub d. numero 12. ait, quòd ſi facta publicatione producens taceret, & non reprobaret dicta huiuſmodi teſtium, cenſeretur approbaſſe & ſic poſſe procedere contrarium dictum Romani conſilio 504. in fin. quanquam illud ſimpliciter ſequatur, poſt Iaſ. in Rubric. de iureiur. numero 9. Pariſ. conſilio 50. numero 60. lib. 1. Cephal. 65. numero 55. Oſaſc. conſilio 76. numero 7. Surd. deciſ. 234 numero 18. & ſeq. Rouat. deciſ. 92. verſ. 2. verò. qui exaudiendi etiam erunt ſecundum prædicta. prout alios quoque ita declarant idem Rouat. & Lepid. vbi ſupra. Porro quot & quales requirantur teſtes vt inſtrumento præualeant tractat poſt alios Sichard. in d. l. in exercendis ſub numero 4. & ſeqq. pleniſſ. poſt Zaſ ſingul. reſponſ. lib. 2. cap. 23. numero 11. cum ſeqq. Couarr. variar. reſolu. lib. 2. cap. 11. numero 11. & practic. quæſt. cap 20. numero 6 alioſque Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. caſu 105. accedit Burſat. conſilio 33. numero 7. cum ſeqq. Oſaſc, conſilio 64. numero 43. & ſeqq.

Digitized by Google

& ſeqq & conſilio 66.numero 2.cum ſeqq. Mynſinger.centur.4.obſeruat.39. Laurent.d deciſione 33.Maſcard.d.quæſt.6.numero 25.cum ſeqq.& concl.919.præſertim numero 9. cum ſeqq. Quanquam autem Menoch.d.caſu 105.numero 39.cum ſeqq.hac in re, dubitabile contendat,an vices duorum teſtium ſuſtineat inſtrumentum; tamen id nouiſſ.tradit etiam Viui. deciſione 81.numero 5.& Decian.conſilio 45.numero 6.lib. 3. vt & notarium duobus teſtibus æquiparari,ſcribit poſt Panorm.in cap.quoniam contra. ſub numero 3.de prob. Gramm. deciſione 60.numero 11.& Cephal.conſilio 428.numero 56.

Intereſſe.

INtereſſe, *ſiue damnum paſſum, vel quanti ea res eſt, paria ſunt*. Quia iſta verba, quanti ea res eſt (a) aut valeat, ſignificant veram rei æſtimationem, ac precium, aut communem valorem, & per conſequens commune intereſſe. Ita ſuſtinuit D. Vdalric. Zaſ. in l. Vnica. in §. Hoc iudicium ff Si quis ius dicenti non obtemper. pagina 219.num.10.alia vos ipſi videte.

ANNOTATIO.

(a) QVANTI EA RES EST. videatur Rebuff in l.hæc verba.4.& l.inter hæc verba ff.de verbor. ſignific. vbi in verſ.adhæc, vult huiuſmodi verba, aut clauſulam, prout expoſcit ſubiecta materia exponi latiſſ.etiam Molin ad l. vnic.quæſt.10.numer.191. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt.

Intruſus.

INtruſus in beneficium, *& poſſidens beneficium, quo canonicè priuandus*, (a) *vel effectu priuatus eſt, paria ſunt*.ca.Cum dilectis. de purgat.canonic. D Bartholomæus à Chaſſeneo in ſuis conſilijs, conſilio 20.numero 39.

ANNOTAT.

(a) PRIVANDVS. Sic Felin.in cap.veniens numero 2. in fin. de accuſat dicit illum intruſum,qui commiſit crimen depoſitione dignum.ſed reprobat Rebuff. in praxi benef. tit. de ſurrogation.in gloſſ 4 numero 14.eò quòd interim habeat titulum antequam priuetur: proinde non dicatur intruſus,niſi commiſiſſet crimen per quod fuiſſet ipſo iure priuatus.Quin & Couarr de ſponſal,& matr.part.2.cap.6.§ 8.ſub numero 8.hoc intelligit, quando quis fuit per ſententiam priuatus,& retinet illud beneficium;vel quando ipſo iure priuatur, & fuerit ſequuta ſententia declaratoria imò vtroque caſu requirit ſententiæ executionem, vt apud eum latius. Sed neque Chaſſen hic laudatus, ita generaliter loquitur, vt ab auctore recitatur, qui in conſilio 42.numero 7.docet etiam quis dicatur intruſus; vt & Capyc. deciſione 6.numero 1 2. Marc.deciſ.177. numero 1. (vbi quod fur dicitur) deciſ.1021.numero 10.lib. 1. & deciſ.141 numero 4.lib 2.in nouis. Roland.conſilio 46.numero 43.&ſeq.lib.1. Cardin. Put deciſione 62.lib.3. Valaſc.deciſione 79.numero 6.extenſe Rebuſſ.d gloſſ.4. ex numero 4.vſque ad 16.latiſſ. etiam de omnibus his Maſcard. (poſt hæc ſcripta viſus) de probatio. concluſione 936.

Inuentu difficile.

RES *inuentu difficilis, res nulla cenſetur* Vide infra; Res.

Inundatum, & perditum.

I*Nundatum aliquid eſſe, & aliquid ab hoſtibus captum ſeu occupatum eſſe, paria* (a) *eſſe dicit D. Alberi. de Roſate.* Qui ſe tuetur argumento l. Cum vnus. §. Si propter naturam, numer. 1 de bon. authorit. iudic. poſsiden. Nam ſicut illud reuera dicimus eſſe deperditum, quod inundatum eſt l. 3. §. Labeo. ff. de acqui. poſſ. & l. Interdum. §. 1. l. Quæ vniuerſas. §. Item quod à mari. eodem titulo. ſic & illud quoque quod ab hoſtibus occupatum eſt, dicitur eſſe in deperdito: ob id quod hoc in poſſeſsione noſtra eſſe deſijt. Vnde & ſatis patere dicit, quòd ſi horum alterum aliquando eueniat, tunc ea res emphiteotica, ſeu emphiteutica, id eſt, perpetuaria, & quaſi poſſeſſoriè inſita, dicitur deperdita. ſcilicet, quòd ea quæ aut ab hoſtibus ſunt occupata, aut quæ à mari ſunt inundata cenſeantur à primo poſſeſſore eſſe alienata. Et ideo huiuſmodi deperdita à penſionis pręſtatione iure ſunt libera, (b) quia per hos & ſimiles caſus res deperditę eſſe, & nō poſsideri dicuntur l. 1. C. de iure emph. vti is Albericus loco vt ſupra pleniſsimè diſputauit.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Alexand. conſi. 112. ſub numero 1. lib. 1. Iaſon in l. 1. ſub numero 91 C. de iure emphyteut. Zaſ. in adducta l 3. §. labeo, ſub initio. & in adducta l. interdum §. 1. prope fin. Gaill lib. 2. obſer. 23. ſub num. 23. Boſſ. in praxi crimin. tit. de remiſſ. merced. conduct. numero 104. cum ſeqq. vſque ad 108. hæc omnia explicans latiſſ.

(b) LIBERA. Euerard. in loco ab emphyteuſi ad cenſum, circa fin. verſ. ſi verò. & commune probat Aretin. conſ. 139. ſub num. 2. latiſſ. Iaſ. vbi ſupra. Soarez recept. ſent. theſ. in lit. E. numero 107. alijque relati à Molin. ad conſuetu. Pariſ. §. 62. quæſtion. 8. circa hanc rem quinque opiniones enumerante, à numero 55. vſque ad 60. vbi opinionem recipit & exactè declarat Baldi in dicta l. 1. numero 9. diſtinguentis, quòd aut penſio eſt magna, & procedat communis hæc opinio, vt fiat remiſsio; aut eſt parua, & nihil remittatur. eamque probat Zaſ. in d. §. 1. in fin. Rebuff. in l. labeo §. fin. verſ. ſed dubitari. ff. de verbor. ſignification. Clar. ſentent. lib. 4. §. emphyteuſis, quæſtion. 8. ſub numero 6. latè Gaill. d. obſeruat. 23. ſub numero 24. reclamante tamen vbique perpellentibus rationibus etiam Natt. conſilio 49. præſertim ſub numeris 25. & 34. & conſilio 194. ſub numeris 6. 11. & 13. Burſat. conſilio 11. numero 22. cum ſeq. & Surd. deciſione 198. numero 20. cum ſeqq. Viuius deciſ. 500. numero 12. eam autem potiſsimùm huius diſtinctionis adducunt rationem, quòd emphyteuta ſoluens penſionem magnam fructibus condignam, intelligatur eam ſoluere magis pro vſu rei, quàm recognitione dominij: proinde penſionis remiſsio ei fieri debeat, perinde ac conductori ad longum tempus quum eius ſimilitudinem habeat. ita quoque Alexand. d. conſilio 112. numero 2. & ſeq. & poſt alios Roland. conſilio 96. numero 25. cum ſeq. lib. 1. & voluit Boſſ. vbi ſupra numero 114. limitans hæc ſecundum l. ſicut emptio §. 1. cum l. ſequenti & princip. l. ſeq. ff. locat. vbi dicitur, interdum non obligari locatorem, ſed tantùm conductorem; veluti cum emptor fundum conducit donec pretium exoluat. adeoque hoc caſu, non teneri venditorem eundemque locatorem, ad remiſsionem penſionis, notat ibidem gloſſ. & Doctor. & poſt Alexand. conſilio 121. numero 1. lib. 5. Dec. conſilio 312. ſub numero 4. latè Boſſ. vbi ſupra numero 102. Molin. de vſur. quæſtio. 74. ſub numero 542. quem ſequitur & Couarr. variar. reſolut. lib. 3. cap. 4. ſub numero 4. & ſic poſt Neuiz. conſilio 91. alioſque, reſpondit Burſat. d. conſ. 11. præſertim nu. 24. cum ſeq communem illam opinionem procedere in emphyteuſi naturam locationis importante, in qua ſoleat fieri remiſsio; at ſecus eſſe, in contractu venditionis, vel aliàs mixto, vbi dominium transfertur, & liuellus, ſeu penſio, principaliter pro pretio non ſoluto conſtituitur, non autem pro ſola fructuū perceptione: quo ca-

quo caſu nulla fiat remiſsio; quum abſoluto venditionis contractu, rei & fructuum periculum ad emptorem ſpectet. vt apud eũ & Surd. dec. 198. n. 28. & ſeqq. latiſſ. & voluit pulchrè Euer. vbi ſupra. Quanquam malè ad hæc aduerterit Foller. in praxi cenſ. ad verb. huiuſmodi cenſ. ad fin. communem illam opinionem tam in cenſibus quàm emphyteuſi indiſcriminatim tradens. Sed & hac ratione non obſeruari, ex ordine principis Mediola. hanc communem opinionem, tradit Boſſ. ſub d. nu. 14. quia nimirum, in emphyteuticarijs contractibus, ibidẽ, emphyteuta non gaudeat re, ſed pretio; vnde quia in effectu ſoluitur pro pretio, & nõ pro re nec fructibus, non fiat ibidem (ſecundũ communẽ illam opinionem) remiſsio; vt ille latius. Apud nos verò è diuerſo, communis illa opinio, & in emphyteuſi diſtinctio, publica conſtitutione (dũ bella ſuſtinemus) approbata videtur; & producta ad omnes alios quoſcunque, ſiue fundiarios ſiue emptitios, reditus, ſi nulla perſonalis cõcomitaretur aut ſubſeruiret obligatio. nam aliàs etiam de iure communi non fieret remiſsio, ſecundum tradita per Bon. tract. de cenſ. arti. 12. verſus fin. Hæc latius; propter legirupiones iſtos (de quibus alibi) qui conſtitutionẽ illam, quatenùs contra ius, odioſa, atque reſtringenda apparet, etiam vim illi facientes, vel leuiſsima de cauſa, quaquauerſum, in expoliationem creditorum, inſcitè extendunt; vt omnes omnium indiſcriminatim reditus, in controuerſiã, ſub notiones ſuas vocent. ſed in præſentia ſatis. Quòd autem conductor ad longum tẽpus, æquiparetur emphyteutæ, probat & Felin. conſ. 25. ſub nu. 6. & num. 7. poſt Bald. in l. emptorem, ſub nu. 7. & in l. ædem nu. 5. C. locat. Boẽr. deciſ. 234. ſub nu. 2. poſt Fabr. in §. adeo, ad fin. inſt. locat. & in §. item finitur, ſub init. inſt. de vſufr. latiſſ. Tiraq de retract. proxim. §. 1. gl. 14. nu. 84. Caualc. deciſ. 45. n. 65. Natt. conſ. 114 nu. 3 conſ. 312. nume. 3 & conſ. 36. ſub num. 3. vbi hoc multis exemplis & effectibus commonſtrat, vt & in d. conſ. 49. nu. 11. de quibus & latè Boẽr. vbi ſupra, & Tiraq. d. gl. 14 ex nu. 79. & cõmune probat Soarez recept. ſentent. theſ. in lit. C. numero 193. quanquam idem Soarez ad Gomeſ. variar. reſolut. tom. 2. tit. de locato, ſub num. 11. in lit. G. ex ſententia Pinel. in l. 1. part. 3. nu. 66. cum ſeqq. C. de bon. mater. nullam prorſus differentiam, inter conductorem ad longũ, & ad modicum tempus, conſtitui debere aſtruat. Verùm Pinel. quem laudat, non ita generaliter hoc aſſeuerat, ſed tantùm (innouandi, vt videtur, ſtudio) facilè hoc ſuſtineri poſſe de iure ciuili, non etiam pontificio, vt ibidem num. 67. explicat latius: nam alioqui, multos ille ibidem, ex num. 63. ab hac differentia deducit effectus. Scribit tamen Aret. conſilio 55. ſub numero 4. quòd licet in quibuſdam hæc inter ſe ſimilitudinem habeant, in multis tamen ſint diſsimilia; adeo vt non producatur argumentũ æquiparationis, neque in iure diſpoſita in emphyteuſi, obtineant in huiuſmodi conductione ad longum tempus, niſi quatenus reperitur expreſſum: poſt Ioann. Andr. in addit. Specul. tit. de emphyt. §. nunc aliqua. ſub num. 4. refert & Dec. in authent. qui rem, ſub numero 1. Cod. de ſacroſ. eccleſ. addens tamen videri contra text. ibidem, hæc æquiparantem: concluditque, non ſubſiſtente eadem ratione, non procedere argumentum, prout loquitur Aret. data verò rationis paritate, procedere, prout loquitur tex. ibidẽ, & ille confirmat latius. ſentitque idem Aret in. conſilio 111. numero 6. Sed & Ceph. conſ. 699. num. 24. dicit, ſe intelligere æquiparationem ſecundum Aret. d. conſ. 55. ſub nu. 3. & num. 4. in fin. ſcilicet, vbi emphyteuſis, vera eſt emphyteuſis, facta pẽſione fructibus non correſpectiua, & eodem modo facta eſt locatio, tunc æquiparentur, & emphyteuſis naturam aſſumat locatio; & èconuerſo, vbi emphyteuſis continet penſionem fructibus correſpondentem, vt ſolet fieri locatio, tunc naturam locationis induat emphyteuſis. Differentias etiam inter vtrunque æquiparatorum, colligit Natt. d. conſilio 49. numero 32. ſequutus Areti. d. conſ. 55. complures ſimul addens, poſt Iaſ. in d. l. 1. ſub num. 34. & num. ſeqq. C. de iure emphyteut. quarum item bonam partem refert idem Zaſ. in d. authent. qui rem, ſub numeris 2. & 3. vberrimè autem de omnibus his nouiſſ. Ioann. Garſia Gallec. (poſt hæc à me exarata viſus) in tract. de expenſ. & meliorat. cap. 6. numero 23. & cap. 14. vbi numero 3. communem,

aduerſus Pinel. in d.l.1.part.3.numero 66.opinionem illam defendit.ſed minus conuenit hic, in modum annotationum,ſigillatim omnia perſequi.

Inutilis, Inidoneus.

INutilis prælatus, vel rector, &c. Vide infra, Rector, Maritus, & ſupra, Cautum eſſe vitioſe, Comparere inſufficienter, &c.

Iudex impertinens.

NON iudicem eſſe, & eſſe iudicem, non in cauſa de qua agitur, paria ſunt. l. Inteſtato. ff. de legit. tutor. & l. 1. C. Si à non compet. iudic. argumento l. Si duo. ff. de adminiſtra. tutel. Et ſicut primo caſu nihil efficaciter agitur, ita nec ſecundo, argumento d. l. Inteſtato. ff. de legit. tutor. l. loci. §. Competit. ff. Si ſeruit. vendice. De quo plura allegat D. Ioan. Monachi. Card. in cap. Ea quæ, num. 1. De regul. iur. in 6. In cap. Priuilegium, num. 7. De verbor ſignifica. lib. 6. Vbi dicit idem eſſe non habere aliquid ſimpliciter, & habere, ſed non ad id de quo agitur. Quod confirmat Philipp. Probus in additione ad Ioann. Monachi. cap. Si tibi, numero 23. De præben. & dignit. lib. 6.

Iudicatum malè.

NOn eſſe iudicatum, & nulliter vel perperam eſſe iudicatum, paria (a) *ſunt* l. 4. §. Condemnatum ff de re iudicat. & ibi gloſſa, in verbo. Condemnatus ſit. Ad hæc faciunt multa ſimilia allegata per Andream de Yſernia, in cap. Primo. §. Præterea, & quæ ibi dixit D. Matthæus de Afflictis, quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi. Et idem ponit D. Matthæus de Afflictis, in ſuis deciſionibus Neapolitanis, deciſione 182. numero 4.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Felinus in c. gratum, ſub numero 4 de offic. deleg. Dec. in l. 1. §. hæc autem. num. 3. 4. & 6. ff. quod quiſq. iur. conſ. 8. ſub numero 9 conſ. 38. numero 6 in fin. & conſ. 499. numero 14. Rebuff. ad conſtitu. reg. tomo 1. tract. de ſent. execut art. 7 gloſſa 10. numero 3. & ad l. Paulus reſpondit, verſ. præterea. & verſ. intelligite, ff de verborum ſignif. ibidemque Alciat. & in l. 1. § ſed ſi mihi, ſub numero 2. de verborum oblig & libro 3. de verborum ſignif. ſub 4 regula princ verſ. ſupereſt vt pauca. (plura ſimilia de actu nullo accumu antes) Crauet. conſilio 553 ſub numero 6. & conſilio 680. numero 2. cum ſeq. Roland. conſilio 41. numer. 6. libro 1. Gaul. de arreſt. imper. c. 12. numero 14. voluitque Roman. conſilio 34. num 7. Viui. dec. 53. numero 7. Decian. conſilio 108. numero 5. libro 2. Mynſinger. conſilio 47. ſub numero 21. & 22. & conſilio 61. ſub numero 19. Vant varios effectus congerens, de nullit. proceſſ. titul. quotiens & intra quod temp. numero 40. cum ſeq. Et in hunc modum, æquiparari vim iudicis, ſine iuris ordine procedentis, & vim à priuato commiſſam, reſpondit Grammat. conſilio 150. numero 39 in ciuil. ſenſitque Natta conſilio 106. ſub numero 12 Cephal. conſ. 301. num. 37. cum ſeq. latè Menoch conſ. 69. numero 74 & conſ. 321. numero 45 & recuperand. poſſeſſ. remed. 8. numero 20. cum ſeqq. Gaill de arreſt. imp. c. .. ſub numero 9. & libro 2. obſeruat. 76. vbi ſub numero 12. addit item paria eſſe, ſententiam non eſſe latam, vel a iudice incompetenti latam.

Digitized by Google

latam. de quibus omnibus latè etiam Roland. conſi. 6. ex numero 12. vſque ad 32. libro 2. Crauetta conſi. 302. ſub numero 2. cum num. ſeqq. Maſcardus de probat. libro 3. concluſ. 1324. ſub numero 5. cum ſeqq. Producit tamen ſententia nulla hunc effectum, vt iudex non poſsit amplius in illa cauſa ſi delegatus fuerit, iudicare, Felin in c. ex tenore, numero 11. de reſcript. & in c. in literis numero 1. cum ſeq. ibidemque Dec. numero 11. cum ſeqq. de offic. delega. (limitantes latiſſ.) Roman. conſilio 320. ſub numero 5. Rebuff. ad d. l. Paulus reſpondit, verſ. quippe ſententia. Tiraq. ad l. boues, §. hoc ſermone, limit. 1. numero 4. cum ſeqq. de verbor. ſignif. Soarez commune probans, recep. ſenten. theſaur. in litera D. numero 41. aliter atque ſi iudex fuerit ordinarius; vt qui poſsit ſententiam à ſe latam declarare nullam, & reuocare, vt poſt Doctores in l. ſi vt proponis. & l. ſi præſes, C. quomod. & quando iudices, alioſque, reſpondit Pariſ. conſ. 54. numero 43. libro 3. & poſt Guid. deciſ. 462. alioſque. Viuius d. deciſione 53. numero 6. Ceph. conſilio 753 (incipien. in facto) numer. 26 & ſub numero 31. & conſil. 359. numero 32. dum ibidem ex numero 30. vſque ad 43. poſt Dec. in d. cap. in literis, numero 14. cum ſeqq. alioſque, idem aſtruit in delegato à principe. quemadmodum & Boer. iuſta deciſ. 6. vt qui æquiparetur ordinario, ſicuti poſt gloſſ. & Doct. in l. & quia. de iuriſdict. omn. iudic. probat ibidem etiam Cephal. numero 65. idemque in delegato ad vniuerſitatem cauſarum tradit poſt Dec. in d. c. in literis, num. 19. ibidem Ceph. numero 20. cum ſeqq. Boer. numero 4. cum ſeqq. quia & ipſe æquiparatur ordinario ſecundum eos, & Card. Put. dec. 169. numer. 4. libro 1. & Gaill obſeru. 97. ſub numero 12. libro 1. De quo tamen videatur Dec. poſt Peruſi. in cap. cum cauſam, numero 31. & ſeq. de appell. Porrò licet etiam iudicium ſit à principio nullum, poterit tamen ratificari conſenſu illius in cuius fauorem actus erat nullus, adeo vt dominus ratum habere poſsit iudicium, ſuo nomine per falſum procuratorem agitatum, vt ex ſententia Socin. ſen. conſ. 15. num. 47. lib. 1. tradit Menoch. conſilio 366. num. 32. & conſil. 367. numero 20. late apoſtill. ad Guid. pap. deciſ. 216.

Iudicia.

IVdicia & arbitraria in multis ſunt ſimilia. l. Prima ff. de recep. arbit. Vbi Paulus, Compromiſſum ad ſimilitudinem iudiciorum redigitur, & ad finiendas lites pertinet. Et ideo regulariter bonum eſt argumentum de iudicijs ad arbitria. Plura videre poteritis ad caput ſiue thema, Arbitria. Et in Praxi noſtra ciuili capite CCIII. De cadendo in ſubmiſsiones, & arbitria.

Iudicium.

IVdicium Officialis, & iudicium Epiſcopi eiuſdem ſiunt effectus Quia vtrobique idem (a) eſt conſiſtorium, ſcilicet Epiſcopi, & conſiſtorium ipſius Officialis. Atque hęc eſt cauſa cur nō appelletur ab officiali Epiſcopi ad eundem Epiſcopum cap. 2. de conſuetudinib. lib. 6 Vbi reprobatur conſuetudo, qua ab officiali Epiſcopi, ad ipſum Epiſcopum appellari conſueuit, nempe quod ſic ab eodem ad ſeipſum appelletur. (b) Nam quum ſit idem auditoriū vtriuſque, ea appellatio interpoſita videtur habenda nulla. Sed ſi quis ab officiali appellare voluerit, is ad Archiepiſcopum appellet oportet ca. Romana in principio. de appella. lib. 6. Nihilominus quanquā hoc loco dixerim par eſſe Conſiſtorium Officialis, & Conſiſtorium Epiſcopi, non habet tamen hęc paritas locum in omnibus generaliter, teſte. cap. Si contra vnum. §. Vltimo. de offic. delega. & c. 2. & 3. de offic. vica. lib. 6. Vnde

6. Vnde Epiſcopus prohibere poteſt officiali ne iudicet, non autem contra. Officialis prohibere non poteſt, vt Epiſcopus non iudicet, vt habet gloſſa in d.cap.Romana.ad verbum idem. Pręterea, quòd hic dicitur de officiali, id non intelligendum eſt de officiali vniuerſali, aut de foraneo, vel delegato, ſed tantum de officiali ordinario, (c) ſecundum Petrũm de Anchara. & Philip. Francum in d.ca.Romana, quia ab officialibus vicarijs immediatè appellãdum eſt ad eos, quorum ſunt vicarij, vt habetur in clementina. Et ſi principalis, & ibi Doctores, de reſcript. l. præcipimus. C. de appellat. & ibidem gloſſa in verbo. Videatur. Idem enim auditorium eſt (vt dixi) vtriuſque, ſcilicet & Officialis, & Epiſcopi. Sed hæc ſanè intelligenda ſunt, nempe de officiali generali, vel ordinario, & non de officiali delegato, quia ſi ab Epiſcopo delegatus eſſet quiſpiam officialis ad cauſam ſpecialem, tunc ad ipſum Epiſcopum appellari poſſet. ca. Super quæſtionum, de officio delegati & c. Dilecti. de appellat.

ANNOTATIO.

7 (a) IDEM. Salyc. in l. 1. ſub numero 1. C. ſi quacunq. prædit. poteſt. Iaſon in l. apertiſsimi, num. 9 ad fin. C. de iudic. Felin. in c. inſinuante, ſub numero 1. de offic. deleg. Rebuff. conſ. 142. verſ. item poſtquam. & in l. Labeo 1. verſ. not. eſt. ff. de verb. ſignif. & ad conſtitut. reg. tomo 3. tract. de recuſat. artic. 9. gloſſa 1. num. 30. Hinc etiam aſſerentes, quod quando ordinarius eſt ſuſpectus, tunc pariter eius officialem & vicarium poſſe recuſari. vt tenet & Capyc. dec. 137. num. 9. Oſaſc. conſilio 79. ſub num. 16.

(b) APPELLETVR. Luc. de Penn. in l. 1. C. de comit. & arch. lib. 12. dec. Tholoſ. 479. & inibi Aufrer. vbi tamen epiſcopo ſupplicari, poſt ſententiam ab officiali latam, traditur; ſupplicatione largè ſumpta, prout comprehendit reſtitutionem in integrum, quæ conceditur minori, vel maiori ex cauſa. & communem hanc probat & Rebuff. ad conſtitu. reg. tom. 1. tractat. de ſupplicat. in præfat. numer. 6. poſt Panorm. in c. ex literis, ſub num. 11. de reſtitu. in integr. alioſque commemoratos.

(c) ORDINARIO. Vicarium & officialem, habere iuriſdictionem ordinariam, & interponere decreta voluntaria & contentioſa, ſcribit poſt Bald. in margar. in verb. Vicarius. 1. Aufrer. deciſion. Tholoſ. 97. ſequiturque Chaſſen. conſilio 12. numero 10. & voluit Luc. de Penn. vbi ſupra. de his agens latius, ad verb. Vicarios.

Iurare per Deum.

IVrare per Deum, & iurare per Principem, aut per ſalutem Principis, in quibuſdam cauſis, mundus cenſet eſſe paria. (a) l. Si quis maior annis, & ibi Bartol. Paul. & communiter Doctores. Cod. de tranſactio. Et l. Si duo. §. Finali. & ibi gloſſa. & Barto ff. de iureiuran. Sed hęc in foro aulico (vt dixi) & mundano potius, quàm in conſcientia intelligenda ſunt eſſe ſimilia, tametſi in veteri lege varia fuerant Iudæis in vſu iuramenta, huic iuramento per Principem, non admodum diſsimilia, quæ tamen Chriſtus non approbat, ſed confutat. Matth. 5. Iurabant enim per cœlum, per terram, per caput, per Hieroſolymam &c. Ioſeph item fratribus ſuis iurabat per ſalutem Pharaonis, & authorem & conſeruatorem. Iurabant & Iudæi per templum, & per altare templi, quæ ipſi leuia & nihil eſſe putabant. Iurabant item per aurum templi, & per

donum

donum altaris, quæ grandia piacula ducebant ſi non ſeruaretur. Sed horum ſuperſtitionem acriter redarguit Chriſtus. Matth. 23. adeo vt potius omnino non iurandum eſſe ſtatuerit, cap. Matt. 5. nempe vt eos à iuramentis deſueſceret, & ſic à periurijs liberiores redderet.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Diſcutit latè Luc. de Penn. in l. 3. ad verb. ſcripturis. Cod. de vend. reb. ciuitat. lib. 11.

Iuramentum, & Fides.

Iuramentum & fides, in iure ſunt paria. (a) Vti habetur in cap. Ad aures extra, de his quæ vi met. cauſſa fiunt. Quemadmodum enim vnum ſeruandum eſt, ita & ſeruandum eſt alterum, ſiquidem id ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poterit, vt habetur in cap. Cum dilectus, extra eod. de his quæ vi metuſ. cauſa fiunt. Et cap. Si verò, extra de iureiurand. Vbi latè Doctores. Et horum ratio eſt, quia quod in æquiparatis legum ſtatuitur in vno, id cenſetur ſtatui & in altero, vt habent gloſſa & Doctores in l. Si quis ſeruo alieno ſuaſerit. Cod. de furt. Et l. Quod verò contra. ff. de legib. De iſtis nequaquam inutile erit videre additiones apud Philipp. Decium, ſuper regula, & l. Ea eſt natura. ff. de regul. iur. folio libri mei. 84. pagina verſa.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Felin. in cap. 2. numero 15. de ſponſal. & in cap. querelam, ſub numero 7. de iureiur. Iaſ. in §. item ſi quis poſtulante numero 54. inſt de act. & in l. 3. §. iurari. ſub nu. 3. ff. de iureiurand Afflict. deciſione 389. num. 2. Bertrand. conſilio 162. (inc. ex themate) num. 9. lib. 1. edit. 2. Euerard. conſ. 48. nu. (mihi) 2. & conſ. 181. ſub nu. 1. Boër. deciſ 211. ſub nu. 19. Zaſ. conſ. 12. ſub num. 18. lib. 2. Schurpf (commune atteſtatus) conſilio 62. nu. 12. cum ſeqq. & conſ. 97. nu. 9. cum ſeqq cent. 3. Cantiunc. conſ. 11. nu. 12 cum ſeq. conſ. 14. nu. 27 & conſ. 22. ſub nu. 30. VVeſenb. conſ. 14. nu. 15 Fichard. conſ. 19. nu. 6. conſ. 31. nu. 15. & conſ. 133. nu. 2. lib. 1. & conſ. 54. num. 3. cum conſ. ſeq. numero 10. lib. 2. Burſat. conſ. 78. ſub nu. 20. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2 caſu 367. num. 5. Blarer. ad l. diffamari, c. 11. nu 37. C. de ingen. manumiſſ. Surd. deciſ. 154. nu. 3. deciſ. 159. nu. 20. & deciſ. 225. ſub nu. 2. Gaill. lib. 2. obſ. 59. latiſſ etiam probans, tantum operari interpoſitionem fidei, quantum verum & corporale iuramentũ, eoſdemque producere effectus de quibus in varijs locis doct. & quod cõtraueniens tranſactioni per fidem promiſſæ, perinde infamiam incurrat, & actione priuetur, ac contraueniens tranſactioni iuratæ, iuxta l. ſi quis maior C. de tranſact idemque Felin. Iaſ. & Schurpf vbi ſupra. Fichard. d. conſ. 31. ſub numero 14. VVeſenb. conſ. 15. ſub nu. 63. Bertrand. conſ. 178. (inc. ſuppoſito) num. 2. d. lib. 1. & latius d. conſ. 162. ſub nu. 8. & ſeq. vbi (de promiſsione ſub fide nobilitatis agens) hoc commune teſtatur. exactiſſ. Surd. deciſione 234. nume. 8. Verùm Couarr. in c. quamuis, part. 1. § 2. num. 2. de pact. in 6. poſt Alc. in rubr. de iureiur. nu. 5. & in d. l. ſiquis maior, in verb. inuocato. nu. 15. alioſque (quos ſequitur & Men. conſ. 786. n. 5. cum ſeqq. iterũ nu. 17. & ſeqq.) diſtinguit, vt hæc non procedant, quando quis promittit ſub fide humana vel nobilitatis (de qua in dubio huiuſmodi promiſsionẽ intelligendam aſſerit) ſecus ſi per fidem Chriſtianã expreſsim promittatur, vt tunc iuramentũ propriè dicatur, eiuſque veros inducat effectus. idemque, ſi nõ ſimpliciter fides, ſed bona fides exprimatur, addunt Couaruuiam ſequuti Pinell. ad l. 2. part. 3. cap. 2. numero 35. C. de reſcind. vendit. & Burſat. vbi ſupra.

ſed minus recte (vt opinor) quum loquatur Couarr. quando fides in conuentionibus intercedit, in eo ſenſu, quo pro virtute Theologica aſſumitur, & vt res ſacra in teſtimonium adducitur; id quod non magis euenire videtur in mentione bonæ fidei, quàm ſolius fidei. Sed neque Couarruuiæ ſententia in priore diſtinctionis membro vbique tuta eſt: nam vt teſtatur & Gaill. in d. obſeruat. 59 numero 2. & ſub numero 6. fidei huiuſmodi interpoſitio, apud principes vbique frequentiſsima eſt, promittunt enim ſub principali fide, & in omnibus vim veræ iuratæ promiſsionis habet, vt in Imp. Camera ſæpe obſeruatum refert. quemadmodum & Mynſinger. centur. 1. obſeruat. 17. vbi & Iaſ. in d. §. iurari, ſub numero 4. exiſtimantem iuramentum eſſe; aſſero per fidem meam, laudat; notiſsima Germaniæ conſuetudine receptum aſſerens, quòd talis promiſsio eandem vim habeat cum vero iuramento. de quo late etiam VVeſenb. conſilio 10. numero 24. & ſub numero 40. & conſilio 13. num. 102. & nouiſſ. Surd. deciſ. 234. præſertim, numero 9. & ſeqq. Aluar. Valaſc. Luſitan. deciſ. 99. ſub numero 6. aduerſus Alc. vbi ſupra, & alios. Limitat autem æquiparationem hanc Gaill. d. obſeruat. 59. numero 6. poſt Felin. vbi ſupra, vt non procedat, quò ad paritatem pœnæ, quum fortius puniatur violator iuramenti quàm fidei. quod tradit & Iaſ. in d. § iurari, ſub numero 3. Bertrand. d. conſilio 161. ſub numero 9. alijque relati à Surd. d. deciſ. 234 numero 1. & Couarr. d. § 2 ſub numero 2. quàm tamen limitationem in principibus non obſeruari, addit Gaill. vbi ſupra. Limitat item, poſt alios commemoratos, Iaſ. in d. §. iurari numero 2. in fin. & Alciat. in d. rubr. ſub numero 15. in teſte; vel vbi iuramentum requiritur pro ſolennitate, idque voluit & VVeſenbech. d. conſilio 13. numero 103. idemque conſilio 23. ſub numero 56. & d. conſilio 15. numeris 25. 26. 27. & 63. declarat procedere æquiparationem extra caſus in quibus lex corporale iuramentum requirit, ob defectum perſonarum, vel rerum, iuxta authentic. ſacramenta puberum C. ſi aduerſ. vend. cap. cum contingat, de iureiur. & d. cap. quamuis. ſentitque Alciat. conſilio 369. ſub numero 7. ſed contra Fichard. d. conſilio 54. numero 3. & d. conſilio 55. numero 10. poſt Euerar. d. conſilio 181. quem melius allegare potuit d. conſilio 48. reſpondit, etiam renunciationes hæreditatum, fidei interpoſitione vallatas, æquipollere iuramento. nam & Iaſ. poſt alios, in d. authent. ſacramenta puberum, ſub numero 13. quem in ſententiam ſuam VVeſenb. & Alc. adducunt aliud ſentire Canoniſtas admittit. loquitur tamen Fichard. in renunciatione non ſimpliciter ſub fide facta, ſed cum appendice talium verborum, loco iuramenti præſtiti; per quæ verba, de ſacramento fidei Theologicæ, in conuentione, actum, pulchrè interpretatur, ſecundum ſuperioris Couarr. diſtinctionis, quam omnino ſequitur, vltimum membrum.

Iuramentum item, & clauſulam omni meliori modo, æquiparari, reſpondit Cephal. conſil. 412. numero 4. & conſilio 772 numero 39. & Burſat conſilio 307. incip. nobilis dominus. numero 144. & voluit Alex. conſilio 12. ſub numero 6 verſ. & attento. conſilio 23. numero 9. in fin. conſilio 42. numero 10. & inibi apoſt. lib 1. Marſil. ſing. 71. & 504. Pariſ. conſilio 109. numero 12. & conſilio 110. ſub numeris 6. & 37. lib. 1. VVeſenbec. (commune probans) d. conſ. 23. numero 19 Natt. (plures effectus adducens) conſilio 413. numero 12. cum ſeqq Surd. d. deciſione 225. numero 10. & d. deciſione 234. ſub numero 16. Rip. poſt alios, in l. 1. §. ſi quis ita numero 28. verſ. 2. quia. ff. de verbor. obliga. vbi tamen Alciat. numero 44. addit text. in l. cum pater §. filius matrem ff. de leg. 2. quem in hanc ſententiam allegant, non videri probare quod valeat omni meliori modo, ſed ſimpliciter quod valeat vt poteſt: & ſic ſatis eſſe, quòd iuramentum operetur aliquid, licet non omnia, niſi interuenerint verba valde prægnantia; vt ille confirmat latius. & in hanc ſententiam, hic, loqui videtur Rom conſilio 317. numero 24. cum ſeq. & conſilio 320. numero 15. & vtrobique Mandoſ. Corn. conſilio 192. ſub numero 10. lib. 1. & conſilio 129 numero 13. lib. 2. Bertrand. conſilio 1. numero 17. lib. 1. edit. 2. Rebuff. conſilio 167. verſ. nam ſalte m. copioſè Dec. in cap. cum ſuper. ſub numero 53. de offic. deleg.

de leg. vbi ſupra poſt. Chaſſen. conſilio 39. numero 23. cum ſeqq. & ſub numero 90. Scribit tamen & Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 1. tit. 7 numero 4. in fin. & lib. 6. tit. 2. ſub num 21. vbi eum refert Burſ. d. conſilio 307 numero 128. & voluit Cephal. conſilio 41. numero 17. & ſeq iuramentum non ſolùm habere virtutem clauſulæ, vt valeat omni meliori modo, ſed etiam clauſulæ derogatoriæ, & ſpecialis pœnitentiæ. de qua quidem clauſula derogatoria, late etiam Chaſſ. d. conſilio 39. numero 91. & poſt Guid. deciſione 128. alioſque, Tiraq. ad leg. connubial. gloſſ. 7. numero 153. vbi in ſeqq. hæc declarantur latius. vt & apud Roman. Dec. & Alc. vbi ſupra. Sed & hinc, iuramentum habere vim clauſulæ, ſe facturum, & curaturum, tradit poſt Pariſ. d. conſilio 109. numeris 11. & 21. lib. 1. alioſque Surd. d. deciſ. 234. nume. 15. & 16. pulchrè Oſaſc. conſilio 75. ſub numeris 2. & 4.

Iuramentum, & Sententia.

I*Vramentum & Sententia paribus paſsibus ambulant*. Vide infra, ſub capite, Sententia.

Inuadere.

I*Nuadere aliquem in domo, & in domus veſtibulo, & petere aliquem gladio in domo & pro foribus, in crimine ſunt paria*. Declarentur hæc per exempla, quo melius intelligantur. Si edicto publico conſtitutum eſſet, vt quiſquis aliquem inuaderet in domo ſua, is duplo puniretur, & ſi me quiſquam tunc aſſiliret in domus meæ veſtibulo, ſeu in porticu (a) domus meæ, is certè me ſic aſsiliens eiuſdem mulctæ ſtatim reus fieret, quod veſtibulum, ſeu porticus pars domus meæ habeatur cap. Si quis contumax 7 q. 4. Et Bartolus, Baldus & Doctores, in l. Cætera. §. hoc Senatus. 2. ff. de legat. 1. argumento. l. Qui ædes, in fine. ff De incend. ruin. naufrag. Neque etiam hoc in facto vlla eſt facienda diſtinctio, an domus hæc ſit conducttitia, an gratis data, ſeu conceſſa, an emptione vel hæreditate mihi propria. Huic ſeruiunt l. Lex Cornelia. §. Domum, & ibi ſcribentes. ff. de iniurijs, l 1. §. 1. ff. de liber. agnoſcend. Et l. 1. §. Habitare. ff. de his qui deiece. vel effud. Et Bartol. in l Qui domum. Et in l. Nec in ea ff. Ad l. Iuliam de adulter. Item Bartol Alberic. Bald. Paul. de Caſtro, Iaſon & reliqui in vulgata l. Plærique. ff. de in ius vocand. dicunt Si etiam ſtatutis ordinatum eſſet, vt qui alterum in domo ſua inuaderet, is duplo damnaretur, ac deinde quiſpiam te ſedentem pro foribus peteret gladio aut baculo, is ſimiliter eiuſdem latæ pœnæ reus teneretur, non ſecus quàm ſi te in domo tali modo fuiſſet adortus. Nam is maleuolum atque lædendi cupidum ſuum animum, hoc modo foris per facta edocuit, quod idem patrare fuiſſet auſus, etiam in domo ſi ibidem fuiſſet. Atque certè is in domo fuiſſe cenſendus eſt, qui pro foribus domus alicuius fuiſſe cognoſcitur, vti & iam paulò ante diximus, horum etiam ipſe memini in mea Praxi rerum criminalium, Cap. 77. de Inuaſione, pagin. 197. numeris 6. 7. in poſtrema editione.

ANNOTATIO.

(a) PORTICV. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 95. numero 12. Auguſtin. ad Angel. de malefic. ad verb. fecit inſultum, numero 5. ad fin. ſequiturque Clarus ſent. libro 5. §. fin. q 82.

ſtatuto 10. Soarez rec. ſent. theſ. in lit. D nu. 134. qui cõmune probant. Verũ Zaſ. in adduct. §. hoc ſenatuſconſ. 2. voluit, porticus eſſe ædium, quando eadem contignatione cum ædibus continentur, iuxta l. qui conclaue, ff. de damn. infect. aliter atq; ſi ſint ſoli, non annexi ædibus. ſicuti diſtinguit & Cepol. de ſeruit. vrb. præd. c. 44. nu. 5. in fin. inferens & ſubdiſtinguẽs hac in re latius. eumq; ſequitur Rebuf. ad l. portus, verſ. porticus autẽ, ff. de verb. ſigni. queadmodum in ſimili etiam, ita diſtinguit, in apotheca domus donatæ aut venditæ, poſt Anchar. conſ. 291. nu. 1. Alex. conſ. 223. lib. 2. alioſque, Laur. Auen. dec. 110. nu. 1. in fin. & ſub num. 3. Pariſ. conſ. 30. nu. 4 lib. 2. Moli. ad conſu. Pariſ. §. 8. gl. 5. n. 6. apud quos etiam quid in reliquis domus partibus lati. Idemque in delicto cõmiſſo ad apothecam, quando eſſet ſubtus domum, & per eam eſſet introitus in domum offenſi, ſentit Vallat. Luc. deci. 103. verſus fin. aduerſus Caſtr. conſ. 211. num. 6. lib. 1.

Legare, Legata.

L*Egare Eccleſiæ, & legare Eccleſiæ alicuius collegio, paria ſunt.* l. Annua. §. 1. ff. de annu. legat. & colligitur ex notatis per Innoc. in cap. Nouerit. extra de ſentent. excommunic. & per Bald. in Rubric. Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis, & in Authentica, Ingreſsi. (a) 5. column. verſic. iuxta hoc quæro, &c. eodem titul. & Dominus Carolus Ruynus in ſuis conſiliis, conſilio 160. incipien. Circa primum quæſitum, numero 13. in 3. volumine conſiliorum.

ANNOTATIO.

(a) INGRESSI. Sub num. 17. legatum tamen canonicis alicuius eccleſiæ relictum, ipſis canonicis acquiri non eccleſię, tradit aduerſus Bartol. Comenſ. & Caſtr. in l. 2. ad fin. ff. de reb. dub. alioſque Couarr. poſt gl. & alios (commune probans) in cap. requiſiſti ſub numero 10. de teſtam. & poſt alios quoque Menoch. lib. 4. præſumpt. 113. numero 5. cum ſeqq. declarantes latius, & ad rem videatur Oſaſc. conſ. 37. numero 3. cum ſeqq.

Legare pro dote.

D*Icere, lego hoc pro dote, & lego hoc animo compenſandi cum dote, aut pro dote, paria ſunt.* Vt probatur in l. Vnica. §. Primum. Cod. de rei vxor. act. & ibi Bald. & ſequitur Alexand. in l. huiuſmodi. §. Cum pater. ff. de leg. 1. & pro hoc allegat etiam l. Titia. §. Qui inuita. ff. de leg. 2. Ita tenet D. Carolus Ruinus in ſuis conſiliis, conſilio 146. incip. Circa. nu. 8. volum. 3. conſiliorum.

Legata, Fideicommiſſa.

L*Egata & Fideicommiſſa, in iure æquiparantur.* Eſt enim inter hæc tam indiſcreta ſimilitudo, vt planę eiuſdem farinæ eſſe videantur. Per omnia (inquit Vlpianus) exæquata ſunt legata fideicommiſsis. l. 1. ff. de lega. 1. §. Sed non vſque, inſtitu. de legat. Proinde ex vno ad alterum ſic inferas licebit. Quicunque legare poteſt, idem & fideicommiſſum relinquere non prohibetur. l. 2. ff. de legat. 1. Eodem modo. Quibus legari poteſt, illis & fideicommiſſum relinqui permittitur. Porro ſicut aliqui neque teſtari neque legare poſſunt, vt tractatur in l. Si quæramus ff. de teſtament. ita rurſus ſunt quibus non poteſt aliquid in teſtamentum relinqui. §. legari, inſtitut. de legat. Ex prædictis ſunt etiam iſtæ illationes: Quæ res legari poteſt, eandem fidei licet committere. Item quibus actionibus legatum, eiſdem & fideicommiſſum petitur

petitur l. 1. & 2. C. Commun. de legat. Huius meminit D. Ioann. Oldendorp. in ſuo libro de copia verborum & rerum in iure ciuili, ſub loco: A legatis ad fideicommiſſa, pagin. lib. meo. 31. Quod tamen intelligendum eſt, de legatis, & fideicommiſsis particularibus, (a) & quæ pecuniarium commodum tribuunt. Nam inter legata & fideicommiſſa vniuerſalia magnum reperitur eſſe diſcrimen, vt declarat idem Oldendorpius loco prænarrato.

ANNOTATIO.

(a) PARTICVLARIBVS. Menoch. conſ. 272. nu. 67. Ceph. conſ. 588. n. 12. & voluit Couarr. ad c. Raynutius § 10. numero 4. de teſtam. Aret. in §. 1. ad fin. ibidemque Fab. & alij. in adducto §. ſed non vſque, inſtit. de leg. Zaſ. in adducta l. 1. verſus fin. ibidemque latè Alciat. ſub nu. 9. qui ex n. 5. poſt alios inibi, etiã hodie, inter legata & fideicommiſſa particularia, plures differentias adducit. Adeo vt legata & fideicõmiſſa, ijs tantũ caſibus exæquata eſſe, quibus illorum circuitus inutilis habetur, commune dicat Soarez rec. ſent. theſ. in liter. L. nu. 53. & in annotatione ad Gomeſium de teſt. c. 12. in princ. poſt Porc. in d. §. ſed non vſque, nu. 7. Sed & Ceph. conſ. 610. n. 42. poſt Aret. quem plurimi ſequuntur, in adducta l. 1. cenſuit, æquiparationem legatorum & fideicommiſſorum nõ procedere, niſi vbi ſunt in eſſe deducta; ſecus quo ad modum conſtituendi.

Legatum, Donatum.

L*Egatum & Donatum, ſunt paria.* Vide ſupra, Donata.

Legatum, lex.

L*Egati ratio, & legis ratio, paria ſunt.* Barto. in l. Demonſtratio. §. Quod autem, num. 18. ff. de conditio, & demonſtrat.

Legitimatio.

L*Egitimatio par eſt cum arrogatione.* Vide ſupra Arrogatio.

Legitimatus.

L*Egitimatus filius, æquiparatur (a) filio legitimo, hoc eſt, legitimè nato.* Identidem *Legitimata filia, legitimæ filiæ iure æquiparanda eſt.* Verùm hæc intelligenda ſunt de filijs ſiue filiabus ſolemniter (b) legitimatis, & vti iura de ijs loquuntur, (c) ſecundum quę à vere legitimis in nullo differunt, præcipue reſpectu ſucceſsionis. (d) Hinc verum erit quod dicitur appellatione, ſiue nomine filij legitimi & naturalis, venire legitimatum (e) id eſt, iure legitimatum gaudere appellatione filij legitimi, & frui ijſdem legitimorum priuilegijs, vt habetur in §. Et quoniam variè, ibi: Nihil diſsimilis legitimis. Et in §. Reliqui. Et in §. Illud. Et in §. Adoptionis, in Authentico. Quib. mod. natu. effic. ſui. Et Decius in ſuis conſilijs, conſilio 258. incip. In caſu domini Franciſci, vbi examinat verba poſita in l. Finali. Cod. de natural. liber. Quæ quidem verba, quę dicuntur de legitima ſobole, eadem etiam de legitimatis verificantur, qui legitimæ ſoboles tunc dicuntur, & habentur, legitima enim ſoboles ea dicitur, quæ à le-

ge approbatur legitima. l. Legitima. ff. de pact. l. 1. C. Quando non peten. partes petent. accreſcunt, ibi: Ceſſante legitima ſucceſsione, & ibi Saliçet. in principio dicit, quod legitimum dicitur id, quòd à lege vel à iure ciuili dictum, & approbatum eſt legitimum. Nam hoc verbum (legitimum) ſemper ſonat, & intelligendum eſt, de lege, atque actu ciuili legitimis vel legitimatis, vt notat Pet. de Ancharano, in ſuis conſilijs, conſilio 225. incip. Videtur prima facie, columm. 3. Et non videtur dubitandum. quin ea ſucceſsio quæ defertur filijs legitimatis, etiam per reſcriptum dicatur legitima, quia ea à lege ciuili defertur, & comprobatur. §. Et quoniam variè, & in §. Reliqui igitur. in Authentico. Quib mod. natur. effic. ſui. ibi. Semel enim eos efficientes legitimos, damus habere etiam ſucceſsiones illas, quas habent hi qui ab initio legitimi ſunt.

ANNOTAT.

(a) AEQVIPARATVR. Pariſ. conſilio 1. numero 57. conſ 8. numero 7 conſilio 10. numero 74. in fin. cum ſeq. libro 2. & conſilio 58. ſub numero 45. libro 4. Guid. Pap. conſilio 6. numero 2. & conſilio 176. ſub numero 1. Clarus ſent. libro 3. §. teſtamentum. quæſt. 84. ad finem, Roland. conſilio 83. ſub numero 18. libro 3. Natta conſ. 624. ſub num. 1. 2 & 14 Ceph. conſi. 276, uumero 1. in fin cum ſeq. conſ. 364. uumero 58. & conſ. 606. numero 2. Burſa. conſ. 85. numero 11. cum ſeqq. Decian. conſilio 88. numero 2. & conſil. 49. ſub numero 43. libro 2. Menoch. conſi. 164. numero 2. & conſilio 266. num. 2. 45. & ſub nu. 46. latè Gaill lib. 2. obſer. 140. numero 2. Tiraquel ad l. ſi vnquam, in verb. liberos, num. 85. C. de reuocand. donat. vbi num. 77 cum ſeqq. (adducens varios huius æquiparationis effectus) tradit. poſt Alex. conſil. 2. numero 10. libro 1. alioſque legitimatum verè, non etiam fictè, dici legitimum. idemque Tiraquel. de iure primogen. quæſt. 34. numero 2. Decius in l. poſthumo, ſub numero 18. C. de bonor. poſſeſſ. cont. tab. & conſilio 316. numero 10. & conſilio 365. ſub numero 4. cum ſequ. conſi. 366. numero 2. & conſi. 399. numero 5. ibidemque apoſtill. Ruyn. conſil. 75. numero 8. cum ſeqq. & conſilio 86. numer. 3. & 10. libro 3. Natta conſ. 368. ſub numero 1. & commune teſtatur Couarr. de ſponſ. & matr. parte 2. c. 8. § 8. numero 3 §. 10. ſub numero 5. Burſat. conſ. 10. numero 2. & conſilio 15. nnmero 1. Bero. conſ. 13. numero 5. & conſilio 14. numero 2. libro 2. Roland. d. conſi. 83. numero 15. cum ſeqq. Schurpf pleno conſilio 2. cent. 1. Decian. conſilio 3. numero 84. conſ. 19. numero 1. conſilio 42. numero 12. cum ſeqq. libro 1. conſilio 90. num. 1. 2. & 3 libro 2. & conſilio 38. numer. 1. & ſeqq. libro 3. Menoch. conſi. 173 ſub numero 70. & numero 80. & d. conſilio 266. nnmero 5. quanquam contrarium voluerit in conſilio 272. nu. 36. & 38. in fin. & d. conſil. 164. ſub numero 14. vt & Cephal. conſ. 525. nume. 29. & ſeq. & d. conſil. 606. numero 39. poſt Iaſ. in l ſi is qui pro emptore, numero 254. ff. de vſucap. Decius conſ. 275. ſub numero 5. alioſque commemoratos, vbi tamen Iaſon. & Dec. diſtinctionem adducunt, quam, poſt Couarr. d. §. 8. numero 4. alioſque, probat idem Menoch. d. conſilio 266. numero 47. cum ſeqq addens & aliam quandam moderationem Pauli Caſtr. in l. vlt. C. de ijs qui ven. ætat. impetr. quam latiſſ. comprobat & Natta d. conſilio 624. num. 5. 6. & 7. vt apud eos videre eſt. Aliter etiam nouiſſ. Gaill d. obſeru. 140. ſub num. 7. & 16. diſtinguit, vt procedat in caſibus in iure expreſsis, ſed in non expreſsis, non æquiparetur legitimatus legitimo verè, ſed fictione iuris fictè filius ſit. quę tamen omnino tuta non videtur diſtinctio; tum per ea quæ annotabimus hic inferius, ſub tit. Monachatus, exilium. ad verb. expreſsi. tum quia, licet in pluribus iuris ſpeciebus, plurimum inter ſe differant, vt ibidem aliquas recenſet Gaill & octo enumerat Romanus in d l. ſi is qui pro emptore, plures Port. conſil. 106. nume. 92. tamen regulariter procedit æquiparatio, vt patet in text. hic adductis, traduntque diſertè Ti-

raq. &

Digitized by Google

raq & Clar. vbi ſupra. tum quia legitimum eſſe, vel non, iuris eſt; ſed lex diſponens circa ea quæ iuris ſunt veritatem continet, non fictionem, vt in ſpecie eleganter tradit Natt. d. conſ. 368. ſub num. 1. Schurpf d. conſ. 2. numero 2. Dec. conſ. 253 ſub numero 4. conſ. 275. ſub num. 3. & d. conſilio 365. num. 5. & conſ. ſeq. num. 2. Roland. d. conſ. 83. num. 15. Menoch. d. conſ. 164. num. 5. & dicemus infra ſub tit. Talem eſſe.

(b) SOLENNITER. Ita ferè declarat & Decian. d. conſilio 19. ſub nume. 74. (quod duplicatum legitur conſ. 40. lib. 3.) & d. conſ. 38. numero 96. in fin. ſolennitates huiuſmodi vtrobique explicans vberrimè, vt & nouiſſ. Sfort. Odd. conſil. 1. præſertim numero 17. cum ſeqq. & numero 52. cum ſeqq. lib. 1.

(c) LOQVVNTVR. Ita vt natalibus plene reſtituantur, & quò ad omnia legitimentur; non autem qualificatiuè quò ad aliquem actum, vel certis quibuſdam legibus; nam tunc propriè non legitimatio, ſed diſpenſatio dicitur; quæ multùm inter ſe diſcrepant, vt latius oſtendit Caſtrenſ. in l. pactum, in fin. C. de collation. & in l. ſed ſi hac, §. patronum, 2. numero 5. ibidemque Iaſon numero 6. ff. de in ius vocand. idemque Caſtrenſ. conſ. 30. numeris 4. 9. & 11. libro 1. Alexander conſilio 25. numero 5. libro 1. & conſilio vltim. libro 5. Dec. conſilio 264. numero 3. conſilio 338. numero 5. & conſilio 576. numero 6. in fine, Curt. ſen. conſi. 74. in 2. dubio. Schurpf conſilio 1. ſub numero 20. libro 2. Menoch. conſilio 306. numero 23. late Couar. d. cap. 8. §. 8. numero 1. cum ſeqq. Rolan. conſilio 96. num. 5. 9. 10. 11. 13. 24. 25. & 26. lib. 3. Decian. d. conſ. 19. numero 38. & ſeq. Odd. d. conſ. 1. numero 38. cum ſeq. & conſ. 16. numero 12. lib. 1. Gaill. d. lib. 2. obſeruat. 142. numer. 6. & 17. dum pulchrè ibidem (inter alia) probat, in hac diſpenſatione, citationem agnatorum requiri; aliter atque in vera legitimatione, conſentiente patre celebrata, vt poſt Dec. d. conſ. 264. ſub num. 2. aliosque, reſpondit & Pariſ. conſ. 2. num. 29. & conſ. 7. numeris 14. & 48. lib. 2. Roland. conſ. 61. num. 15. & ſeq. lib. 1. Oſaſc. conſ. 68. num. 27. & commune probat copioſè Odd. d. conſ. 1. num. 25. cum ſeqq. & 116. cum ſeqq. & conſ. 16. num. 27. cum ſeqq. Burſat. conſ. 390. num. 41. cum ſeq. & 59. & latè hac de re Boër. deciſ. 122. Decian. d. conſ. 19. numeris 8. 55. 56. & 78. d. conſ. 38. num. 32. cum ſeqq. & d. conſ. 38. num. 59. Et in hunc modum ſcribit Molin. ad conſuetud. Pariſ. §. 8. gloſſ. 1. ſub num. 43. in regno Franciæ, legitimationes nunquam concedi in forma planæ reſtitutionis natalium, ſed potius diſpenſatiuè, ſaltem cum clauſulis modificatiuis; videlicet, dummodo ſi ſint, aut ſuperueniant legitimè nati, non coæqueris eis. vel, dummodo de eorundem parentum, vel hæredum proceſſerit voluntate de quibus clauſulis, latè etiam Rebuff. conſil. 122. Chaſſen. conſ. 39. numero 57. cum ſeqq. Leonin. conſ. 78. ſub num. 16. Imbert. in enchir. iur. Gall. verb. legitimatio. Et de clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, Alexan. conſ. 51. in princ. lib. 2. conſ. 187. & conſ. 698. Curt. ſen. d. conſ. 74. & conſ. 19. nume. 9. Ruyn. conſ. 3. num. 3. lib. 1. conſ. 72. numeris 1. 16. & 17. & conſ. 103. num. 4. lib. 3. Capyc deciſio. 22. Bero. conſ. 172. conſ. 174. & conſ. 177. lib. 2. Pute. deciſ. 303. num. 2. lib. 3. Cephal. conſ. 167. nu. 16. & conſ. 442. num. 38. cum ſeqq. extenſiſſ. Menoch. d. conſ. 306. qui ibidem numero 27. & ſeq. reprobat etiam Pariſ. conſ. 14. num. 44. lib. 2. & Couarr. d. §. 10. nu. 1. dum, poſt alios commemoratos, ſuſtinent, hanc communem iſtius clauſulæ interpretationem, quòd ab inteſtato non poſſit legitimatus ſuccedere, in præiudicium legitimorum; ſed tantùm capax fiat eorum quæ ſibi in teſtamento relinquuntur. verùm communem interpretationem ſequitur etiã Soarez. recept. ſent. theſ. in lit. L. numero 221. & aſtruit latiſſ. Decian. d. conſ. 19. nume. 11. 12. 16. & ſub numero 82. Odd. d. conſilio 1. numero 14. & d. conſilio 16. numero 30.

(d) SVCCESSIONIS. Auctorem noſtrum laudat hoc loco Oſaſc. conſ. 20. nu. 16.

(e) LEGITIMATVM. Pariſ. d. conſ. 1. numero 55. cum ſeq. Roland. d. conſilio 83. numero 18. & ſub numero ſeq. Idque in omni diſpoſitione, ſecundum Molin. ad conſuet. Pariſ. §. 8. gl. 1. ſub numero 43. Siue enim ſit teſtamentum, continens ſubſtitutionem ſiquis deceſſerit

Digitized by Google

ceſſerit ſine filijs naturalibus & legitimis, legitimati faciunt deficere fideicommiſſum: licet aliud ſit, in ſubſtitutione, ſi deceſſerit ſine filijs legitimè natis, vt poſt Alexand. (commune aſſerentem) d. conſilio 2. ſub numero 13. & conſilio 121. numero 18. lib. 2. alioſque, probat Molin. vbi ſupra. Guid. deciſ. 482. numero 3. Duran. de art. teſtand. tit. 5. cautel. 15. numero 5. Ruin. conſ. 124. numero 6. lib. 4. Bertrand. conſilio 149. ſub numero 2. lib. 1. edit. 2. per Portan. Zoannet. rer. quotidianar. cap. 64. numero 2. Gaill. lib. 2. obſeruat. 135. numero 8. Natt. d. conſilio 368. numeris 1. & 2. & d. conſilio 624. numero 8. cum ſeqq. Roland. d. conſil. 83. numero 20. Cephal. d. conſilio 276. numeris 1. 9. & ſeq & d. conſ. 606. nume. 37. cum ſeq. Decian. conſilio 42. numeris 15. & 27. lib. 1. & d. conſ. 88. numeris 1. 2 1. & ſeqq. copioſè Burſat. conſilio 17. ſub numeris 7. 9. & 13. conſilio 18. nume. 6. d. conſilio 85. numero 13. cum ſeq. conſ. 390. ſub numero 49. & numerò 54. cum ſeq. & ſub numero 64. verſ. 3. vocantur. & conſ. 433. numero 17. cum ſeqq. & ſub numero 28. Menoch. lib. 4. præſumpt. 79. vbi pleniſſ. extendit & declarat. quemadmodum & latè reſtringit in d. conſilio 173. numero 73. cum ſeqq. conſ. 318. numero 12. cum ſeqq. & conſilio 461. numero 41. Decian. d. conſilio 3. ſub numero 50. cum ſeqq. & d. conſilio 5. numero 23. cum ſeqq. & d. conſilio 38. ſub numero 9. Siue in contractu aut ſententia arbitrali, vt ait ibidem Molin. poſt Angel. conſilio 71. numero 2 quem ſequitur & Dec. d. conſilio 365. ſub numero 7. & conſilio ſeq. ſub numero 4. Roland. d. conſilio 83. numero 14. Siue in lege, ſtatuto, aut conſuetudine, Bald. in l. eam quam numero 16. & in l. cum acutiſsimi numero 7. ibidemque Iaſ. numero 6. C. de fideicommiſſ. Alexand. d. conſilio 2. numero 11. Martin. Laudenſ. conſilio 53. ſub numero 8. Dec. d. conſilio 365. numero 7. & conſilio ſeq. ſub numero 4. copioſè Pariſ. conſilio 5. numero 13. lib. 2. & conſilio 55. numero 17. cum ſeq. lib. 3. Schurpf conſilio 1. ſub numero 20. & d. conſilio 2. numero 4. latiſſ. Rolan. d. conſilio 83. Menoch. conſilio 227. numero 35. alij tamen frequentiores contrarium voluerunt, ſecundum Tiraq. in d. l. ſi vnquam, verb. liberos, nu. 98. C. de reuoc. donat. Menoch. d. conſilio 264. numero 17. & d. conſilio 272. numero 36. Oſaſc. d. conſilio 68. præſertim numero 35. rectius verò Molin. in d gloſſ. 1. numero 48. diſtinguit, reſoluitque, tùm demum extenſionem paſsiuam ſtatuti, aut conſuetudinis, iuris correctoriæ, non fieri, de legitimo ad legitimatum, quando per eam noua induceretur iuris correctio: vt in ſtatuto, fœminas, extantibus maſculis, excludente, luculenter commonſtrat. cumque ſequitur & Couarr. d. cap. 8. §. 8. ſub numero 3. & d. §. 10. num. 3. ſentitque Gaill. d. obſeru. 140. ſub numero 12 hanc communem opinionem, in huiuſmodi ſtatuto, eamque Imp. Cameram ſi qui, aſſerens. legitimatum quoque liberto æquiparari, tradit Iaſ. in l. ex facto numero 17. ff. de vulgar. & pupill. Couarr. de ſponſal. & matr. part. 2. cap. 8. §. 2. ſub numero 14. allegant text. in §. 1. in authent. vt libert. de cæter. & § ſiquis ſanè non habens, iuncto §. liceat, auth. quibus mod. natur. effic. legit. per quos text. dicit idem etiam Iaſ. in l. ex hoc iure, ſub num. 54. ff. de iuſtic. & iur. eumque ſequutus Burſat. d. conſilio 390. numero 20. æquiparari patronum erga libertum, & patrem erga filium legitimatum. voluitque Molin. ad conſuetud. Pariſ. §. 30. ſub numero 5. nam & Baldus in l. poſt mortem. §. vltim. in verſic. neque. ff. de adopt. in 2. lectur. ſub numer. 2. ſcribit, legitimationem, quandam eſſe ſpeciem libertatis. refertque Tiraquel. ad d. l. ſi vnquam, in verb. largitus numero 287. Raph. Com. conſilio 87. reſpondentem, quòd adeo libertas & legitimatio æquiparantur, vt ſi ex ſtatuto non requiratur inſinuatio inſtrumenti manumiſsionis, æquè nec legitimationis requiratur; quia vtraque ſint paria, paribuſque initijs orta ac producta. vtiturque eodem argumento de libertate ad legitimationem, in hoc, vt pro parte tantum ſubſiſtere non poſsit, Alexand. d. conſ. vlt. ſub numero 4. Caſtr. in d. §. patronum numeris 5. & 6. ibidemque Iaſ. numero 6. ſed ſuſtineatur tunc ſolummodò in vim diſpenſationis, vt voluit & Pariſ. d. conſ. 7. numero 5. & ſeq. lib. 2. Chaſſen. d. conſ. 39. nume. 63. cum ſeq. Gomeſ. ad l. 9. Taur. ſub numero 70. & diximus hic ſuperius, ad verb. loquuntur.
Sed &

Sed & hinc confirmant celebre illud Baldi pronunciatum,in cap.1.§.filij nati,ad fin. tit. ſi de feud. fuer.cont.int.dom.& agn. quòd quemadmodum,ob admiſſam poſteà ingratitudinem, poteſt libertus in priſtinam ſeruitutem reduci l. 2. C. de libert. & eor. lib. ita & legitimatio, eadem ex cauſa,poſsit reuocari. id quod,& eodem æquiparationis argumento, comprobat apoſtill ad Bald ibidem,& apoſtill ad Roman.idem quoque tradentem, ſingul. 222. repetitq́ue idem Baldi axioma Iaſ.in l.dedi § idem erit numero 9.ff.de condict.ob cauſ. Dec. in l.de quæſtione,ſub numero 23.C.de pact. Molin.d.§.30.ſub numero 3. Rebuff.ad conſtitut.reg. tit.de ſentent. prouiſ.art.1.gloſſ. 2.numero 25. Soarez (commune probans) in d.lit.L. numero 103. latiſſ. Burſat. d. conſilio 390. præſertim numero 18.cum ſeqq. alijq́ue quos citat Tiraq.d.numero 287.qui tamen numero 301.ibidem,propterea quod legitimatione ſit multo fauorabilior libertas; vt quæ etiam inter pias cauſas,quibus nihil fauorabilius, non modò annumeretur,ſed & earum longè ſit fauorabiliſsima,vti & nos ſupra annotauimus: tum quòd libertas non impediatur propter exiſtentiam liberorum legitimorum & naturalium,l. Papinianus § vltim. l.ſeq.ff.de inoffic. teſtam.aliter atque in legitimatione,iuxta §. illud,in auth. quib.mod.nat.effic. ſui. Infert tandem non ſemper, nec in omnibus, pares eſſe libertatem & legitimationem,vt apud eum latius. Sed & argumentum de emancipatione ad legitimationem procedere,prout arguunt Bart.& alij,in l. iubemus C.de emanc.liber.tradit Dec.conſilio 367.numero 1.& commune probat copioſè Roland. conſilio 61 numero 5.lib.1.& conſ.12. numero 22.& ſub numero 63.verſ.non obſtat.lib.4. vbi declaratur latius.

Læna.

LÆna & meretrix, ſiue ea quæ corpore palam quæſtum facit, æquiparantur. (a) l. Palam queſtum facere. ff. de ritu.nupt. quo textu. quid poteſt eſſe clarius? Quam latè autem pateat lænocinij verbum exponit Vlpia. in l. Athletas. §.1.ff.de his qui notan.infamia. Huic nec diſſentit D.Franciſcus Balduinus, in ſuo tractatu ad l. Iuliam Papiam Poppæam. Et gloſſa in verbo vxorem in cap. Apud miſericordem. 32.q.1. Et D. Ioan. Oldend. De copia verborum & rerum, ſub verbo Lænocinium, quos ibidem ſuis iam dictis locis conſulere licebit.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARANTVR. Vincent. deciſ. 68. ſub numero 1. vbi de his latiſſ. & per Rebuff. ad l Maſurius, verſ.& ad propoſitum ff.de verbor.ſignif. Gomeſ.ad l.62. numero 3. & ad l.80.numero 73.cum ſeq.ad leg. Tauri. Couarr. de ſponſal.& matr.part 2.cap.8. §.11. numero 4. Royz.Lituan.deciſ 4.ex numero 111. vſque ad numerū 117. Menoch.de arbitr.iudic.lib 2 caſu 534.cum ſeq.& caſu 328.ex numero 3.vſque ad fin.accedit & Maſcard. de probat.lib.2 concluſ.1066. Triuiſ.deciſione 33.numero 3 cum ſeqq.lib.2.

Lex.

LEgem non eſſe, & eſſe, ſed obſcuram, (a) paria ſunt in iure. l. De ætate. §. Nihil. ff.de interrogat.actionibus.

ANNOTATIO.

(a) OBSCVRAM. Sic de eſſentia legis eſſe quod ſit clara per c. erit autem lex. 4. diſt. ideoq́ue ſtatutum,aut legem ambiguam,non poſſe allegari ad deciſionem cauſæ,tradit Felin. in princ.proœmij decret.ſub num. 2.Zaſ.conſ.18.nu.38.lib.2.Vant.de nullit.ex defect.proc. nu.119.qua de re etiam Alex.conſ 1.nu.9.ibidemq́ue apoſtill.lib.2.& in l.cum prolatis n.9.&

inibi

inibi Iaſon, numero 22. cum ſeqq. de re iud. Rebuff. ad conſtitut. reg. in proœm. gloſſ. 1. num. 32. & gloſſ. 5. num. 2. Decian. conſ. 32. numero 23. & ſeq libro 2. Natta conſ. 106. ſub num. 10. vbi idem voluit in conſuetudine.

Contra legem facere.

Contra legem facere, & in fraudem legis facere ſunt paria (a) Quod ſanè tamen intelligendum (b) eſt, ſcilicet quantum ad pœnas legales, l. Nõ dubium, & ibi Iacob. Butrig. C. de legib. c. Certum eſt, & ibi Dinus, de regul. iuris. lib 6 Nam ſicuti punitur ille, qui directè facit contra legem, aut contra verba legis, ita quoque puniendus eſt is, qui facit contra mentem (c) legis, ſiue in fraudem legis quid facit. Et ratio eſt, quòd omnis virtus legis principaliter in mente legis cõſiſtat, adeo vt mens legis idẽ (d) quod ipſa lex, ſiue ipſa ratio legis eſſe dicatur, ſicuti notat Dinus in d. c. Certum eſt.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Voluit Euerard. loco à pari. verſ cuius non eſt alia.

(b) INTELLIGENDVM. Explicat pulchre Fort. Garc. in l. iuriſgentium. §. prætor ait, num 24. ff. de pact.

(c) MENTEM. Iaſon poſt Bald. in adducta l non dubium. in 1. notabili. Tiraquel. ad l. ſi vnquam, in verbo, libertis ſub numero 47. C. de reuocan dona. Voluitque Valaſc. Luſita. dec. 58. ſub num. 14. & poſt gl. & Alc. Rebuff. (multis exemplis illuſtrans) in l. nominis, §. verbum. ad fin. ff. de verb. ſignif.

(d) IDEM. Chaſſen. ad conſuet. Burgund. tit. 4 §. 6. ad verb. *mariée*. numero 21. Coraſ. de iur. art. part. 4. c. 6. verſus fin. verſ. indelebiliter enim. Surd dec. 43. nu. 9. copioſiſſ. Tiraq. tract. ceſſant. cauſ. ceſſ effect. part. 1. numero 138 cum ſeqq. & in d. verb. libertis ſub numero 45 & numero ſequ Et reſpondit poſt Bald. conſil. 324. numero 2. libro 5. pulchrè Crauetta. conſilio 183 ſub numero 3. quod caſus dicitur idem quando eſt ratio, & mens eadem. ſentitque poſt Pariſ. conſilio 32 numero 19. cum ſeqq. libro 2. alioſque Roland. conſilio 81. ſub nu. 17 libro 1. & poſt Tiraq. d. numero 45. alioſque Menoch. conſilio 344. numero 22. reſtringitque & ampliat ratio diſpoſitionem ad limites ipſius rationis, l regula. § fin. vbi Bart. & alij, ff. de iur. & facti ignor. Molin. ad l. qui pro donato, numero 14. ff. pro donat. Alex. conſi. 59. num. 3. ibidemque apoſt. libro 3. Roman. conſ. 174. numero 3. & ibi Mandoſ. Dec. conſ. 287. nu. 6. in fin. latè Crauetta conſilio 227. numero 3. cum ſeqq. Chaſſen. conſ. 39. ſub numero 8. cum ſeq. Ceph. conſilio 490. numero 17. cum ſeqq. Laurent. Auenion. deciſ. 118 numero 8. Albert. Bolognet. de leg. iur. & æquit. cap. 34. num. 18. cum ſeqq. Coraſ. d. part. 4. c. 5. cum ſeq. Tiraq. d. part. 1. num. 144. declarans, reſtringens & extendens latiſſ.

Contra legem faciens, aut loquens.

Sicut is qui ſine lege, vel contra legem (a) quid facit, audiendus non eſt, ita nec & is qui ſine lege loquitur, audiendus eſt. Et ita ſuſtinuit Baldus in c. in Geneſi. in vltim. colum. de elect. quem refert & ſequitur Iaſon, in l. Vinum. in 5. colum. ff. ſi cert. petat. & in l. illam, in 3. column. C. de collat. Et Hyppol. de Marſilijs in ſuis conſilijs, conſi. 53. num. 25 & 28. in 1. volu. ſuorum conſiliorum criminalium. Atque hinc ortum illud vulgare iuriſtarũ axioma. Quod lex non dicit, id nos nec dicere debemus,

debemus,argumento. §. Cum igitur, alias incipit Optimum, in Authentico de non eligend.ſecundo nubent. vbi text. dicit. nec quælibet lex tale quid dicens, ex quo textu probatur, quod illud legis diſpoſitionem non inducat, quod lege cautum non eſt,de quo textu aliqua dicit Bald.in authent.ex teſtamento,in vlt. colum.C.de ſecund.nupt.Et facit ad hæc etiam lex, Præuaricationis.§. final.ff.de præuaricat.in verſi.Quia neque lege aliqua de hac re cautum eſt.&c Et facit etiam l.ſi ſeruū quis,verſ.nō dixit prætor. ff. de acq.hęred.& l ſi quis ſtipuletur Stichum aut Pamphilum,in verb. reſpiciēdus eſt ſermō ſtipulationis ff.de verbor. obligat & l.fideiuſſores magiſtratum, in §. pro Aurelio,in verb.lecta ſubſcriptione.ff de fideiuſſorib & l ad probationē, in verbo, quem tenor deſignat. Cod.de probat. Plures confirmationes harum legum adducit, & allegat Barbat. in ſuis conſilijs, conſ. ſuo incip. Circa hanc dubitationem,in 5 colum. quòd conſilium eſt inſertum inter conſilia Alexan num. 396. (b) ſecundum ordinem libri mei.

ANNOTATIO.

(a) CONTRA LEGEM. Paria quippe ſunt, fieri contra legem,vel ſine lege, vt poſt Bald.hic adductum,tradit Iaſon in adducta l.illam,numero 8.in fin.& in l.præſes, ſub num.3. C.de tranſact. Tiraquel.de pœn.temperand.cauſa 51.ſub numero 87. Triuiſ.dec.25.nume.15. libro 2. & poſt Gomeſ.in regul.cancell. de annali poſſeſſ.q.52. verſ.videndum.Ceph.conſil. 451.num.62.alioſque,Viui.deciſ.34.ſub numero 3.vel vltra legem, ſicuti ſcribit Blaſer.in l. diffamari,c.8.num.79.C.de ingen.manumiſſ.per l. 1.in fin.ff.de loc.publ.fru.

(b) NVM, 396. Eſt inter conſ.Alexan.conſ.52.ſub numero 12.libro 4. Et in hanc ſententiam,dicit Bald. in cap.nihil,ſub numero 25.de elect.quod lege non cauetur, in practica non habetur.idque refert & Iaſon in adducta l illam,ſub numero 8. Tiraq & Gomeſ. vbi ſupra. Erubeſcimus enim ſine lege loqui,vt apud eos & poſt Cephal.d.conſilio 451.numero 61.& conſ.511.numero 35. Decian.conſ.2.numero 149.libro 3.alioſque, comprobat copioſè Viui.dec.358.numero 4.limitans,poſt Decian.conſilio 62, numero 78 libro 3. vbi loco legis adeſſet ratio naturalis.idemque latè VVeſembech conſ.2.nu.1. cum ſeqq.

Contra legem fieri.

EA *quæ fiunt contra leges, & quæ non fiunt, parificantur in iure, & pro non factis habentur* l.Non dubium. C. de legib. l. Iubemus 2. §. Prædia autem. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Et ita nec diſſimilia ſunt: Factum illegitimè, & non iure, de quo ſupra. Fieri indignè, & fieri indebitè, Reliqua vide ſupra, ſub titulo, Lex, aut Facere contra legem.

Liberatio.

LIberatio, (a) *Quietatio, Apocha, ſiue Quietantia, ſignanter in materia Pupillorum, Minorum, Prodigorum & ſimilium, ſatis inter ſe conueniunt*, quæ quidem quietantiæ nonnunquam generales & aliquando ſpeciales ſunt, quemadmodum ſufficienter monſtraui in meo Pupillorum patrocinio, ſub titulo, de tutorum & curatorum liberat cap.1. folio 99.verſo. numer. 6 in poſtrema editione, vbi per occaſionem videre iſthæc poteritis.

ANNOTAT.

(a) LIBERATIO. Videatur Sfort. Odd. conſilio 87. num. 8. cum ſeq lib. 1. latè Rebuff. ad conſtitut. reg. tom. 2. tract. de famulor. ſalar. gloſſ. 5. numero 1 cum ſeqq. & ad l. liberationis, verſ. ſingulariter notand. & verſ imo poteſt. ff. de verbor. ſignificat.

Liberi.

Liberi ſoli aliquando intelligendi ſunt pro hæredibus. Vide ſupra, Decedere.

ex Mandato fieri.

Aliquid fieri per dominum, & aliquid fieri ex domini mādato, paria (a) ſunt. Angel. in §. Venditæ, nu. 1. Inſtit. de rerum diuiſ. Nec refert an res tradatur per ipſum dominum; an per alium de voluntate domini d. §. venditæ, & ibi D. Nicaſius in ſua inſigni Lectura, ſuper inſtitut. eodem titulo, & §. Vide caput. Solutio vel per ſe. De hoc & ſupra, Fieri ex iuſſu.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Crauett. conſ. 961. numero 4 poſt Panor. nu. 6. alioſque, in ca. in cauſis, de elect. voluitque Roman. conſilio 116. ſub numero 1. Et notat Bald. in l. ſi liberis, ad fin. C. de donat. ante nupt. paria eſſe, aliquid fieri pro me, vel per me.

in Mandato eſſe proximum.

Aliqua eſſe in mandato, vel iuxta mandatum, vel mandato vicina, paria (a) ſunt. pro hoc textus, in l. ad rem. Et l. Ad legatum. ff. de procuratorib. Et Alberic. de Roſate, in l. Iam tamen. §. In hac, num. 1. ff. iudicat. ſolui.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Idem voluit Oldrad. conſilio 126. ſub numeris 1. & 9. & latè hac de re Panorm. in cap. in cauſis, numero 10. de elect. Iaſ. in l. ſi procurator. nu. 8. ibidemque Sichar. num 5 C. de procur. Felin. (explicans latiſſ.) in c. cauſam quę, ſub num. 5. & ſeqq. de ſent. & re iud. Crauett. conſ. 748. num. 16.

Mandatum reuocatum.

Non habere mandatum, & habere vel habuiſſe mandatum, ſed reuocatum, paria ſunt. l. Cum pater. §. Titio. ff. de legat. 2. Et ita D. Albericus de Roſate, in l. Cum quis. §. Si debitorem (a) de ſolut. & libera.

ANNOTATIO.

(a) §. SI DEBITOREM. Videatur tamen ibidem Caſtrenſ. præſertim num. 3. Vant. de null. proceſſ. tit. de null. ſent. ex defect. inhab. & mand. numero 155. cum ſeqq.

Mandatum inefficax.

Non habere mandatum, & habere mandatum vitioſum, (a) inſufficiens, (b) & inefficax, paria ſunt. cap. 2. verſicu. Sed neque, & ibi Hoſtienſ. de tranſlat. Et

Cardina-

Digitized by Google

Cardinalis de Zabarellis ſuper 1. Decretalium, in c. Veniens, nu. 2. de renunciat. Et l. Quotiens. ff. Qui ſatiſda. cogantur, cum ſimilibus iuribus vulgarib.

ANNOTATIO.

(a) VICIOSVM. Exactè Vant. de nullitat. proceſſ. tit. de nullit. ſentent. ex defectu inhabil. & mandat numero 121. & ſeq.

(b) INSVFFICIENS. Vant. vbi ſupra numero 74. allegans etiam Bald. in l. licet numero 2. vbi & pulchrè Sichard. ſub nume. 3. C. de procur. idemque Sich. in l. ſi procurator, ſub numero 11. C. eod. de proc. elicit, paria eſſe, non habere mandatum, vel habere tale quod non extendatur ad articulum de quo fiat quæſtio. id quod voluit poſt alios & Viui. deciſ. 34. nu. 23. in fin. & multa in hanc rem congerit Pariſ. conſ. 47. præſertim nu. 50. cum ſeqq. lib. 1. Tiraq. ad l. ſi vnquam, in verb. libertis, ſub numero 59. C. de reuocan. donat. Et ſtatutum loquens de mandato, intelligi de ſufficienti, tradit poſt alios Dec. in c. Nicolao numero 26. de app.

Manus inutilis.

N*On habere manum, & habere, ſed inutilem, paria (a) ſunt.* ſic Iaſon, in l. De quibus, nu 37. ff. de legib. quem ibidem videre, poteritis.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Royz. Lituan. deciſ. 4. num. 328. poſt Bald. in authent. ſed nouo iure, ſub nu. 12. C. de ſer. fugit. quod procedit & in diſpoſitione ſtatutaria, imponente certam pœnam debilitanti aut tollenti alicuius manũ, vt non intelligatur de arida aut inutili, vt poſt Bald. in l. 1. num. 16. ff. de edil. act. tradit Iaſ. in l. ſi dari, ſub num. 4. ff. de verb. obli. & in l. fin. ſub nu. 3. ff. de offic. eius cui mand. eſt iur. vbi, poſt eundem Bald. in auth. ſed nouo iure, addit, ſi cui ob delictum ſit amputanda manus, non aridam, ſed vtilem amputandã eſſe. quod poſt Gomeſ. in regul. cancell. de annal. poſſeſſ. quæſt. 47. numero 4. & ad fin. aſſerit Royz. d. deciſ. 4. num. 259. Alex. conſilio 104. num. 4. lib. 1. alijque quos refert Menoch. lib. 5. præſumpt. vltim. ſub numero 8. contrarium tamen, poſt Auguſt. ad Angel. de malefic. ad verb. quas ſi non ſoluerit amputetur ei manus, ſub numero 4. Alciat. reg. 3. præſumpt. vlt. numero 15. alioſque, commune probans. vti & Soarez recept. ſent. theſ. in lit. M. num. 51. poſt Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 69. numero 4. priorem tamen ſententiam (in manu prorſus inutili) ſuſtinentem.

Manum mutilare.

M*Anum tollere, & manum inutilem, aut debilitatam reddere, iuxta iam dicta, paria (a) cenſet* D. Philippus Probus, in additione ad Ioã. Monachi. in c. Si tibi, nu. 24. de præbend. & dign. lib. 6. ad hoc allegans gloſſam 1. in l. De quibus. ff. de legib. Vbi Angel. columm. 3. Vnde ſic merito dici poteſt & hæc ſtatui regula, quòd ſtatutum loquẽs de punitione membri alicuius, aut de tollendo membro, etiam conſiſtat & locum habere debeat, de eiuſdem membri debilitatione. Membrum enim inutile redditum, ac prorſus debilitatum, id tanquam ſublatũ creditur, vt in ſupradictis narratur, vti notat Iaſon, & alia quę huic propoſito conducunt, ſubdens, conſilio 46. colum. 6. pro fiſco. volum. 3.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Iaſ. in l. ſi dari numero 4. ff. de verbo. oblig. Sic etiam paria eſſe, oculum alicui eruere, vel ita illum impedire atque afficere, quod inde non videat, tradit poſt alios Viui. deciſione 34. numero 40.

Maritus inutilis.

N*On habere maritum, & habere, ſed inutilem. Item non habere rectorè & habere inutilem.* Item. *Non habere reſpōſum, & habere reſponſum prorſus inutile, omnino paria ſunt.* c.2.de tranſlat.epiſco. l.1. §.Et quidem.ff Quod cuiuſque vniuerſita.nomine. Et Ioan.Monachi.in cã. Si tibi conceſſo,num. 10. de præbend. & dignita. lib. 6. Vide etiam Abbat in cap. Bonæ. 1.in 3. notabili, extra de poſtulat. prælato. Et eſt textus ſingularis, in l. finali, iuncta gloſſa Cod. Ad l Fla.de Plagia. Et Roland. à Valle conſilio 9 num. 33. (a) Et ideo Salicet. ad d. l. finalem in fine dicit, quod vxor quæ habet maritum inutilem poteſt dicere ſe eſſe orbatam (b) viro quia nihil,& inualidum,& inutile æquiparantur, l Si aut nullum, & ibi Bald C. de legitim. hæred. Et propterea in cap Ex literis, de frigid.& malefic. dicitur: Si mulier ſit ex natura viro inutilis, nec talis ſit quæ ope medicorum iuuari poſsit, à marito ſeparari poteſt, ita vt eidem marito concedatur licentia ducendi vxorem alteram Vide Alexand.conſilio 104. in 1 volu Huc facit textus, in l Quotiens ff. Qui ſatiſd. cogant. & gloſſa in, l Si pater. Cod.ne de ſtat. defuncto. Et textus aureus, in l. Si accuſaturus. ff. de adulter. Et pulcher textus, & ibi Bald. in l. 2. Cod. de eunuchis,textus in cap.2. de crimi. falſ. Et Bald.in l. Si vt proponis 1.Cod.quomodo & quando iud. Et Doctores, in cap. Pia. de except. lib. 6.gloſſa ſingularis, & ibi Salicet. in d. l finali. Codi. Ad l. Flaui. de plagia. Et textus in, l. Non putauit. §. Non quæuis, iuncta gloſſa, & ibi Bald. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabu Salicetus in Rubr. Cod.de probat. Et gloſſa, in cap. Vera. 48. diſtinct. Et gloſſa in l.2 Cod. de hæretic. Et l. 4. §.Condemnatum ff.de re iud.cum ſimilibus.Plura de maritis vide infra, Vxor.

ANNOTATIO.

(a) CONSILIO. 9. NVM. 33. lib.1. idemque conſilio 96.numero 39. lib. 3.Iaſ. in l. fin ſub numero 3.ff.de offi. eius cui mand.eſt iur. Alcia.de verb.ſignific.lib.3.4.regul.princ. verſ.ſupereſt vt pauca. & ad l.Paulus reſpondit ff.de verb.ſignif. Bolog.ad Matheſyll. de ſucceſſ.ab inteſt.artic.4.ſub numero 22. Gramm.deciſ.74.numero 26. Rebuff.conſilio 122. & ad conſtitut.reg.tract.de ſentent. prouiſ.artic.3.gloſſ.vlt.numero 3. Viui.deciſ.34. numero 27. & deciſ.197.numero 1.& ſeqq. Schurpf conſilio 36.numero 7.centur.1 hinc colligens, paria eſſe, non debitam, ſiue indebitam quantitatem, vel debitam, inutilem tamen, quia inexigibilem,promittere, vt apud eum latius.

(b) ORBATAM. Quanquam enim in materia ſtricta, ſolùm intelligi viduam cuius maritus mortuus eſt,tradat Felin.in cap.ſignificantibus.ſub numero 8.de offic.deleg. tamen viduarum priuilegia, competere etiam mulieribus inutiliter nuptis, ſcribit poſt Bald. in adducta l. fin. (ſic ſæpius iudicaſſe atteſtatus) Viui. d.deciſio. 197 numero 3. confirmat latiſſ. Cott.in memor.verb. vidua. idemque Rebuff. in l.malum §. viduam. verſ. item licet (inquiens) quæ maritum habet, deportatione fortè, vel alio modo, inutilem, ex communi vſu loquendi,non vocetur vidua. addens in arbitrio iudicis verſari, quando hæc gaudeat viduarum priuilegijs,& quibus vt ſi videat in illa eandem eſſe rationem, competere declaret. qua de re pulchrè etiam Alciat.conſilio 303. numero 1 in fin. cum ſequentib. & poſt Couarr. pract.quæſtio. cap.7. ſub numero 2.Gaill.lib.1. obſeruat.3.numero 44.cum ſeq & Vincent. deciſione 100. numero 18.

Matrimonium contractum.

M*Atrimonium ab initio in facie Eccleſiæ contractum eſſe, & matrimonium poſtea de facto ab Eccleſia eſſe approbatum, paria ſunt*, quo ad legitimationem. (a) Et ſic paria ſunt: Eſſe tale, & poſtea redire ad tale: vti teſtatur D. Ioann. Antonius de Sancto Georgio, alias Præpoſitus in capi. Quod nobis, numer. 1. extra. Qui filij ſint legitimi. Atque hinc fit, quòd ad prolis legitimationem, non exigitur ipſa veritas vinculi matrimonialis, dummodo adſit poſſeſſio & opinio colorata, (b) matrimonij. Et coloratum dicitur matrimonium, quando eſt cum teſte, & autoritate Eccleſiæ contractum, vel quando poſtea per Eccleſiam approbatum eſt.

ANNOTATIO.

(a) LEGITIMATIONEM. Sentit Cephal. conſilio 276. numero 6. & conſilio 541. numero 16. in fin. Legitimatus enim per ſubſequens matrimonium, æquiparatur legitimo, Rolan. conſ. vlt. ſub numero 34. libro 2. Cephal. d. conſilio 541. numer. 15. & 18. ſiue legitimè nato. Natta conſilio 121. num. 13. & conſilio 602. numero 5. Gaill libro 2. obſer. 141. ſub nu. 2. ſeu de legitimo matrimonio procreato, in modum regulæ, vt reſpondit Zoannett. rerum quotidian. c. 64. numero 4. copioſè Burſat. conſilio 85. num. 15. adeo quòd admittatur etiam in ſubſtitutione & diſpoſitione hominis, loquentis de legitimè natis, ſeu ex legitimo matrimonio procreatis, vt latius probat idem Burſat. conſilio 17. præſertim ſub numero 2. & conſil. ſequent. præſertim ſub numero 3. conſilio 98. ſub numero 20. & conſilio 328. (incipien. Domini Chriſtophorus) numero 3. & voluit Menochius conſilio 380. numero 1. & libro 4. præſumpt. 81. præſertim numero 4. & 9 Laurent. Auenion. deciſ. 62. numero 1. traditque Cephal. conſ. 82. numero 5. aliter tamen ſentiens ibidem, præſertim ſub numero 67. cum ſeqq. vt & in d. conſ. 276. & 354. Menoch. poſt enumeratos 30. doctores, conſil. 776. Surd. ex ſententia ſenatus Mantuani deciſ. 319. numero 5. cenſeturque legitimatus huiuſmodi, verè & propriè legitimus, Dec. conſ. 155. ſub numero 4. & numero 6. Rolan. d. conſi. vlt. num. 14. & 37 Ceph. d. conſilio 541. num. 4. & 33. Burſat d. conſilio 17. num. 2. 5. & 6. & conſi. ſeq. numer. 17. Schurpf conſ. 1. numero 18. cum ſeqq centur. 1. Duennas multis modis extendens & limitans, reg. 35. etiam in diſpoſitione strictam tantùm interpretationem admittente. Natta, d. conſi. 121. ſub numero 13. Schurpf d. conſilio 1. ſub numero 19. Cephal. d. conſilio 276. ſub numero 7. & veram receptamque ſententiam, poſt Dec. in cap. cum in cunctis, numero 29. de elect. alioſque probat Menoch. conſilio 227. numeris 9. & 53. & d. præſ. 81. ſub numeris 2. & 8. licet aliter ſentiat Roland. vbi ſupra & Natt. conſilio 624. numero 18. adeo vt licet in feudo non ſuccedant legitimati per reſcriptum. cap naturales, ſi de feud. defunct. cont. ſit inter dom. & agn. ſuccedant tamen per ſubſequens matrimonium legitimati, vt poſt doct. communiter in d. cap. naturales, probat Boër. deciſione 123. ſub numero 4. Clar. ſent. lib. 4. §. feudum. quæſt. 82. numero 4. alijque quos referunt Natt. d. conſilio 614. ſub numero 16. Roland. d. conſilio vlt. numero 11. & Hotoman. conſilio 10. lib. 1. ipſi tamen diſſentientes. commune probat etiam Soarez recept ſent. theſ. in litera L. numero 125. latè Schurpf d. conſil. 1. nume. 17. & 22. cum ſeqq. Decian. conſ. 5 numero 86. cum ſeqq. & ſub numero 116. Burſat. conſilio 10. numero 6. cum ſeqq. d. conſi. 17. numer. 3. d. conſilio 328. numero 2. Menoch. conſ. 174. numero 13. cum ſeqq. d. conſi. 227. numero 16. & d. præſ. 81. num. 9. Dec. d. conſi. 155. ſub num. 4. & d. c. cum in cunctis, num. (mihi) 27. Zoannet. & Gaill vbi ſupra, alios etiam huius æquiparationis effectus aſcribentes, vt & fusè Tiraq. de iur. primogen. q. 34. numero 54. qui & alij

alijs multis oſtendit, legitimationis hanc ſpeciem cæteris eſſe potentiorem. vt & Pariſ. conſil. 13. numero 36. cum ſequentib. libro 2. Burſat. d. conſilio 18. numeris 8. & 22. in fine, cum ſequ. accedit Oſalcus conſilio 61. numero 5. latiſſ. etiam de his VVeſenbech. conſ. 44. à numer. 38. vſque ad 48. & num. 80.

(b) COLORATA. latè Dec. conſilio 153. ſub num 2. Pariſ. conſilio 43. ſub numero 44. lib. 2. Cephal. conſilio 647. numero 18. cum ſeqq. Menoch. (declarando) conſilio 199. ſub numero 41. & conſilio 450. ſub numero 6. Et ſic matrimonium verum & putatiuum, quò ad effectum legitimationis comparari tradit, poſt Prępoſit. hic adductum, Cardin. Put. deciſione 77. numerò 8. declarans latiſſ. ibidem, & deciſ. 118 eodem lib. 2. reſpondítque Dec. vbi ſuprà, matrimonij quaſi poſſeſsionem proprietati æquiparari, natumque ex huiuſmodi matrimonio putatiuo cenſeri verè legitimum, aut (vt ex ſententia eius ſcribit Laurent. Auenion. deciſ. 70. ſub numero 10.) naturali & legitimo æquiparandum: etiam quò ad feudi ſucceſsionem (putà ſi monachus aut ſacerdos virginem ducens, aut monialis ſeu maritata alij nubens, filium procrearit) idque propter bonam fidem alterius tantùm ex coniugibus impedimentum ignorantis, per cap. 2. & inibi gloſſ. in verb. concepti. & cap. ex tenore, ibidemque gloſſ. in verb. legitimum. & Panorm. numeris 1. & 3 & ſeqq. qui fil. ſint legit. Marc. deciſione 583. in fin. lib. 1. Coraſ. ad l. qui liberos numero 27. ff. de rit. nupt. latè Couarr. de ſponſal. & matr. part. 2. c. 8. §. 1. numeris 2. & 3. Baro à Tautemberch poſt alios, in d. cap. naturales. Gaill. lib. 2. obſeruat. 48. numero 6. Cephal. conſilio 444. numeris 7. & 11. conſilio 503. numeris 12 19. cum ſeqq. & d. conſilio 647. numeris 1. 14. 46. & 48. Viui. iuſta deciſione 14. præſertim numero 3. exactiſſ. Vincent. deciſione 130. Menoch. conſilio 446. numero 22. conſilio 491. numero 6. & lib. 4. præſumpt 77 numeris 3. & 5. vbi poſt Dec. & Couarr. vbi ſupra, aliosque, probat hoc procedere etiam ad excluſionem ſubſtituti. quam veriorem & æquiorem opinionem dicit Gaill. lib. 2. obſeruat. 136. numero 9. belliſſ. ex præiudicio ſenatus ſui Laurent. d. deciſione 70. præſertim ſub numero 1. & numero 10. Ceph. d. conſilio 647. numero 29. & d. conſilio 364. numeris 1. & 46. vbi, hac in re differentiam conſtituit, in natis ex matrimonio putatiuo, & legitimatis per ſubſequens matrimonium; quos minus habere, deterioriſque conditionis eſſe, quàm ex matrimonio putatiuo natos, tradit ibidem etiam numero 35. & ſub numeris 53. & 59. poſt Socin Iun. conſilio 37. & 63. lib. 3. Sed & Caſſador. deciſ. 1. ſub numero 2. de ſponſal. poſt alios commemoratos, æquiparat putatiuum matrimonium vero: vt quemadmodum verum matrimonium efficit legitimam prolem prius in concubinatu conceptam, ita & ſubſequens idem operetur opinatum. aſſerens hanc communem opinionem, aut ſaltem in ea, ex interpretum varietate, pro matrimonio pronunciandum, prout in rota pronunciatum teſtatur. ſequiturque Menoch. lib. 4. præſump. 81. numer. 3. quanquam Couarr. in d. c. 8. § 2. ſub nume. 17. exiſtimet contrarium, in exacta diſputatione, facilius recipiendum fore. Quando autem in dote, & reliquis, matrimonia putatiua ſint inſtar veri matrimonij, vel gaudeant eius priuilegijs, tractat Coraſ in d. l. qui liberos, numero 27 in fin. cum num. ſeqq. Oſaſ. dec. 77. numero 22. cum ſeq. Gomeſ. ad l. 50. Taur. num. 77. Chaſſen. conſ. 49. extenſiſſ. Roder. Suares ad l 1. lib. 3 tit. de bon acquiſ. viri & vxor. numero 1. cum ſeqq. vſque ad 34. Tiraq. ad leg. connub. gl. 8. ex numer. 233. vſque ad 275. videatur etiam Sichard. in l qui contra, nume. 5. cum ſeqq. C. de inceſt. nupt. & Vincent. iuſta deciſione 52.

Medicus imperitus.

NOn adhibere medicum, & adhibere medicum imperitum, paria (a) ſunt. Imò iſtud quodammodo peius cenſendũ eſt. Medicus enim imperitus (vt eſt in vulgato prouerbio) plura gibboſa facit cœmiteria, quà humana ſaniet corpora. Pro-

ra. Probatur autem dicta paritas l. Quod ſi nolit, §. ſi mancipium, verſic. Culpam. Et ibi etiam ſi non adhibuerit medicum, vel ſi malum adhibuit. Et ibi Bald Ang. & amplè Cepoll. ff. de ædilit. edict. Tunc mors eſt vulnerato, (b) aut ei qui bonum medicum adhibere debuit, & non adhibuit, imputanda: quem textum Ang. ibidem & Alexand. in l. ſi ab hoſtibus. ff. ſolut. matrim. reputant optimum eſſe de corpore iuris. Et huic propoſito ſeruit, quod quemadmodum maritus priuatur (c) bonis vxoris ſuæ, propter remedium vxori ægrotanti nō adhibitum, ita etiam priuãdus eſt, ſi ipſi malum adhibuit medicum, ſicuti ſuſtinet D. Nicolaus Boer. prima parte aurearum ſuarum deciſionum, queſt. 313. nu. 23. & 24. Quin & quoque fundata ſunt in ratione, & in doctrina Apoſtolica. Nam ſi vt aſſerit Paul. ad Epheſ 5. Qui diligit vxorē, diligit & carnem ſuam, & nemo carnē ſuam vnquam odio habuit, ſed eã nutrit ac fouet, quomodo per contrarium non dicendus erit, vxorem odiſſe, ipſiuſque mortem ſtudio exoptaſſe, qui ipſi medicũ accerſiuit imperitum? cuius imperitia vxorem certius quàm toxico perdidit. Et per conſequēs, cur etiam ob hanc cauſam vxoris bonis non merito priuabitur? præſertim etiam cum Paul. 1. ad Tim. 5. eum fidem habere negauerit, & infideli deteriorem eum iudicauerit, qui ne domeſticorũ quidem ſuorum curam habuerit, multò magis qui impudenter, atq; adeò impiè vxoris ſuæ cũram debitam, & ſalutem optatam neglexerit. Quare ex his nunc manifeſtè & facilè colligitur, paria eſſe: nullum adhibere medicum aut chirurgũ, & quoſlibet adhibere medicos aut chirurgos indoctos & imperitos, quemadmodũ prolixius tractauimus, in noſtra prax. rerum criminal. c. 77. de Inuaſione, pag. 198. nu. 15. in poſtrema edit.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Fran. Marc. dec. 523. ſub nu. 7. lib. 1. Iaſ. in adducta l. ſi ab hoſtib. §. ſi vir. nu. 7. ſentitque ibidem Zaſ. ad fin. pulchrè Laur. Auen. dec. 21. nu. 1.

(b) VVLNERATO. Marſil. in praxi, §. & quia ſub nu. 20. Grammat. conſ. 49. num. 5. in crim. & latius voto 24. ſub nu. 12. Roy. 2. Lituan. dec. 1. nu. 70. Maſcār. de prob. concl. 1038. nu. 1. & ſeqq. & hoc, ſi conſtet, vulnus non eſſe mortale, aut dubium hoc ſit, prout diſtinguit eleganter Couarr. ad clem. 1. part. 2. § 3. ſub nu. 9. de homicid. Marc. vbi ſupra, Blanc. in praxi crim. §. pro cognitione, nu. 113. cum ſeqq ſentitque Caſtr. in d. §. ſi vir. ſub nu. 3. aliter atque ſi iudicio medicorum vulnus ſit mortiferum, vt apud eos, allegantes etiam Soci. conſ. 178. lib. 2. poſt quem aſſerit ibid. Blanc num. 97. (ſecundum omnes) id adeo verum eſſe, vt alia cauſa ſuperueniēs nō poſſit probari ad excuſationē mortiferè vulnerãtis, quin teneatur de homicidio. De his latè etiã Dec. conſ. 415. ſub n. 2. cũ ſeqq. & Maſcar. de prob. concl. 1077. nu. 11. 12. & 14.

(c) PRIVATVR. Bal. pleno conſ. 53 lib. 5. & in l. quod in vxorē, nu. 1. ibidemq; Sichard. nu. 2. C. de neg. geſt. Alex. pleno conſ. 123. lib. 7. Corn. conſ. 110. n. 13. conſ. 123. nu. 15. & 16. & conſ. 250. n. 16. lib. 1. Dec. conſ. 430. n. 3. Marſil. ſing. 524. Rip. tract. de peſt. par. 2. ti. de priuil. contract. cauſ. peſt. nu. 203. Boer. deciſ. 244. nu. 11. & ſeq. Roland. de luc. dot. q. 64. nu. 1. cum ſeqq. amplians & limitans ibidem etiam q. 70. nu. 1. & 8. vt & Maſcar. d. concl. 1038 nu. 5. cum ſeqq. Menoch. conſ. 256. nu. 6. Sfort. Odd. conſ. 52. nu. 7, & ex pra iudicio ſenatus ſui Viui copiosè etiam commune probans, dec. 127 num. 9. cum ſeqq. idemque dec. 365. nu. 7. poſt gl. in d. §. ſi vir, paria eſſe ſcribit, vxorem interimere, & ægrotantē derelinquere. latius Tiraq de pœn. temp. cauſ. 44. nu. 12. & 68. & de retract. proxi. §. 15. gl. 2. nu. 12. Voluitq; Sich. vbi ſupra. ſic & paria eſſe, occidere, vel infirmũ ſine medico relinquere, vt vtroq; modo dicatur hęres ingratus, decidit poſt Alex. vbi ſ. & conſ. 136. nu. 2. eod. lib. 7. alioſq; pulchre Laur. d. deciſ. 21. nu. 1.

Medicus, & Obſtetrix.

MEdicus obſtetrici æquiparatur. (a) vti habetur in folio 44. poſt numerum 40. in lib. 6. tractatuum D. Andreæ Barbatiæ, in ſuo tractatu de preſtantia Caidinalium, vt inquit textus in, l. 3. Cod. Communia de lega. Quia ſicut obſtetrix tenetur de imperitia, ita & medicus, vt dicit textus in l. Item ſi obſtetrix. ff. ad l Aquil. Et medicus (b) agit (c) pro ſalario, (d) eodem modo quo agit obſtetrix, ſecundum Speculato. in tit. de magiſtris. Et ſicut medico credendum (e) eſt, de pertinentibus ad medicinam, ſecundum eundem Speculator. in titul. de probat. §. 3. verſicu. hoc quoque, ita & obſtetricibus (f) in peritia obſtetricatoria credendum eſt. vti habetur in cap. Cauſam. de probat. Et ſicut ſi medicus iniquè iudicet, vel referat, poteſt ab eius relatione appellari, & eius iudicium poteſt corrigi, teſtibus Angelo, Imola Bartol. & alijs, ad l. Si ab arbitrio. ff. Qui ſatiſdar. cogant. Imò ſicut poteſt ſententia medici ab ipſius relatione lata retractari, (g) ſi cõtrarium appareat, tanquam lata ex falſis atteſtationibus, vti teſtatur Angel. in l. quod ſi nolit. §. ſi Mancipium, in fine. ff. de ædilit. edic. ita quoque dicendum eſt de relatione & iudicio obſtetricum, quarum manus, & oculus ſæpe falluntur d. cap. Cauſam. Ita tenet etiam D. Ioannes de terra rubea contra rebelles ſuorum regum. In gloſſa, ſuper verbo officia, Folio. 108.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARATVR. Maſcard. (poſt auctorem hic) de prob. concl. 1125. Ioann. Montan. de auctoritat. magni conſil. ſub numero 150. Boër. deciſ. 222. numero 11. inferens ſtatum medici non reputari dignitatem; niſi in medico principis, in aula imperatoria, quum is comiti æquiparetur l. 1. C. de comit. & archiatr. lib. 12. qua de re apud eum & Mont. latius.

(b) MEDICVS. Late Marc. deciſione 522. numero 5. & ſeqq lib. 1. Clar. ſent. lib. 5. §. homicidium, numero 17. poſt Chaſſen, pleno conſilio 48. pulchrè Hartman. lib. 2. miſcel. cap. 1. obſeruat. 19. exactè Menoch. de arbit. iud. caſu 581. lib. 2.

(c) AGIT. Non tamen ante exigit, quàm ſanitas infirmo reſtituatur, vt commune probat Soarez recept. ſentent. theſ. in lit. M. numero 122. addens nec ex vlla conuentione, durante ægritudine, cum infirmo inita, agere poſſe. idemque Burſat. conſilio 72. ſub numero 11.

(d) PRO SALARIO. Quanquam autem medicos, doctoribus legentibus æquiparari; ac proinde ijs etiam ſalarium, non propter laborem, ſed probitatem ſcientiæ deberi, reſponderit Cephal. conſilio 70. cum ſeq. ex ſententia Bald. in l. ædem. ſub numero 8. C. locat. & Rip. de priuil contr. cauſa peſtis (mihi) ſub numero 113. rectius tamen ob laborem ijs ſalarium deberi ſcribit Capyc. deciſ. 27. ſub numero 21. ſecundum ea quæ hic traduntur.

(e) CREDENDVM cap. propóſuiſti. vbi Panorm ſub numero 3. & ſeqq. Felin. numero 5. in fin. cum ſeqq. de pobat. Iaſ. in 2. lectur. l. admonendi numero 237. ff. de iureiur. Roland. conſilio 30. numero 26. cum ſeq. lib. 3. Menoch. conſilio 311. numero 16 & conſilio 351. numero 34. Laurent. Auenion. deciſione 30. ſub numero 7. Viuius deciſ. 487. num. 3. & qui hic nuncupatim auctorem noſtrum laudat Maſcard. de probat. concl. 1037. numero 2. & conclu. 1169. num. 2. multis corollarijs illuſtrans, amplians, limitans & ſublimitans.

(f) OBSTETRICIBVS. latiſſ. Maſcard. d. concl. 1125. numero 1. & conclu. 1088. poſt Pariſ. conſilio 56. numero 11. cum ſeqq. & ſub numero 22 lib. 2. quem ſequitur & Clar. §. teſtamentum quæſt. 45. ad fin. Sfort. Odd. conſilio 28. numero 67. lib. 1.

(g) Re-

(g) RETRACTARI. Maſil.in l.vnic numero 145. C.de rapt.virg.& in praxi §. ordine numero 3. Iaſ.in d.l.admonendi. in 1.lectur.ſub numero 46. & in 2.lectur. numero 39. cum ſeq.Marant.de ordin.iudic. 3.& vltim.part.6.part. actu.1.numero 131.& actu 2.ſub numero 103. Cephal.conſilio 570.numero 3.Menoch.(pulchrè diſtinguens) conſilio 849.numero 2.cum ſeqq.accuratè Lepid.Luc.deciſione 38.verſ.quod autem.cum ſeqq.Pelin. in d.c. propoſuiſti numero 10.ibidemque Dec.commune atteſtatur numero 42.cum ſeqq.licet ipſe contrarium concludat poſt Panorm.ibidem.numero 11.Alexand.conſilio 148. numero 7.& inibi apoſt.lib.2.alijque quos refert Maſcard.d.concl.1037.numero 40.ex numero 39.vſque ad 41. latiſſ.etiam hac de re differens; vti & in d. concluſ. 1125.numero 11. & Pinel. ad l. 2. part. 3.cap.vltim. numero 6. C. de reſcind. vend. quem ſequitur & Soarez recept. ſentent. theſ in lit. S.numero 43. cum ſeq.

Merces.

MErcedes magiſtrorum æquiparantur expenſis alimentorum. l.1.C.de infant. expoſ.& ibi Bald.& l Qui filium. ff. Vbi pupill. educ. debe. Nam ſicut id quòd ſub alimentorum titulo alicui impenſum eſt, reddi, atque reſolui debet, ſic & id quòd doctrinæ cauſa, vel fortè quòd artificij diſcendi gratia iuſtè inſumptum fuit omnino reſtituendum, & refundendum erit. Et vt dicit textus, in d.l. Qui filiũ, vbi Sempronius conſtitutus tutor cuiuſdam pupillę, fratrem eiuſdem puellæ, & hęredem paternum per magiſtratũ compulit ad ſoluendum ſumptus, alimenta, & mercedes præceptorum, vt eadem Pupilla liberalibus artibus inſtrueretur. Quod autē mulieres poſſint addiſcere grammaticam, id defenditur per eandē l. Qui filium, & per gloſſam ibidem, in verbo, Inſtruxerit.

Merx.

MErces non eſſe aduectas in portum aliquem, & merces eſſe aduectas, ſed vi tempeſtatis aduerſæ, in iure paria ſunt. l. Cæſar, l. Interdum. §. Serui, & §. Si propter. ff. de publica. & vectigalib. Adde. l. Penultimam. §. final. & ibi Bartol.ff.locati. Merces enim vi tempeſtatis, aut perſecutione pyratarum in portum adactæ eam libertatem meritò obtinent, ac ſi in eum non fuiſſent aduectæ, nempe ad hoc vt vel cadant in commiſſum, (a) ſeu in confiſcationē, vel vt obligentur ad teloneorum, vectigalium, (b) tributorũ, aut ſimilium onerũ exolutionem. Quia ſicut non aduectæ merces, aut ſicut is qui non aduehit merces, non dicitur edicto prohibitorio contrauenire, ita nec is qui vi tempeſtatis eas in portum aduehit. Sed in hoc caſu legitimè conſtare debet, quòd nec dolus, nec fraus vlla ſubſit, quin eæ merces ad alium portum deſtinatæ fuerint, & quòd vi tempeſtatis ad euadendum naufragij certum periculum, talem portum eligere debuerint. Sunt tamen nonnulli noſtri temporis, qui aiunt hanc cauſam in vtramque partem eſſe diſputabilem. Inter quos ſunt aliqui qui ſuſtinent, vt ſupra. Alij mordicus contrarium tuentur, ſicuti abundè diſputatum fuit in Conſilio priuato quòd habitum fuit in cauſa Antuerpienſium, (c) & Middelburgenſium in Zelandia. Sed in his omnibus & ſimilibus, circunſtantiæ rerum ad veritatis ſententiam certam aperiunt viam. Verum an confiſcatio habeat locum in rebus quæ nondum ad locum prohibitum peruenerunt, (d) vide 1 volumine tractatuum, folio 116. poſt nume. 12. quòd Iuris Oceanus intitulatur.

Digitized by Google

ANNOTATIO.

(a) Commissum. Bald conſilio 198. numero 5. lib. 2. pulchrè Suares conſilio 18. numero 2. Strach. de mercat. part. 4. ſub numero 49.

(b) Vectigalium. latè Felin. in c. 2. ſub nu 22. de conſtit. Marſil. in l. 1. §. prætereà ſub num. 16. cum ſeqq. ff. de quæſt. Rebuff. ad l. portus, verſ. 4. portus ff. de verb. ſignif. Ripa de peſt. tit. de priuil. contract. priuil. 11. numero 158. cum ſeqq. Strach de nauib. part. 2 nu. 26. Royz. Lituan. deciſ. 3, numero 183. cum ſeqq. Peck. de iur. ſiſtend. ca. 5. ſub numero 17. Rolan. conſilio 45. nu. 74. lib. 1. & conſilio 60. nu. 13. cum ſeq. lib. 2. Marc. deciſ. 424. & dec. 685. nu. 10. cum ſeqq. lib. 2. in nouis addens etiam, huiuſmodi naues ruptas non rectè applicari alicui domino aut regi, nec valere contrariam obſeruantiam, iuxta auth. nauigia C. de furt. & ſcribit Rebuff. in proœm. conſt. reg. gloſſ. 5. ſub num. 74. licet d. auth. de conſuetudine generali, non ſeruetur; tamen dominos huiuſmodi bona rapientes, in foro conſcientiæ non eſſe tutos. idemque ſentit Luc. de Penn. in l. 1. C. de nauf. lib. 11.

(c) Causa Antverpiensium. In hac cauſa, extant, in materia reuiſionis, aduerſus ſententiam in ſenatu Mechlin. pro Antuerpienſib. latam, pariterque aduerſus ea quę hic tractantur, duo iuris reſponſa, apud Elbert. Leonin. conſ. 7. præſertim numero 11. & conſ. 8.

(d) Pervenervnt. Suares d. conſ. 18. ſub nu. 6. latiſſ. Boër. deciſ. 178. nu. 29. cum ſeqq. poſt doct. in l. ſi fugitiui, vbi Cepoll. in 6. q. num. 65. cum ſeqq. & Dec. nu. 43. cum ſeqq. C. de ſer. fugit. alioſque alibi, & poſt Alex. conſ. 194. ſub numero 3. & numero 5. lib. 6. Lepid. Luc. deciſione 37. verſus fin.

Meum eſſe.

Hoc meum (a) *eſt, & hoc mihi debetur, paria ſunt*. quo ad hoc ne fiat fraus legi, quia ſi aliquid in re mea non poſſem, quod tamen poſſem in re mihi debita, iam fieret fraus legi, de perſona ad perſonam, l. Fraus, & ibi gloſſa. ff. de legib. Huius meminit D. Vdalric. Zaſ. in l. Si minor. ff. de verbor. obligat. num. 4. Ex quo ibidem notat: Quod ſicut vaſallus non poteſt alienare feudum ſuum, ita non poſſet ſtipulari ab alio, qui alienaret feudum ipſi debitum, quòd nondum attigerat. Alienationis enim omnis authoritas ab ipſo vaſallo (cuius eſt feudum) prouenire debet. Exempli gratia. Sint duo fratres habentes commune feudum, ſic vt vnus ex his fratribus non poſſet tale feudum alienare, tunc is idem frater non poterit ſtipulari ab alio fratre, vt ius ipſi debitum alienaret. Nam hic concurrit regula vulgaris, quamuis perplexa. Quod per me non poſſum, id nec poſſum per alium, quam regulam latè tractat gloſſa in l. 2. §. 1. ff. de adminiſtrat. rer. ad ciuitat. pertinent. Et Barto. in l. Ariſtot. ff. Quæ res obliga. poſſunt. Habetur porro his conformis doctrina vulgaris, & tritiſsima in iure canonico. Is qui non habet poteſtatem diſpenſandi, is etiam non poterit, alteri dare poteſtatem diſpenſandi, textus in c. 1. §. finali, de tempor. ord. libro 6.

ANNOTATIO.

(a) Mevm. Petr. Stella, ad l. repetitio, verſ. confirmatur. cum ſeqq. ff. de cond. ind. & in apologia ſua aduerſus Zaſ. verſ. & quamuis, cũ ſeqq. enumeràs ſeptẽ iuris articulos, in quibus differant ea quæ noſtra ſunt, & nobis debita; extenſ. probat, quòd licet pronomina, iſta, meũ, tuum, ſuum (quę, poſt Bart. in l. Quintus §. argento nu. 3. in fin. ff. de aur. & arg. leg alioſque, à pari procedere ait; vti & Rebuff. in l. meorum, in prin. ff. de verb ſigni.) denotent dominiũ, vt & Zaſ. conſ. 14. nu. 62. lib. 1. VVeſenb. conſ. 2. nu. 76. Rebuff. d. l. meorum, verſ. ſi vero. Menoch.

Digitized by Google

noch.conſ 129.nu.7.24.cum ſeq.& conſ.576.ſub nu.15.& 22.declarans latiſſ. aliquando tamē accipiantur pro debito,ſed largè & impropriè,id quod voluit & Rom. conſ. 201. n.3.& ibi apoſt. Dec.conſ 309.nu.7.& in l.qui actionem in princ.& ſub nu.6.cum ſeq.ff.de reg. iur. & in l.ſi tibi pecuniam nu.4.ibidéque Zaſ nu.11.ff.ſi cert.pet.Reb.in d.l.meorū,verſ 4.perdit.

Meretrix.

M*Eretrix & Lena æquiparantur in iure.* Vide prolixius ſupra. Lena.

Metus tormentorum.

E*X metu tormentorum confeſſa, aut geſta.* Vide ſupra ſub titulo, Confeſſio in tormentis, & infra ſub titulo, Minari.

Miles.

M*iles armatæ militiæ, & miles cœleſtis militiæ (qualis eſt ſacerdos) & quiuis alius Eccleſiæ miniſter, æquiparantur.* (a) Vel ſic. *Miles ciuilis militiæ, & miles Chriſtianæ militiæ aſſimilantur.* Nam ita P.M.in c.degradatio, de pœnis lib.6. interpretatur. Omnia enim priuilegia conceſſa in iure militibus armatæ militiæ (ex quibus multa recitantur per Bartol.in l. Neque. ff. de milita. teſtament.& per Bald. in l. Miles. C.eod.titulo, & per D. Alexand. ab Imol. in l. Centurio,in 2.3.4. columnis. ff. de vulgar. & Pupil.ſubſtit.) eadem etiam priuilegia competunt militibus cœleſtis militiæ,cui omnes clerici,ac Eccleſiæ miniſtri addicti ſunt. iuxta d. cap.Degradatio. Neque ea priuilegia ſolummodo cōpetunt clericis,aut ſacerdotibus, ſed etiā militibus togatæ militiæ,& iuſtitię,quales ſunt Doctores (b) & Aduocati. (c) Togata enim militia adſcribitur Aduocatis,l.Aduocati.C.de Aduoca.diuerſ. iudic. Militant enim (inquiunt Impe.) cauſarum patroni.qui glorioſæ vocis confiſi munimine,laborantium ſpem,vitam, & poſteros defendunt, ſicuti de his etiam latius memini ſupra ſub titulo: Aduocatus. Et idem gloſſa ordinaria notabiliter notat. in l.Miles, & ibi Bartol. Angel. & Doctores.ff.de re iudicat.Et idem probatur in,l.Sacroſanctæ,& in Authentica. Presbyteros.C.de Epiſcop. & cleri. Et in d.l. Aduocati, ibi: Militant nanque cauſarum patroni. &c. Et d.cap. Degradatio,& gloſſa in l.Milites. Cod. Locati. Hi enim vſque adeo in priuilegijs & natura ſunt pares, vt gloſſ. & Doctor. in prællegata l. Miles, omnes ſcript. reliquerint. Quod omnia priuilegia prioribus illis militibus indulta, etiam clericis, & togatæ (d) militiæ militibus cōpetere debeant,vti prædiximus. Quocirca ſicut armati milites eatenus ad ſoluendum cogendi ſunt, quatenus ſatisfacere poſſunt, deducto ne egeant d. l. Miles. ff. de re iudicat. ita nec alij (e) dicti milites vltra facultates ad ſolutionem vrgendi ſunt, quum nulla diſparitatis ratio in ijs omnibus appareat. Item vt concubina militis ex teſtamento ipſius nihil capere poteſt l. Miles ita. §. Mulier. ff de militar. teſtament. Et l. Mulier. ff. de his quibus vt indign. Sic quoque & irritum eſt legatum, quòd clericus (f) concubinæ reliquerit, l. Claudius. ff. eodem titulo. Item non magis valet donatio à ſacerdote concubinæ facta, quam à milite (g) laico, quæ ipſo iure nulla eſt, l. 2. Cod. de donat. inter

inter virum & vxorem. Item ſicut militem armatum non oportet vagari, neque ocioſum eſſe, alioqui nulla habet priuilegia, ſed explodendus & exauthorandus eſt, ita clerici bonarum literarum ignari, neque Chriſtum prædicantes, neque docentes, ſed qui vagabundi aut ocioſi ſunt, hi Eccleſiæ beneficijs prorſus indigni ſunt. Item quemadmodum milites ſtrenui eſſe debent, ac mortem obire pro patria, ſic clerici nullis planè delicijs, à prędicando Dei verbo poſſunt ſine infamia diſtrahi. Atque huiuſmodi à ſimili argumentationes neceſſario concludunt. Quod autem Eccleſiæ Doctores appellantur milites, apertè conuincit ipſe D. Paulus 2. ad Timotheum, vt militem eſſe cupit; Labora inquit ſicut bonus miles Chriſti Ieſu. Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus, vt ei placeat, cui ſe probauit. Hinc & mater Eccleſia omnes verbi Dei prædicatores, qui pro fide ad mortem vſque decertant, eamque libenter (ſi lucrum fidei id poſtulet) oppetunt, milites Chriſti vocat, quorum curam non minorem habet Chiſtus, quàm Reges terreni ſuorum militum curam habent. Sed fuſius ſuper hac militum ſimilitudine ac æquiparatione, ſi quid deſideratur, petere licet ex Panormit. in cap. 1. de cleric. ægrot. Et ex Felin. in cap. Cum ex officij, circa exordium. De præſcript. Atque ex D. Nicolao Euerardi à Middelburgo, in ſuo lib. Topicorum, loco à milite armatæ militiæ ad militem cœleſtis militiæ, nec non ex D. Claudio Cantiuncula, in ſuis Topicis, loco à milite ciuilis militiæ, ad militem Chriſtianæ militiæ. Et ex D. Ioanne Oldendorpio in ſuo lib. de copia verbor. & rerum in iure ciuili. &c. loco, Ab armata militia, ad cæleſtem & togatam militiam. Et ſupra, ſub titulo, Aduocatus.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARANTVR. Crauetta conſilio 229. in principio, copioſè Rolandus conſilio 98. ſub numero 3. libro 1. vbi numero 40. limitat, data rationis diſparitate, vt & Feli. in c. querelam, ſub num. 3. de iureiur.

(b) DOCTORES. Chaſſen. ad conſuet. Burgund. titu. *des iuſtices* §. 4. in verb. *nouuelle cheuallerie*. numero 6. Royz. Lituan. dec. 4. ſub numero 418. Menoch. conſilio 345. numer. 27. Sfort. Odd. tract. reſt. in integ. parte 1. q. 7 art. 14. ſub numero 126. Imo Doctores, magis quàm Eccleſiam, eſſe priuilegiatos, comprobat latè Natta conſilio 66. ſub numero 15. cum ſeqq. & Doctorum priuilegia decem enumerat Aretin. in §. item Romæ, verſus fin. inſtit. de excuſ. tutor. poſt Anchar. in clement. 2. vbi & Card. Imol. & alij. de magiſtr. & aliqua etiam tradit Marc. dec. 650. & dec. 683. libro 1. plurima autem Barbat. in proœm. clem. & Gomeſ. ad l. vlt. Tauri, num. 16. cum ſeqq.

(c) ADVOCATI. Aduocatum etiam æquiparari ferè ſacerdoti confeſsionem audienti, qui eam propalare non debet, ſcribit, poſt Spec. tit. de aduocat. §. nunc tractemus. & Decian. conſ. 93. numero 211. libro 2. Viui. dec. 123. ſub nu. 24. Imo (inquit) aduocatus reuelans aduerſario iura ſui clientis, punitur pœna falſi. idemque tradit Boſſ. tract. crim. tit de carcera. fideiuſſ. comm. ſub numero 30. latè Marc. deciſione 638. libro 1. & poſt Alciat. Rebuff. in l. præuaricatores, verſic. aduocatus tamen ff. de verborum ſignific. Menoch. de arbitr. iudi. caſu 537. numero 25.

(d) TOGATÆ. Copioſe Grammat. voto 1. numero 8. Suarès in l. 2. titul. de ceſsione bonor. foro ll. lib. 3. q. 5. ſub numero 13. ſentitque Magon. Luc. deç. 24. numero 8. ſed hic reclamat Zaſ. in adducta l. miles. verſ. quid autem de aduocatis, & in tract. de ſubſtitut. cap. 5. in

3. mem-

5. membro, verſ. quid autem de aduocatis, vbi tamen, poſt Polit. & alios quoſdam, rectius tenere videtur, aduocatos, ex priuilegio militum, teſtari non poſſe.

(e) ITA NEC ALII. Dec. in c. epiſcopus. numero 3. de præbend. Suares in d. l. 2. d. q. 5. numero 12 Couarr. var. reſol. lib. 2 c. 1 numero 4. addens etiam, eum, qui habet priuilegiū ne conueniatur vltra quàm facere poſſit, non poſſe in carcerem mitti, idemque Vincen. deciſ. 164. numero 2. dec, 221. numero 1. & deciſ. 366. numero 12. in fin. Suares d. q. 5. numero 5, ſic latius ibidem d. numero 13. in fine, cum ſeq. probans, doctorem vel aduocatum non poſſe pro debito carcerari. idemque Matheſil. (ad ſtatuta, etiam cum clauſula priuilegiorum derogatoria, extendens) ſingul. 59. Peck. de iure ſiſtend. c. 5. ſub numero 9. Natta conſilio 65. ſub nu. 1. Ludouic. Luc. iuſta dec. 6. Menoch. de arbitr. iudic. libro 2, q. 88. num. 7. & num. ſeqq. idem in clerico & milite docens.

(f) CLERICVS. Angel. conſilio 171. ſub numero 1. Deciſ. Tholoſ. 141. Guid. Pap. conſilio 115. ſub numero 1. Hartmann. libro 2. titul. 43. obſeruation. 8. Cephalus conſilio 523. ſub numero 130.

(g) MILITE. Late Bald. conſil. 262. numero 1. libro 1. copioſe Burſat. conſ 205. nu. 20. idemque in ſacerdote reſpondit, poſt Dec. conſ. 132. alioſque, Crauetta d. conſilio 229. nu. 3. Roland. d. conſ 98. numero 3. cum ſeqq. Couarr. in relect. c. peccatum, parte 2. §. 2, numer. 2. de reg. iur. in 6. idemque in doctore aut aduocato, Chaſſen. vbi ſupra num. 7. Gomeſ. ad l. 50. Taur. ſub numero 68. Hartman. d. obſeru. 8. ſub initio, Suares d. q. 5. ſub numero 12. Marc. q. 127. numero 2. libro 2. in nouis. & in licentiato Roland. conſilio 11. numero 20. lib. 2. fallit ſi aliunde, quàm donantis confeſsione, probetur ob bene merita facta donatio, vt poſt Anchar. conſilio 247. Coraſ. ad l. frater à fratre §. quæſitum numero 50. ff. de condi. indeb. latè Sichard. in authent. ex teſtamento, ſub numero 16. C. de collat. Hartm. vbi ſupra, Afflict. deciſ. 102. Capyc. deciſione 102. ſub numero 2. Crauet. d. conſilio 229. ſub numero 3. conſilio 175. ſub numero 4. & de antiquit. tempor. part. 1. particul. incipient, propoſitum noſtrum. numero 65. cum ſeq. Cephal. d. conſilio 523. numero 135. & commune probat poſt Soarez recept. ſent. theſ. in lit. D. numero 190. Burſat. d. conſilio 205. ſub numero 21. latiſſ. Roland. d. conſilio 98. ex numero 44. limitat etiam Marc. & Hartman. qui ſupra, poſt Roman. conſilio 43. ſub numero 5 ſi iuramentum interceſſerit, verùm diſſentiunt Mandoſ. ibidem ad Roma. & poſt Capyc. vbi ſupra, alioſque, pleniſſ. Crauet. d. conſilio 229. ſub numero 3. cum ſeqq. & Roland. d. conſilio 98 ſub numero 10. cum ſeqq. Burſat. d. conſilio 205. uumero 23, limitat item Guid. vbi ſupra, quando tempore mortis & legati, deſierat eſſe concubina. id quod comprobat latè Cephal. d. conſilio 523. numero 129. cum ſeqq.

Militaria arma.

Rma militaria diuendere, par eſt cum delicto militari. vide ſupra. Delictum.

Minor.

Minor æquiparatur (a) *Pupillo, quando habet curatorem.* l. Si curatorem habens. Cod. de in integr. reſtitut. minor. qui textus eſt notabilis, & l. Cum & minores. Cod. Si aduerſ. rem iudicat, vbi de hoc eſt textus D. Vdalric. Zaſ. in l. Contra pupillum, numero 5. ff. de re iudicat. quem lector ibidem conſulere poterit. De hac æquiparatione alio loco explicatius dicendum erit, hoc in præſentia dixiſſe ſufficiat. Vide infra, Pupillus.

ANNOT.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARATVR. Latè poſt Iaſonem in l. neque tutores, numero 3. C. de procurat. & in l. quæ de legato, numero 38. ff. de legatis 1. Gaill libro 2. obſer. 96. numero 7. latiſſ. Schurpf conſ. 14. nu. 1. 2. & 3. cent. 3. Ant. Gomeſ. ad l. 3. Taur. ſub nu. 5.

Minari.

Minari (a) alicui eadem ſtricto gladio, & ferire aliquem ſtricto gladio, paria ſunt, aut certè admodum affinia. l. 1. §. Diuus. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. l. 3. ff. ex quibus cauſ. maio. & l. Metum. ff. de his quę vi met. cauſ. geſt. ſunt. Et ad hunc modum, lex confeſsionem in ipſis tormentis extortam æquiparat. cum confeſsione per tormentorum metum facta, vt docet Bartol. in l. 1. §. Diuus Seuerus. ff. de quæſtionibus. De qua confeſsione copioſius memini in mea Praxi rerum criminalium recognita. De proceſſuum viſitatione & examine. c. 54. fol. 115. nu. 19. 20. &c. Vide etiam hoc libro ſupra. Confeſsio in tormentis.

ANNOTAT.

(a) MINARI. Huc vergit, quod poſt Angel. in adducta l. metum. reſpondit Grammat. conſilio 13. numero 25. in crim. paria eſſe aliquid fieri per metum, vel per probabilem ſuſpitionem metus idemque poſt Aretin. conſilio 14 ſub numero 18. alioſque, Viui. deciſione 34. ſub numero 7. accedunt, quæ tradunt idem Grammat. conſilio 29. numero 3. conſilio 51. præſertim numero 17. cum ſeq. conſilio 56. numero 3. in crim. deciſione 5. numero 5. cum ſeqq. & voto 10. numero 2. cum ſeqq. Et paria eſſe, vi aliquid fieri, vel fieri poſſe, voluit Crauetta conſilio 697. numero 3. Adeò, vt quando quis minatur alicui ſtricto gladio, ſi percutitur, dicatur percuſſus ad defenſionem; quia comminando dicatur præparare ſe ad offenſam, vt poſt Angel. in l. quemadmodum, in principio, ff. de inoff. teſtamen. probat Burſat. conſilio 271. ſub numero 6. vbi hac de re latius, poſt Clar. ſentent. libro 5. §. homicidium, numero 33. alioſque, latiſſ. etiam Maſcardus (commune probans, & opiniones concilians) de prob. conclu. 1126. ex numero 9. vſque ad 24. poſt Iaſ. in l. vt vim, numero 9. ff. de iuſtit. & iur. & poſt Alex. conſilio 209. numero 2. libro 1. alioſque. neque enim tenetur quis expectare vt prius offendatur, vt apud eos, & Grammat. vbique vbi ſupra. Maſcardus de probat. concl. 489. numero 3. & voluit Natta conſilio 50. numero 16. & conſilio 106. ſub numero 11. Suares conſilio 23. numero 4. Sic in vniuerſum, timorem tormentorum, mortis, amiſsionis bonorum, ſemper comparari ipſi morti, tormentis & amiſsioni, tradit Sichardus in l. 2. numero 5. Cod. de tranſact. plura etiam ſimilia huiuſmodi congerens, poſt Iaſ. & Dec. ibidem; docentes itidem, timorem belli idem operari quod ipſum bellum; vt & idem Dec. conſilio 312. in princ. & conſilio 555. numero 9. Rip. de peſt. tit. de priuileg. contr. numero 133. cum ſeqq. Boer. deciſ. 178. ſub numero 13. & deciſione 249. numero 6. cum ſeqq. Natta d. conſilio 109. numero 17. & conſilio 610. numero 11. Laur. Auen. deciſione 20. ſub numero 17. de quibus & ſimilibus etiam latiſſ. Marſil. ad l. 1. ſub numero 25. ff. de quæſt. & in praxi, §. expedita, numero 4. Surd. deciſione 183. numero 2. Declarat autem Sichardus in d. l. 2. ſub numero 5. tum demum procedere, ſi timoris illius, in præſentia, vrgentes ſint coniecturę: id quod latius ibidem explicat Dec. ſub numero 3. Sed & blanditias potentum ęquiparari minis, ſcriptum reliquit Leoninus conſilio 20. ſub numero 5. per gloſſ. l. vnicæ, in verb. pignora, C. ſi rect. prouinc. cum ſimil. idemque Maſcardus de prob. concluſione 193. numero 2. & concl. 1257. ad fin. latè etiam hac de re Iaſon in §. quadrupli, ſub numero 58. inſtit. de action. & in l. 3. ſub numero 1. C. de tranſact. & conſilio 133. num. 8. lib. 4.

Dec.

Dec.conſ.219.ſub num.1.cum ſeq.ibidemq́ue apoſtill. Gabr.recept.ſent.libro 2. ſub titul.de iureiur.reg.1. VV embech.conſ.45.ſub nu.11. Decian.tract.crim.lib.8.c.7. ſub nu.7.& c. 26.ſub nu.17.& lib.7.c.49.ſub nu.16.Oſaſ.conſ.12.nu.85.& conſ.77.ſub num.4.Surd.deciſ. 326.numero 68. Viui.dec.394.nu.14.aſſerens mitiori pœna citra mortem puniendum, qui precibus principis homicidium commiſiſſet; allegans etiam Tiraq. de pœn. temper.cauſ.35. qui ibidem numero 9.dicit, pleroſque intelligere, preces inducere iuſtum metum, in eo tantum ſuperiore, qui ſolet ſæuire in ſubditos,non etiam in cæteris,idq́ue voluit poſt Alex.conſ. 26.ſub nu.9.lib.3. Gramm.conſ.95.nu.19.in ciuil.late Maſcar.d.concl.193.num.6. cum ſeqq. Gaill lib.2.obſer.93.num.20.cum ſeq.& poſt Boer.conſilio 20.numero 13.alioſq́ue, Burſat. conſ.72.numero 37.Menoch.libro 3.præſumpt.126.numero 13.Idemq́ue de arbitr.iudic.libr. 2.caſu 461.numero 9.cum ſeqq.dum Dec.in l.vinum,ſub num.13.ff.ſi cert.pet.traderet,idem eſſe rogare & mandare,l.1.§.1.ff.mand. & ſecundum ſubiectam materiam inducere præceptum.cap.rogo.11.quæſt.3.rectius hac in re diſtinguit,vt ſi prolata ſint verba hæc ab eo qui iubere non poteſt,præcatiua ſint; ſi verò ab eo qui poteſt iubere,imperatiua, per d.§.1 vt apud eum latius.

Miſsio annuli, Matrimonium.

M*iſsio annuli & Matrimonium ſimbolizant.* facit quod voluit Hypp.de Marſ.in ſuis ſingular.folio.12. (a) pacientiā cum taciturnitate cōſenſum importare, qui allegat. Bal.& Ang.in l.ſi fili. C.de petit hæred. & in l. Qui in aliena. §.Sed & ſi non adierit. de acquir.hæred. cū multis concordātijs. Huc accedāt quę eleganter ſenſit Matthæ. Matheſila. in ſuis ſingularibus, not.22. qui mirabilem modum extorquendi confeſsionem vel conſenſum docuit, vt ibidem latius ſcripſit: volens inter alia, quod qui ſimpliciter literas accepit, non proteſtando aliquid in oppoſitum, quòd is videtur fateri, & in contractum aſſentiri: (b) allegat. l ſi filiusfamiliās 2.ff.ad Macedo S.C.Clement.1.de procurat.Bart.in l.Quo enim §.1.ff.Rem rat.hab.cum multis concordant. Cum alter annulum matrimonialē tacens acceperit, iure exigente etiā matrimonium recognouiſſe videtur, quę certè eſt nō modica pręſumptio, (c) cum miſſio annuli ſignū (d) eſſe ſoleat deſponſatoriū, & hæc præſumptio iuri conſonat. Qui enim ſignum acceptat, etiam ſignatū (e) amplectitur, argumēto, l.ſtigmata. C. de fabricen.lib.11. l. Sed ſi accepto. ff. de iure fiſci. Baldus, in titul. Quid ſit inueſtitura. 3 column. verſic Quæſiuit Oldr. Et in habentibus ſimbolum facilior eſt tranſitus. (f) Bald. in titul. Qual. feud. alie. poter. §. Si vero, & Ang. in conſilijs, conſil. 68 qui dicit, in habentibus ſimilitudinem, facilem eſſe dationem conſequentiæ, huius meminit D. Vdalric. Zaſ. in ſuis conſilijs ſecundi libri. conſilio 2. numeris 67.68.69.70.

ANNOTAT.

(a) Fol.12. Eſt ſingul.77. idemq́ue Marſil.ſingul.330. Dec.conſ.409.numero 6.poſt Alex.in l.2.§ voluntatem, ſub nu.3.verſ. hoc tamen, ff.ſolut.matr. Natta conſ.321.numero 2. Cephal.conſ.148.nu.1.& ſeqq.& conſ.756.(incip.dubium non eſt)numero 15.cum ſequen. late Soarez recept. ſentent. theſaur.in litera S. numero 7.cum ſequent. Maſcard.de probat. concluſ.1253. Atque adeo annuli geſtatio, ita demum contracti matrimonij coniecturam facit, quando mulier deferebat viro ſciente & patiente, qui ſecum habitabat, vt poſt Alexand. conſilio 150.numero 19 libro 5.alioſque reſpondit Menochius conſilio 199. ſub numero 52. & de præſumpt.libro 3.pręſumpt.1,numero.96.poſt Gramm.conſ.26.num.13.in fin.in crim.

Cephal.conſilio 435.numero 62.& poſt alios etiam Maſcard. de probat. concluſione 1023. numero 4.

(b) Assentiri. Angel.conſilio 269.ad fin. latè Iaſ. in l.emptor §.Lucius.numero 5. ff.de pact. Aret.in § 1.inſtit.quod cum eo. & in §.item ſi,numero 18.inſtit.de act. Felin. in proœm.decret. ſub numero 20. Marſil.ſing. 344. Alexand.conſilio 78.numero 1. ibidemque apoſtill.lib.1. Euerard.conſilio 231.numero 11.verſ.eadem ratione. Boër. deciſione 221. numero 14. Zaſ.conſilio 14.ſub numero 75.lib.1. Alciat.de duello.ſub numero 6. verſ. verùm nec illud.& in l.deteſtatio, ſub numero 50.cum ſeqq. de verb. ſignific. Mudæ. inter conſilia. Cantiunc.conſilio 8.numero 11. Schurpf conſilio 99.verſ.ex quibus, cent.2. VVeſenb. conſilio 35.numero 14. & conſilio 33.numero 43. Leoni.conſilio 12.ſub numero 7. Viui. deciſione 153.numero 6. Surd.deciſione 199.ſub nu.11. Burſ.(de multiplici forma literarum cambij, earumque effectu acceptationis,abundè diſſerens) conſilio 39. præſertim numero 15. cum ſeq.ſequutus maximè Pariſ conſilio 91 præſertim numero 3.lib.1.copioſè Menoch. de arbitrar.iudic lib.2.caſu 21.& d.lib.3.præſumpt. 65. accuratiſſ. extendens, declarans, & reſtringens; vt & Gabr.recept.ſentent.titul.de præſumpt.concluſione 2. Maſcard.de probat, lib. 2. concluſione 626 numeris 10.& 35.cum ſeqq.& concl.989.numero 7.cum ſeqq.& lib.1. concluſione 480.vbi numero 3 addit poſt Bald.in l ſi procuratorem , numero 3. de procur. epiſtolam repræſentare perſonam, illam mittentis;& literas atque præſentiam cenſeri ad paria.

(c) Praesvmptio. Latè Aret.conſilio 13.numero 4. Boër.conſilio 40.numero 29. Rebuff.conſilio 115.verſ.4.probatur,& verſ.non obeſt 4. Decian.pleno conſilio 80. lib. 2. & ex præiudicio ſenatus ſui Viui.iuſta deciſione 355. Maſcard.de probat. concluſione 100. & d.concluſ.1023.declarans & limitans latiſſ.

(d) Signvm. Traditionem annuli, ſignum eſſe matrimonij, quando conſuetudine inductum eſt, vt in matrimonio contrahendo annulus detur, reſpondit, ex ſententia Abbat.& communi, in c.vlt.de deſponſat.impub. Couarr.in epit.de ſponſal.part.2.cap. 4. numero 3. aliorumque Menoch.conſilio 368.numeris 2.& 26.quem ſequitur & Viui.d.deciſione 355.ſub numero 1. Quod ſi in ſponſalibus contrahendis alicubi conſuetudine id receptum ſit, præſumentur ſponſalia ſecundum loci conſuetudinem, vti poſt Butr. in d.cap.fin. alioſque longo ordine recenſitos probat Menoch.d lib.3.præſumpt.2.numero 6. eſt enim ſignum æquiuocum quod tendit ad plura, vt docet Marc.quæſtione 494.numero 3.& quæſt.346.numero 1.lib.2. in nouis, Menoch.d conſilio 199.ſub numero 52.& d.præſum.2 numero 1. Et quidem quando ab altero contrahentium verba clara præceſſerunt, vel ſponſaliorum, vel matrimonij, tunc ſubſequuta annuli ſubarratio, regulatur ſecundum verba, vel actum præcedentem, vt poſt Abb.in d.cap fin.decidit Marc.d.quæſt.494.ſub numero 3.voluitque Maſcard.d.concl.1023. ſub numeris 2.& 3.& ex Butr.ac Couarr. vbi ſupra, aliorumque ſententia Menoch.d.conſilio 368.numero 24.& d.præſumpt.2.num.2 cum ſeqq.reliquos caſus diſtinguens latius.

(e) Signatvm. De his Chaſſen.ad conſuet. Burg. tit.1. §.8.ad verb. *le ſigne.* & ad verb. *ſcongié* numero 7. Zaſ.conſilio 6.numero 17.lib.2. Cephal.conſilio 358.numero 28.cum ſeq Leonin.conſilio 55.verſ.his omnibus accedit. Oſaſc.deciſ.40.numero 2.& ſeq. Laurent. Auenion.deciſione 30.numeris 1.& 2. Surd.deciſ.146.numero 20. Maſcard.de prob.conclu. 1051. Menoch.d.lib.3.præſumpt.64.& conſilio 567.numero 17.

(f) Transitvs. Cephal.conſil. 456.numero 17.

Monachus.

Monachus, (*quòd pace ipſius dixerim*) *in iure cum filio vel cum ſeruo æquiparatur.* (a) Quare ſicut poteſt ſolui ſeruo, vel filio, quando obligatio contracta

tracta eſt cum eis, vt eſt textus in l. Si vnus, in principio ff. de pact. ita etiam ſolui poteſt monacho, ſi quando obligatio aliqua cum eo contracta eſt, ſecundum Bartol. Paul. de Caſtro. & alios, in d. l. Si vnus. Et idem voluit Bartol. in l. filius paciſcendo. C. de pact. & in l. Quod ſeruus. ff. Depoſiti. Idemque ſentit per verba generalia, in l. Quod ſeruus, vbi bonus text. ff. de ſolut. Eſt etiam gloſſa in verbo Poſsidere, poſt medium æquiparans monachum ſeruo, in cap. Non dicatis 12. q. 1. Huius quoque æquiparationis abundè meminit eximius D. Nicolaus Euerardi à Middelburgo V. I. Doctor in ſuo libello Topicorum, in loco: A ſeruo ad monachum. Et poſt eum in ſuis Topicis Claudius Cantiuncula, I. V. etiam Doctor, eodem loco: A ſeruo ad monachum. De hac præterea ſimilitudinis ratione ſcribit Iaſon, in l. Cum fundus. §. ſeruum. ff. Si certum petat. Et in l. 1. §. Per ſeruum ff. de acquir. poſſeſ. poſt Bartol. in d. §. Seruum, & eundem in l. 1. ff. de vulgar. & Pupillar. ſubſtitut. Et Doctores in cap. In præſentia, extra de probat. Et gloſſa ordinaria in l. Pedius, & ibi tangitur per Bartol. ff. de recept. arbitr. Et gloſſa ordinaria in fine, in l. Ex pœnalibus, ff. de reg. iur. Et gloſſa. 1. in l. Cum hæredes. §. finali, & ibi idem comprobatur per Alexand ab Imol. ff. de acquir. poſſeſſ. Et plenius per eundem Alexandrum, in l. 1. §. Item acquirimus, & in §. per ſeruum qui in fuga. illo eodem titulo. Nec non D. Vdalricus Zaſius, in l. Poſſeſsio. §. hæc quæ de ſeruis. ff. de acquir. vel amittend. poſſeſſ. Et D. Andræas Alciatus, in l. Cum fundus. §. Seruum tuum, num. 23. ff. Si certum petat. Quæ prædicta omnia potiſſimum intelliguntur habere locum in contractibus reſpectu acquiſitionis, vel præiudicij, & in iudicijs quo ad actionem intendendam. Non autem in priuilegijs, atque in ordinibus conſequendis. Monachus enim in clericum ordinari poteſt, ſeruus autem minimè, niſi ſuæ libertati planè reſtitutus fuerit. Attamen ſi ordinaretur domino ſuo conſcio, & non contradicente, tunc nihilominus ipſos per ordines liber eſſet, & ingenuus, ad quoſcunque etiam ordines promotus fuiſſet. Verum ſi ignorante domino ordinatus fuiſſet, ipſumque ordinatum ſuus dominus repeteret, tunc ab ijſdem ordinibus deponendus eſſet, quia ita ſubmotus & reiectus non gauderet clericali priuilegio, cum tamen monachus contra ſemper clericali priuilegio gaudere debeat.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARATVR Ancharan. conſilio 443. ſub initio. Marc. deciſione 127. numero 2. & deciſio. 527. numeris 6. & 7. lib. 1. Dec. conſilio 494. numero 14. conſilio 499. ſub numero 8. & in cap. decernimus, numero 79. de iudic. Bauer. (caſus in quibus æquiparentur, & in quibus item differant latè explicans) in repetit. l. cum filiofam. de legat. 1. Suares allegat. 20. ſub numeris 23. & 27. Rebuff. ad l. 3. §. eius qui, ſub init. ff de verb. ſignif. & in procem. conſtitut. reg. gloſſ. 5. numero 83. cum ſeq. & in prælat tit. de ſent. prouiſ. tom. 1. numero 103. cum ſeqq. Sichard. in Rubric. C. quod cum eo qui in alien. eſt poteſt, numero 4. & in Rubr. per quas perſ. nob acquir. numero 10. & l. quoniam. liberi numero 1 C. de teſtib. Maſcard. tract. de probat. concluſione, ſub numero 11. cum ſeq. cum concluſ. 261. Turz. reg. 61. Decian. tract crimin. lib. 5 cap. 25. numero 48. Ia. c. Vant. de nullit. proceſſ. tit. de nullit. ex defectu iuriſd. deleg. numero 76. cum ſeqq. & tit de nullit. ſent. ex inhabil. ſeu def. mand. num. 47. cum ſeqq. Strach. tract. de adiect. part. 3. quand. adiecto ſolui poſſ. nu. 37. cum ſeqq.

Item.

M*Onachus etiam filiofamiliâs nonnunquam æquiparatur, in ſubiectione & in vltimis voluntatibus.* In his enim caſibus monachus magis filiofamiliâs, (a) quã ſeruo æquiparatur, propter ſuitatẽ, (b) & legitimam. Ita ſingulariter voluit Ioan. de Imola, & Alexander in l. 1. ff. de vulg. & Pupilla. ſubſtitut. Iſtius quoque proprietatis meminit etiã inſignis D. Nicolaus Euerardi à Middelburgo, I. V. Doctor in ſuo libro de locis legalibus, in loco, A ſeruo ad monachum Et D. Vdalr. Zaſius in l. Poſſeſsio §. Item acquirimus, & §. Hæc quę de ſeruis. ff. de acqu. vel amitt poſſ. vbi ait Monachos potius ęquiparari filio, in profectũ monaſterij, quam ſeruo, vt ita nõ curetur animus monachi etiam nolentis vel malignari volentis.

ANNOTATIO.

(a) MAGIS FILIOFAMILIAS. Anchar in c. 2. ſub nu. 1. de teſtam. in 6. Sich. in l. cum proponas num. 8. C. de hęre inſt. Vinc. dec. 40. nu. 3. diſcutit late Iaſ. in adducta l. 1. nu. 42. Alciat. n. 81 cum ſeqq. & ſub n. 94. cum ſeqq. Sed improbat Strac. in d part. 3. d. tract. de adiecto, ſub nu. 45. poſt Rip. in adducta l. 1. ſub nu. 151. alioſque opinionẽ Euer. hic adducti, aliorumque exiſtimantium, monachum ſeruo in contractibus, in vltimis voluntatibus filio, magis cõparari; quoniam in multis iuris articulis, in vltimis voluntatibus ſeruo comparetur. ſequiturque (quod plerique ſcripſere) æquiparari vel ſeruo, vel filio, prout magis expedit monaſterio. vt & Vant. d. tit. de null. ex defect. mand. numero 48.

(b) SVITATEM. Tiraq. de retract. proxim. §. 1. gloſſ. 8. ſub numero 19. Gomeſ. variar. reſol. tomo 1. cap. 9. numero 10.

Monaſterium.

M*Onaſterium comparatur cum filio vel hæred.* vide ſupra, Eccleſia parochialis.

Moroſus.

M*Oroſus & fur aſsimilantur.* l. Inter ſtipulantem. §. Stichum iuncta ibidem gloſſa, in verbo facta, cũ ſuis allegationibus. ff. de verbor. obligat. Et D. Vdalricus Zaſius, in l. Si in inſulam. ff. eodem titulo, de verbor. obligat. num. 19. Atque iſta ſimilitudo conſiſtit in hoc, Primo, quantum ad periculum caſus fortuiti, vt notatur in l. Cum filius. §. finali. ff de verbor. obligat. facit l Eum qui. §. 1. & quòd ibi notatur. ff. de iureiurand. & l. non moriturum. C. de contrah. ſtipulatione. Et ſecundo, quantum ad interponendam ſtipulationem, queadmodũ enim à fure ſtipulari poſſum rem quæ mea eſt, ita & à moroſo. Bonum eſt ergo argumentum à fure ad moroſum, id eſt, qui eſt in mora Bart. in l. Nemo, in §. 1. ff. de ver. obl qui ad hoc ſępe allegatur, & idem Bart. in l. Quod te mihi dare oportet. ff. ſi cert. peta. & horum meminit D. Pet. Stella inſignis Doctor Aurelianenſis in ſuis Lecturis ſuper d. l Inter ſtipulantem. §. Stichum. ff. de verb. oblig.

Monachatus, Exilium.

M*Ors ciuilis voluntaria, hoc eſt, Monachatus, & ſimiliter Exilium perpetuum in quibuſdam caſibus, & effectibus, morti naturali æquiparantur,* (a) l. Res vxoris, in fine C. de dona. inter vir. & vxor. Et Bartol. Cynus & Ioan. Fab. in l. Deo nobis. C. de Epiſcop. audien. l. Si deceſſerit, & ibi Alexand. ff. Qui ſatiſd.

Digitized by Google

eiſd. cogantur. Et l. Actione. §. Publicatione. ff. pro ſocio. l. In inſulam, & ibi Docto. ff. ſolut. matri. cap. Si Epiſcopus, & ibi Petr. de Anchara nume. 2. De ſupplen. negligen. præla. Cuius etiam meminit in ca. Suſceptum, extra de reſcrip. & in cap. Cum ſis, extra de conuerſ. coniugato. Et per gloſſam, & Doctores in cap. Suſceptum, de reſcript. lib. 6. & gloſſ. fina. in cap. Placuit. 16. q. 1. quę dicit, quòd ingreſſus in religionem æquiparetur morti (b) naturali. Vnde quicquid iuris eſt circa dotem, vel donationẽ (c) propter nuptias in morte naturali, idem quoque ius erit, in hac morte ciuili, id eſt, in ingreſſu religionis, l. Vltima, & ibi Bartol. C. de Epiſcop. & cleric. Et ſicut donatio cauſa mortis, firmatur morte naturali, ita quoque confirmatur morte ciuili, id eſt, per ingreſſum (d) in religionem d. l. Res vxoris. Cod. de donat. inter vir. & vxo. Quodque mors ciuilis morti naturali ſit ſimilis, vide ſupra, Bannitus, Exilium. Idem ipſe quoque expoſui. cap. 58. De exilijs ſiue bannis, charta. 110. numer. 3. in meæ Praxi criminali, editionis vltimæ. Et etiam huius meminit D. Bartholomeus à Chaſſeneo, in ſuis commentar. conſuetud. ducat. Burgund. ſub titulo, *Des conſiſcations*. §. 1. in verſicu. *Qui confiſque le corps*, num. 3. folio 89. Sed hoc loco obſeruandum eſt pro regula, quod in ſolis his iam dictis caſibus ciuilis mors æquiparanda ſit morti naturali, & in ĩjs caſibus qui in iure expreſsi (e) & conſtituti reperiuntur, ſecundum Rotam, in deciſion. 386. incip. Fuit dubitatum, vtrum Clem. final. de procuratorib. habeat locum in procuratore abbatis tranſlati ad aliud monaſterium, & notatur in cap. Suſceptum, de reſcript. lib. 6. Et in cap. Si Epiſcopus à paganis. De ſupplen negligent. prælato. eodem lib. 6. iuncta ibidem gloſſa conſideratione digna, in verbo: Sed capitulum, & ibi Petr. de Ancharan. Sed hoc iſto loco lectorem admoneri velim, quòd ſupra non temere dixerim, in quibuſdam caſibus, & effectibus. Nam ſecundum verum effectum hæc ab inuicem multum differunt. Ideoque hæc aliqui ſic diſtinguunt, & inter hos D. Andreas Alciatus, de verbor. ſignifica. in princip. lib. 2. folio verſo. 295. numeris, 25. & 26. Vbicunque mors ciuilis eundem effectum (f) habet, quem mors naturalis, quoad id de quo agitur, ibi equidem mors ciuilis comparatur morti naturali. Vbi verò mors ciuilis per omnia non habet eundem effectum, quantum ad id de quo agitur, quem habet mors naturalis, tunc in illis mors ciuilis morti naturali nequaquam comparanda erit. Item ſi hæc dictio, Mors, proferatur ab homine (g) tunc mors ciuilis, in ſe nullo modo æquiparabitur morti naturali, quia hæc dictio, Mors, quatenus ab aliquo homine pronunciatur, ſtatim & iuxta communem intelligendi modum, ſemper intelligitur de morte naturali. Quocirca vt prædicta rectius intelligantur, de vtraque morte binas has accipe tabulas.

Mors naturalis eſt triplex.
- *Acerba in infantibus.*
- *Matura in ſenibus, quam afferre ſolent tres nuncij.*
  - *Caſus qui ſemper* — *eſt* — *dubius.*
  - *Morbus ſcilicet ille qui* — *eſt* — *Acutus & grauis.*
  - *Senectus quæ ſemper* — *eſt* — *Certa, & morbus continuus.*
- *Immatura in iuuenibus.*

Digitized by Google

Huius diuiſionis meminit Cardi. in Cle. 1. vt lite pendente.

Mors ciuilis triplex.
- *Reſpectu pœnalitatis, vt deportatio, vel relegatio in metallum, & damnatio ad perpetuos carceres.*
- *Caſualis, vt ſeruitus, nempe cùm quis capitur ab hoſtibus.*
- *Voluntaria, vt cùm quis in monaſterium ſe dedit.*

Huius tabulæ, atque diuiſionis meminerunt (b) Bald. & Imola in l. Prima. ff. de teſtib. Potuiſſem hæc multo longius ac latius explicare, verum ea ſtudioſis, & in rebus publicis non admodum occupatis indaganda relinquo.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARANTVR. Alex. conſilio 139. numero 2. libro 2. Euerar. conſ. 239. ſub numero 1. verſ. aſſerunt etiam quod irrationabile. & numero 9. Marc. deciſ. 1098. numer. 3. libro 1. Burſat. conſ. 48. numero 27. Cardin. Put. dec. 80. ſub numero 1. & deciſ. 354 ſub nu. 2 lib. 3 pulchrè concludens, quod ſicut nulla eſt ſententia contra naturaliter mortuum lata, ita quoque nulla ſit contra cedentem beneficium lata: eò quòd habeatur pro ciuiliter mortuo. vt & hoc latius declarat idem Put. dec. 354. libro 1. & d. deciſ. 354. numero 4. cum ſeq. late etiam de his Burſat. conſ. 362. præſertim ſub num. 1. & nu. 3.

(b) MORTI. Anchar. conſ. 443. ſub initio. Felin. conſi. 8. num. 1. Rebuff. in procem. conſtit. reg. gloſſ. 5. numero 24. conſilio 14. verſ. 3. monachus. & conſilio 173. verſ nec obeſt. Decian. conſilio 29. numero 65. libro 2. Curt. Brug. libro 1. coniect. ad Viuid. c. 12. Bertrand. conſilio 152. numero 1. libro 1 edit. vltim. aſſerens, poſt alios commemoratos, hoc verum per omnia, quoad ſucceſsionem & diſpoſitionem bonorum, in ingreſſo religionem bonorum incapacem; aliter atque in ingreſſo capacem. idque voluit & Salomon. ad l. Gallus. §. & quid ſi tantùm, ſub numero 25 cum ſeq. ff. de lib. & poſthum. Alex. in l. in pupillari, ſub numero 4. ff. de vulg. pupil. & in l. ſub conditione, num. 2. de lib. & poſthum & conſilio 13. ſub numero 1. & ſeqq. libro 3. Crauetta conſ. 152. ſub num. 2. Pariſ. (commune probans) conſ. 65. ſub nume. 7 cum ſeqq. lib. 2. Alc. conſ 775. nu. 8. Menoch conſ. 980 nu. 4. 10. & 11.

(c) DOTEM VEL DONATIONEM. Pulchrè Natta conſ. 282. ſub nu. 8.

(d) PER INGRESSVM. Exactiſsime Suares conſi. 20. num. 15. cum ſeqq. vbi contrarium reſpondet.

(e) EXPRESSI. Iaſon in l. ex facto, ſub numero 31. ff. de vulgar. & pupillar. Oldrad. conſilio 284, ſub numero 4. ibidemque apoſtil. Marc. deciſ. 911. numero 5. libro 1. Suares d. conſ. 20. ſub numero 21. Pariſ. conſilio 5. numero 149. libro 4. Natta d. conſilio 282. ſub num. 8. copioſe Gaill. libro 2 obſer. 140. numero 18. & poſt Boer. deciſ. 321. ſub numero 6. Soarez recep. ſent. theſ. in litera M. numero 226. alioſque, Fichard. commune probans, conſ. 21. num. 16 & ſub numero 18. libro 2. Sed limitat Molin. ad Alexand d conſilio 139. numero 4. quando omnino idem eſt effectus, idque ſecundum diſtinctionem iſthic ſubſequentem. Nam alioqui male reſtringitur ad caſus duntaxat ſimiles in iure expreſſos, propter generalem æquitatis regulam, quòd paribus in cauſis paria iura gubernant; quodque ſimilitudines & diſsimilitudines infinitæ ſint, ac quotidie renaſcantur; vt grauiter monet Salomon in d. §. & quid ſi tantù, ſub nu. 30. ſed & gl in adducto c ſuſceptum, communiter in hoc reprobari, aſſerit poſt alios Alc. in l imperium, nume. 128. in fine, ff. de iuriſd. omn iud.

(f) EFFECTVM. Alexander in adducta l. in inſulam, ſub numero 1. conſilio 2. ſub numero 16. libro 1. d. conſilio 139. numero 8. conſilio 13. ſub numero 2. libro 5. & conſilio 1. numero 34. libro 5. late Natta d. conſilio 382. nu. 8. Suarez d. conſil. 20. nu. 2 . Menoch, conſi. 127. numero 44. cum ſeq. conſilio 266. ſub numero 37. & conſilio 383. numero 23. poſt Rip. in

l. ex

l. ex facto, §. ex facto. num. 11. ff. ad Trebel. & Ruin. in d. §. & quid ſi tantum, nu. 2. commune probans, idemque Pariſ. d. conſi[illegible] 5. numeris 117. & 150. Fichard. d. conſilio 21. ſub numero 18. latiſſ. Chaſſ. ad conſuet. Burg. tit *des droicts & appertenan.* § 6. in verbo, *apres le treſpas,* numero 4. cum ſeqq.

(g) AB HOMINE. Marc. d. deciſione 911. numero 4. Fichardus d. conſilio 21. ſub numero 18. idemque in ſtatuto & conſuetudine Crauetta conſilio 118. numero 26. & in conditione mortis Fichard. d. conſilio 21. numeris 7. & 18. Schurpf conſilio 82. centuria 3. & ex præiudicio ſenatus ſui, Viui. dec. 209. numeris 1. & 2.

(h) MEMINERVNT. Chaſſen. vbi ſupra, ſub nu. 6. verſ. quid dicendum.

Mors ciuilis perpetui carceris.

M*Ors ciuilis, & pœna perpetui carceris, ſeu cōdemnatio ad perpetuos carceres, in iure æquiparantur.* vt notat Innoc. in ca. Qualiter 2. extra de accuſationib. Panor. in ca. Tuæ diſcretionis, extra de pœnis. De hac quoque morte ciuili & ipſe memini in mea rerum criminalium Praxi recognita, titulo, de Carceribus, nu. 2. c. 16. Quandoquidem pœna perpetui carceris æquiparatur dānationi in metallum, quæ paſsim in iure cū morte naturali confertur, vt vult Bart. in l. 1. ff. de publ. iud. & Bald. in l Reos C. de accuſ. Habet Imola in c. 1. de colluſio detegen.

Mors connubialis.

S*Icut vita monaſtica morti ciuili comparatur, vti dictum eſt paulò ante, ita & matrimonium aliquando æquiparatur* (*a*) *morti,* nempe poſt certam conditionem violatam, veluti ſi maritus quiſpiā moriturus, vxori ſuæ relinquendæ, teſtamento relinqueret omnium bonorum ſuorum vſumfructū ſub hac conditione, vt illa in viduitate permaneret, & ad ſecunda vota nuptiarum non accederet. Et ſi hæc vidua poſtea hac conditione neglecta ſeſe vltro ad ſecundas nuptias transferret, tunc illud matrimonium morti omnino æquiparandum eſſet, nēpe ad conſequendum prædictum legatum, quia tali vſufructu teſtato conditionaliter ſe voluntariè per ſecunda vota priuauit, (b) teſte Bartholomeo Socino 3. volu ſuorū conſiliorum, conſilio 5. & 30. & Bartol in l. Gallus. §. Et quid ſi tamen. ff. de liber. & poſthu. Et ſic totum ius vſusfructus cedit meritò hæredibus,

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARATVR. Viui. deciſ. 2. ſub numero 2. qui numero 20. ibidem reſpondet, Socin. in adducto conſilio 30. dum conſuluit, quòd caſus mortis & tranſitus ad ſecunda vota æquiparentur, cum caſus ſimilis ſit; vti artificioſis ac coloratis rationibus: prout ille proſequitur latius. additque contra opinionem ipſius Soc. in d. conſilio 30. in indiuiduo conſuluiſſe Menoch. conſilio 243. & Burſat. conſilio 263. Adeoque cautius hîc auctor, aliquando æquiparari ait. neque enim perpetuum, ſed ne regulare quidem opinamur, nam & Alciat. de verbor. ſignificat. lib. 3. ad calcem regulæ 3. princip. aduerſus Soc. d. conſilio 30. aſſerit, diſſimilem eſſe nuptiarum mortiſque caſum.

(b) PRIVAVIT. Ioann. Andr. in addit. Spec. ad Rubr. de ſecund. nupt. Menoch. lib. 4. præſumptione 187. numero 16.

Mors,

Mors, Tortura.

M*Ors & tortura ſiue tormenta æquiparantur.* (a) Quocirca nemo ad torturam applicari debet, niſi capitalis (b) criminis reus, aut de capitali facto certo conuictus, & contra affirmatiuè. Quiſquis ob ſua ipſius maleficia morte capitali puniendus cenſebitur, is quoque, atque adeo ſolus, ad torturam applicari poteſt, niſi alia interueniat cauſa torturæ dilationem requirens, quod addimus propter mulieres grauidas, quę tametſi mortis reæ ob ſua maleficia habeantur, torqueri tamen non debent, (c) propter fœtum quem in vtero geſtant, qui non peccauit, nec matris iniquitatem portare poteſt. Quare talis mulieris & tortura, & mortis executio differẽda erit vſque ad tẽpus liberationis vteri, & mulier cautè ſeruanda, ne vterum lædat, aut ne nouum vterum acquirat. Hæc apertè docentur l. Pregnantis. ff. de pœnis. Vlpia. Pregnantis mulieris conſumendæ damnatæ pœna differtur, quoad pariat. Et ego quidem, & ne quæſtio de ea muliere habeatur, cenſeo eam deberi obſeruari, ſcilicet quãdiu prægnans eſt, & ibi Bart. & Franciſcus Accurſius, & Bal. in l. Interpoſitas, ad finem. C. de tranſactionib. Ad hæc vide ea quæ ſcripſi in Praxi mea rerum criminalium, ſub titulo, Qui ſunt à tortura excuſandi. Vide ſupra Carcer, Deportatus.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARANTVR. Adhæc late Marſil. in praxi crim. §. expedita. num. 58. in fin. cum ſequen. vbi poſt Bald. in repetit. l. 1. ſub numero 42. C. vnd. vi. ait, cruciatum corporis æquiparari morti.

(b) CAPITALIS. Marc. deciſione 904. præſertim ſub numero 7. libro 1. Gomeſ. delict. cap. 13. numero 2. Soarez receptarum ſentent. theſ. in litera Q. numero 1. Burſat. conſ. 439. num. 31. cum ſeqq.

(c) NON DEBENT. Latè Marſil. in d. praxi, §. nunc videndum, numero 47. cum ſeqq & in l. 1. numero 13. ff. de quæſt. Alexan. in l. 2. §. ſi non propter, numero 1. ff. ſi quis caut. Felin. in cap. quoniam frequenter, numero 6. vt lit. non conteſt. Marc. deciſ. 182. numero 11. & dec. 581. numero 1, libro 2. in nouis. Pract. Carer. in repet. l. 2. ſub numero 180. verſus fin. verſ. item excipitur mulier. C quorum appell. non recip. Gomeſ. delict. d. c. 13. numero 37. & ad l. 80. Taur. numero 54. Clar. ſent. lib. 5. § fin. q. 64. numero 23. pulchrè Menoch. de arbitr. iud. libro 1 q. 86. numero 10. cum ſeqq. extenſiſſ. Royz. Lituan deciſ. 4. ſub numero 60. cum ſeq. aſſerens etiam nullius momenti confeſsionem, quæ tali quæſtione extorquetur, habendam. vt & Marſil. & Carer. locis proximè citatis. Gramm. conſ. 60. ſub num. 24. in crim.

Mors, Voluntas, Neglectus.

M*Ors, (a) Voluntas, & Negligentia, æquiparantur.* ſcilicet ad effectum deuoluendi, ſeu ad ſubleuationem obſtaculi prioris habentis aliàs melius ius, vt notatur, in l. Vnica. Cod. Quando non petent. part. petent. accreſcunt. In l. Meminimus, in §. finali. C. de legitim. hæredib. & in §. Penultimo, Inſtitut. de bonor. poſſeſſ. Et Petrus Paulus Pariſius in ſuis conſilijs, conſilio 119. numero 27. in ſua. 4. parte conſiliorum.

ANNOTATIO.

(a) MORS. Sic mortem & renunciationem æquiparari, quantum ad beneficij vacationem, tradit, poſt Doct. in c. 2. de præbend. libro 6, Marc. dec. 1098. numero 2. & dec. 1112. nu. 4, lib.

4.libro 1.& poſt Felin.in c.ex parte Decani,ſub numero 16.de reſcript.alioſque,Burſa.conſ. 362.numero 1.declarans ibidem numero 33.latius.vt & Euerard conſilio 59.ſub numero 20. Mortem quoque loco iuramenti eſſe,& habere vim iuramẽti,vt ſcilicet eadem fides adhibeatur; eò quòd quilibet pręſumatur memor ſalutis ſuæ,nec velle mori cum mendacio, pulchrè ex præiudicio Cameræ Imp.probat(commune aſſerens)poſt Bartol.numero 27.Iaſon(mihi) in repetit.numero 128.in l admonendi,ff.de iureiur.Caſtren. conſilio 301.numero 5. libro 3. alioſque,Gaill libro 2.obſerua.43.numero 1.& ſeq.Crauetta de antiquit.temp.part.1,partic. incip.4.limitatur.ſub numero 48. & partic.incip. vidimus & abunde.numero 36.conſilio 158. ſub numero 7.& conſilio 287 ſub numero 7.verſ. Et adeo. Pariſ.conſ 7.numero 18.libro 4. Surd.deciſ.103.numero 7.& dec.199.ſub numero 2.Viuius deciſ.184.ſub numero 11.& dec. 445.ſub numero 2.Menochius conſilio 23.numero 9.de arbitr.iud.libro 2.caſu 116.ſub num. 4.& de præſumpt.libro 5.præſumpt.5.numeris 1. 2.& 4.in fin vbi poſt Caſtrenſ. vbi ſupra, Alciat.de præſumpt.reg.3.præſumpt.4.ſub numero 1.alioſque probat quod in expenſis paruis ſtandum ſit rationibus tutoris defuncti & licet in tali probatione videatur requiri iuramentum,tamen ex quo amplius præſtari non poteſt, ſtabitur ſimplici codici rationum. ſentitque Alc.conſilio 420. ad fin.idemque de alijs rationum libris voluit Crau. d.numero 48. Gaill.d.obſeru.43.numero 6.alijque quos recenſet Menoch.d.pręſumpt.5.numero 4 in fin. vbi tamen numero ſeq.refert,Ruin.conſilio 59.numero 7.lib 4.reſpondentem,librum defuncti ſolum præſumptionem qualemqualem facere. & Afflict. deciſione 40. in fin. dicentem, maiorem fidem adhiberi libro rationum defuncti,quàm viuentis. idemque Decian. conſilio 85.numero 37.lib.2.& latè hac de re Viui.d.deciſione 184.numero 11. & ſeq plures etiam huius rei effectus videre eſt præſertim apud Menoch.d.præſumpt.5. Marſil. in rubr. ff. de fideiuſſ.numero 42 cum ſeqq Maſcard.de probat.concluſ. 1078.& Gaill. d. obſeru.43.vbi ſub d.numero 2.refert etiam Plot.in l.ſi quando §.34.numero 2.cum ſeq. C. vnde vi, ampliantem d.l.ſi quando l.in actionibus ff.de in lit.iurand.& cap.fin.de his quæ vi metuſ.cauſ.& dicentem omnia iura,quæ volunt credi iuramento damnum paſſi, vel alterius querelantis, aut accuſatoris, procedere quando data petitione,querela, vel accuſatione, mortuus ſit actor, querelans,vel accuſator ante præſtationem iuramenti: quia mors pro iuramento,in omnibus vbi requiritur, habeatur. addens ita quoque tenere Doctores communiter. ſentitque Zaſ. conſilio 5.numero 58.lib. 1. Mynſing.cent. 1.obſeru.13.dum ex eiuſdem Cameræ Imp. deciſione etiam teſtatur iuramentum per defunctum oblatum, eique delatum, perinde haberi ac ſi pręſtitiſſet. ſubditque Gaill. vbi ſupra numero 3.poſt Alexand conſilio 14.numero 9.libro 6 Crauett. d. conſilio 158.ſub numero 7.alioſque, hinc eſſe, quòd licet inſtrumentum notarij viuentis carens ſubſcriptione & ſigno,fidem non faciat, tamen mortuo notario, ſi inſtrumentum confectum quidem,ſed nondum partibus ſuis abſolutum ſit: vtputa carens ſolennitate requiſita,prothocollum defuncti,publicam fidem faciat, eò quòd mors notarij vim ſigni & ſubſcriptionis habeat. voluitque Rolan.conſilio 44.numero 40.cum ſeqq.libro 2.Crauet. conſilio 216.numero 6.declarans tamen latius,vt & Natta conſilio 46. in 1.dubitatione. ſed contrariam opinionem veriorem ait Pariſ.conſilio 12.numero 120. cum ſeqq. lib. 2. ſecutus Alex.ſibi in hoc contrarium,conſilio 153.numero 12 cum ſeqq.libro 2.docens etiam quomodo dicta Alex d.conſ.14.procedere poſſint.quibus accedant quæ tradit Ceph.conſ.409.nu. 36.cum ſeqq.& poſt Crauet.de antiqu.temp.3.part. partic.vlt.num.39.alioſque, Menoch.de arbitr.iud.lib.2.caſu 187.præſertim nu.18.& 24.cum ſeqq.& d.præſ.5.nu.10. cum ſeq. Non procedit autem quod diximus morientẽ præſumi memorẽ ſalutis æternæ,in pręiudiciũ tertij, cui quæſitũ ius ſit,prout declarat Alc.d.præſ.4.ſub nu.2. Maſcar.d.concl 1078.nu.5. Euerar. conſ.173.ſub nu.(mihi)18.& ſeq.Menoc.conſ.39.nu.12.& 68.cum ſeqq.conſ.527.nu.22.cum ſeq.& d.præſ 5.nu.17.cum ſeqq.aliter etiam declarans.vt & Gomeſ.ad l.vlt.Tauri.num.15.

Digitized by Google

Mortuus ſine hærede.

M*Ortuus ſine liberis, & mortuus ſine hærede, aliquando ſunt paria.* Vide ſupra ſub titulo, Decedere.

Mortuus, & Furioſus.

M*Ortuus & furioſus à pari procedunt.* teſte Baldo in l. Humanitatis. C. de impub. & aliis ſubſtit. Quemadmodum enim mortuus regulariter nõ debet ſuſpendi, nec contra eum vlla ſententia pronunciari. l. defuncto. ff. de pub. iudic. ergo pariter nec furioſus, pro quo facit text. in l. Diuus. ff. de offic. præſid. Nam quia afflicto nõ eſt addẽda afflictio, & quia mortuus ſatis ſua morte, & furioſus ſatis ſuo furore afflictus eſt, non eſt contra illũ ferenda ſententia, qui iam ſuã ſentẽtiam à ſupremo iudice habuit, neq; hic mortis atq; ſuſpendij pœna damnandus, qui furore percitus ignorat quid faciat, & per conſequens contra legẽ non peccat. Peccatum enim omne debet eſſe voluntarium, (a) & ex dolo malo profectum, adeo vt ſi nõ ſit voluntariũ, omnino non ſit peccatum. Quod autem afflicto non ſit addenda afflictio, docetur per l. tam dementis. C. de epiſ. audien. c. cum percuſsio. 7. q. 1. cum multis concordantijs allegatis ad d. l Diuus. Hæc etiam cõfirmat D. Franc. Mingon in conſuet. Ducatus Andegauenſ. titul. *De la punition des crimes.* artic. 144. num. 15. folio libro meo 68. Vide ſupra Furioſus.

ANNOTATIO.

(a) VOLVNTARIVM. Molin. ad conſuet. Pariſ. §. 30. ſub numero 131. Exactiſsimè Couarr. in clemen. vnic. part. 2. in init. ſub num. 1. cum ſeq. de homicid.

Mortuus, Mortaliter vulneratus.

M*Ortuus, & ad mortem vulneratus, æquiparantur.* (a) quod Bald. in c. 1. in principio tituli. Quib. mod. feud. amittat. notat ex illo textu, qui ad hoc eſt optimus. Quod & idem voluit ipſe Baldus, in l. 1. Cod. de nundi. & in l. Bello, in fin. ff. de excuſ. tuto. & in l damni. in §. Sabini. per textum ibi. ff. de dam. infect. De quo etiam eſt textus in l. Huic ſcripturæ. ff. ad leg. Aquil. quem ad hoc ponderat Petrus de Anchara. in ſuis conſilijs, conſilio 430. incipien. Fuiſſet expediens. & alius textus in l. ita vulneratus, eodem titulo, quem Barto. notat, & hinc occaſione ſumpta quærit, an poſsit ſtatim homicidij accuſari, (b) qui alium lethaliter vulnerauit Et de hac re eſt etiam textus in l. in hac. ff. de condit. triti. per quem dicit Baldus in l. Dos data. C. de donation. ante nuptias. quod qui eſt in articulo mortis, mortuo æquiparatur, (c) & bene etiam facit ad hæc quod dicit gl. in l. qui Stichum. ff. de confeſſ. & in §. 1. in verbo, Morientibus, inſtitut. de lege Fuſ. ca. tollen. Plura de hac materia leges apud D. Andream Tiraquellum in legib. connubialib. & iure marit. 15. lege. charta 128. num. 18.

ANNOTAT.

(a) AEQVIPARANTVR. Decian. conſ. 38. num. 65. lib. 3. latiſſ. Schurpf conſilio 81. nu. 7. cum ſeqq. cent. 3. & hoc regulariter, ſed non per omnia, vt tradit Marc. dec. 557. in addit. nu. 5. & dec. 570. ſub numero 4. lib. 2. in nouis, Marſil. in praxi crim. §. & quia, nu. 29. vbi ſatis perplexum

Digitized by Google

perplexum apparet, ex multis accumulatis per eum, ex num. 26. & per Tiraq. in adductis leg. connub. (mihi) §. 2. nu. 28. cum ſeq. adeo vt Boer. dec. 323. ſub nu. 6. voluerit, non niſi in caſibus à iure expreſsis procedere (quod tamen reprobatur à nobis, hîc ſuperius tit. Monachatus, exilium, ad verb. expreſſi) & indiſcriminatim ſcripſerit Baro à Tautemberch in adducto c. 1. (idem nouiſſ. ſentiente ibidem Iacobut num. 15.) procedere in caſu illius capituli, in alijs verò minimè. adducens in hoc verba text. in §. Celſus. l. item Mela. ff. ad legem Aquil. ſed textui illi opponitur adducta l. ita vulneratus. poſt prin. in verſ. ſed hi etiam, iuncto verſ. igitur ſi quis, vbi omnino parificantur, mortiferè vulnerari, & certum eſſe quod vulneratus ex vulnere moriatur, vt aſſerit Zaſ. intellect. libro 2. c. 6. ſub initio, & n. 7. vbi illorum textuum antinomiam diſſoluere ſatagit. ſed diſſolutionem eius (communem hac in re diſtinctionem ſecutus) reprobat Couarru. in Clementin. vnic. parte 2. §. 2. ſub numero 4. de homicid. vt apud eos latius. & multa etiam hanc in rem, apud Blanc. in praxi crim. §. ijs ſic præmiſsis, numero 94. cum ſeqq. videre eſt.

(b) ACCVSARI. Marſil. vbi ſupra d. nu 26. cum ſeqq. Vinc. dec. 324. ſub nu. 3. & 4. Marc. d. dec. 570. ſub nu. 7. vbi, quod non poſsit condemnari pœna homicidij, ante mortem lethaliter vulnerati; de quo idem quoque latius dec. 915. ſub nu. 2. lib. 1. Marſ. d. §. & quia, nu. 28. & ſub nu. 35. Gramm. dec. 74. nu. 28. Soarez rec. ſent. theſ. in lit V. nu. 109.

(c) AEQVIPARATVR. Marſil. d. §. & quia, numero 31. in fin. cum ſeq. latè Decian. d. conſilio 38. ſub numer. 64. & ſequen. Sichard. in adducta authent. dos data, ſub numero 8. Caſtrenſ. conſ. 155. ſub numero 3. libro 1. Roland. conſil. 37. nu. 25, libro 3.

Mulier accuſatrix.

M*Vlieres quæ tutores de ſuſpecto accuſare poſſunt.* Vide ſupra, Auia.

Mulier, Fiſcus.

M*Vlier ſeu fœmina, & fiſcus in nõ admodum paucis iuris articulis, paribus (a) paſsibus ambulant, in tacitis maximè hypothecis.* l. 2. & ibi gloſſa. in verbo, Ceſſat. Et Bartol. Paulus de Caſtro, & communiter alij Doctores. C. de priuile. fiſci. quæ ſemper ad illud citatur. Et l. Dotis tuæ. Cod. de iure doti. Et ad hoc facit l. Finalis ff. Ex quib. cauſ. maio. Et l. 4. ff. Qui potiores in pignore habeantur, cum infinitis alijs iuribus nequaquã diſsimilibus.

ANNOTATIO.

(a) PARIBVS. Sic à pari procede. 2 cauſam dotis & fiſci, ſcribit Dec. in cap. 1. numero 75. de probat. & probat latè Zaſ. in l. ne quiſquam ff. de edend. Reliqua diximus ſuperius tit. fiſcus & mulier.

Mulier, Philoſopha.

M*Vlieres bonæ, Philoſophis hodiernis poſſunt cõparari, (a) quia raræ ſunt.* l. Sed & reprobari, ad exordium ff. de excuſation. tutor. Sic obſtetrices Ægyptiorum dicebant Pharaoni Regi Ægyptiorum de mulieribus Hebræorum: Non ſunt Hebrææ ſicut Ægyptiæ mulieres, ipſæ enim obſtetricandi habent ſcientiam, & priuſquam veniamus ad ipſas pariunt: hoc eſt, in rerum naturalium cognitione, nempe in Philoſophia naturali, nobis multò ſunt ſuperiores & peritiores. Exodi 1. Sed priuſquam hunc locum abſoluam, vnum addam, quòd præterire non poſſum, quod cum nuper incidiſſem in hanc mate-

materiam percurri omnes iuris ciuilis textus, quò aliquid inuenirem, quod hoc loco poſſem in fauorem & laudem mulierum inſerere, & probare aliquã mulierem exiſtere bonam, & tandem ſe obtulit l. mulier bona ff. de iure doti. quam cum diligentius inſpexiſſem, inueni legem ſic habere, mulier bona ſua omnia in dotem dedit, &c. Et dęprehendi bona non eſſe hoc loco nominatiui caſus: vt ſit epitheton mulieris, ſed accuſatiui caſus: vt in toto corpore iuris ciuilis mulierem bonã inuenire non potuerim. Plura de mulieribus, vide infra, ſub titulo, Vxor.

ANNOTATIO.

(a) COMPARARI. Maſcard. de probat. concluſione 1080. numero 28. hæc ferè ex auctore hic recitans & confirmans.

Mulier, Herba mala.

MVlier herba malæ æquiparatur. Vt tenet gloſſ. in verbo De ętate volentis contrahere matrimonium, ſuper tractatu Ioannis de terra Rubea, contra rebelles ſuorum regum, articulo 4. primi tractatus, folio. 29. Idem confirmat Philipp. Franc. in Repetitione, cap. Si pater. De teſtam. lib. 6 Vbi quęrit, quænam ſit cauſa, cur fœmina citius pubeſcat viro, citiuſque nubilis, (a) aptaque viro fiat, quàm vir aptus fœminæ euadat, & cauſam reddit, quòd fœmina natura ſit viro ſagacior, & ingenij dexteritate maturior, gloſſa in l. Qua ætate. ff. de teſtam. In cap. Puberes & in ca. Finali, extra de deſponſat. impub. Et quia mulier citius viro adoleſcit, ita etiam ad coitus potentiam & actum viro citius perficitur. Vide Philipp. Franc. in d. Repetitione. cap. Si pater, colum. 3. Vide etiam Baldum & alios Doctores in d. l. Qua ætate, gloſſa in verbo. Octauum in l. 2. C. de his qui veni. æta. impetra. dicit. Quod autem mulieres citius viro perficiantur, cauſa efficiẽs eſt, quia herba mala citius quã bona creſcit: cauſa vero finalis eſt, vt citius coniugio aptetur, & ſoboli propagandæ citius deſtinentur: ad quã non tantus annorũ numerus, quantus in maribus: nec tãta potentia, quãta in viris requiritur: ſicuti nõ requiritur tanta potentia in materia, quãta in forma: nec tanta vis in patiẽte, quanta in agente, vt habet cap. Puberes, extra de deſponſ. impub. & bona gloſſa in c. de illis 2. ſuper verbo. Copula, eodẽ titulo. Sed hoc de mulierũ pręcocitate obſeruandũ eſt, quod ſicut citius quã mares gignuntur, & adoleſcunt, teſte Plinio natur. hiſto. cap. 4. ita etiam citius quã mares ſeneſcunt, & conſumuntur, quòd & Hoſtienſis teſtatur c. tertio, eodem titul. Nam vt in plãtis, quæ omnium citiſsimè floreſcũt, & matureſcũt, eæ quoque omnium citiſsimè marceſcũt, & cõcidunt, & contra: ſic & in hominibus, & in brutis animantibus quæ citiſsimè adoleſcunt ea & citiſsimè langueſcunt & pereũt, iuxta etiam illud: Quod cito fit, cito perit. Illud interim, & obiter de natura mulierum notandum eſt, quòd Plinius natu. hiſtor. lib. 7. c. 51. refert. Quod ſcilicet mulieres pręcipuè iuuenes, ita concubitu virorum gaudeant, vt ſi pene ſuffocatione vuluæ emortuæ eſſent, ſi ipſarum vulua corrigatur, atque fricetur, ſpiritus earũ tanquã in aurã exalatus, ad alacriorẽ vitam reſtituitur. Vide Plinium loco citato, de his qui elati reuixerunt. Cuius verba hæc ſunt: Fœminarũ ſexus huic malo videtur maximè oportunus, conuerſione vuluę, quę ſi corrigatur, ſpiritus reſtituitur.

ANNO-

ANNOTATIO.

(a) Nubilis. Virgo enim viripotens connumeratur rebus mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, inquit Euerard. conſilio 15. numero 9. videatur Odd. de reſtitut. in integ. part. 1. quæſtione 2. artic. 4.

Mulier item, minor, & ruſticus æquiparantur, quòad ignorantiam præſumendam & tolerandam, per l. cum de indebito ff. de probat. l. 2. §. vlt. ff. de iur. fiſc. l. regula, in princip ff. de iur. & fact ignor. l. 1. in fin. ff. de edend. ita Alexand. conſilio 127. ſub numero 2. lib. 2. & poſt alios Capyc. deciſione 159. ſub numero 23. & numero 30. latè Tiraquell. in præfation. l. ſi vnquam numero 102. C. de reuoc. donat. Pinell. ad l. 2. part. 1. cap. 4. numero 29. & part. 3. cap. 1. ſub numero 6. C. de reſcind. vend. præſumitur enim in his perſonis ſimplicitas, vt poſt Bal. in rubr. C. de rer. permutat. ſub numero 4. tradit Capyc. d. deciſione 159. numero 23. Tiraq. in præfat. de retract. conuent. numero 35. Menoch. de arbitrar. iudic. libro 2. caſu 193. ad fin. Magon. Luc. deciſ. 42. numero 11. & ſeq. & deciſione 43. numero 16. copioſè Viui. deciſione 289. numero 35. cum ſeqq. cui quidem ſimplicitati ſuccurrendum eſſe; & aliquando excuſare à delicto com monſtrat latè, poſt Felin in cap. quoniam contra. ſub numero 11. de probat. Marſil. ſingul 287. alioſque Menoch. d. caſu 192. Tiraq. de pœn. temperand. cauſa 11. ſub numero 2. Non tamen his parcitur quando occultè quid agunt, vt poſt Roman. conſilio 506. numero 5. reſpondit Crauett. conſilio 35. numero 12. conſilio 115. ſub numero 5. & conſilio 129. numero 11. Socin fall 3 regul. 349. Maſcard. de probat. concluſ. 445. numero 4. & concluſ. 640. numero 9. cum ſeq. Burſat. conſilio 404. numero 32. Tiraq. in d. præfat. de retract. conuent. ſub numero 14. & d. cauſ. 11. numero 11. qui ibidem numero 18. & latius, de retract. conuent. § 4 gloſſ. 7. numero 16 cum ſeqq. limitat etiam, in his quæ ſunt introducta ad rigorem iuris conſeruandum. vt & Socin. d. reg. 349. fall. 4. Felin. in cap. fraternitatis numero 6. ad fin. de teſtib. Sichard. in l. errore, ſub numero 3 C. de teſtam. Maſcard. d. concluſio. 640. ſub numero 6. Cephal. conſilio 760. (incip. ad ea) numero 5. cum ſeqq. Viui. d. deciſione 289. numero 38. in fin. Laurent. Auenion. deciſione 143. ſub numero 9. latiſſ. Oſaſc. deciſione 87. numero 4. & ſeqq. Vincent. deciſ. 229. numero 2. & ſub numero 6. declaratque Tiraq. d. cauſa 11. multis alijs modis: quemadmodum & pleniſſ. Menoch. d. lib. 2. caſu 194. vbi numero 33. & ſeqq. multo plures caſus, in quibus è diuerſo ruſticus excuſetur, enumerat, ibidemque numero 5. poſt Tiraq. d. caſ. 11. ad fin alioſque, regulam hac in re conſtituit; ruſticum ipſo iure non excuſari, niſi in caſibus iure expreſsis (ob æquitatem tamen ſubueniri illi aliquando ſolere) vt & Iaſ. idem in mulieribus pariter notans, in l. vltim. in princ. C. de iur. & fact. ignor. Rebuff. ad conſtitut. reg. tom. 2. tit. de reſtitur. artic. 1. gloſſ. 10. Cephal. conſilio 444. numero 13. cum ſeqq. & d. conſilio 760. numero 4. & ſub numero 24. Crauetta conſilio 413 numero 13. Maſcardus (de his quoque latiſſ. agens) de prob. concl. 1080. numero 24. & concl. 1285. numero 9. Vincent. d. dec. 229. numero 1. & dec. 284. ſub numero 1. Surd. deciſ. 237. numero 7. Maril. dec. 78. nu. 17. Lauren d. dec. 143. numero 9. Viuius deciſ 253. numero 5. qui ibidem numero ſeq. & fin. & dec. 318. docet, quomodo in his perſonis præſumatur ignorantia. vti & Burſa, d. conſilio 404. numeris 4. 25. 34. & ſeqq exactiſſ. (ſuo more) Menoch. de præſump. libro 3. præſumpt. 82. nu. 6. & libro 6. præſump. 23. à numero 16. vſque ad 26. Cæterùm æquiparationis hoc argumentum de muliere ad minorem, validum non eſſe contendit Iaſon in l. ſciendum, ſub numero 33. ff. de verborum obligat. quem refert & Capyc. d. dec. 159. ſub numero 30. tum quod non tam facilis ac veriſimilis ſit præſumptio ignorantiæ in muliere quàm in minore, per d. l. regula. ſub initio (id quod poſt Iaſ. probat & Areletan. in annotat. ad Alc. de præſumpt. reg. 1. præſump. 42. & Tiraq. in d. præfat. l. ſi vnquam. ſub numero 101. addentes ad hoc text. in l. quamuis in lucro, C. de iur. & fact. ignor.) tum quod plus fauoris debeatur minori in reſtitutione ob ætatem, quàm mulieri ob ſexum in beneficio Velleiani l. vltim. ibidemque Salyc. ff. ad Velleian.

cui addit Arelet.text.in l.ſi apud minorem ff.de minorib.& alia quædam Tiraq. Sic quoque minorem in integrum reſtitui ad nouas probationes faciendas, etiam didicitis teſtificatis,non etiam mulierem,neque ruſticum,poſt Bart.in l.1.§.nunciato numero 33.cum ſeqq.ff. de ope. noui nunciat.quem poſt alios ſequitur Oſaſc.vbi ſupra.& Meno.d.caſ.194.nu.25.reſpondit Cephal.d.conſilio 760.nu.11.qui ibidem nu.13,certius affirmat,omnes doctores æquiparare mulierem & ruſticum.veruntamen Tir.in d.præf.l.ſi vnquam,ſub d.n.102.alijque quos laudat Odd.de reſt.in integ part.1.quæſt.9,art.1.nu.2.aſſerunt magis ruſtico quàm mulieri in iuris ignorantia ſubueniri,per l.iuris,iuncta l.quicunque C.qui admitt ad bon.poſſ.quanquã aliter ſentiat Iaſ.in d.l.iuris num 3.& in d.l.quicunque num.4.ibidemque Dec. in fin. & in l.ſi quis id quod,ſub numero 34.& inibi Curt.numero 36.ff.de iuriſd.omn.iud.quos exaudit Odd.qui ſupra,quando ſubeſt eadem ratio.vt apud eum latius.

Mutilare.

M*Vtilare aliquem membris quoad irregularitatis caſum, aut irregularitatem incurrendam, par (a) eſt cum occidere.* cap. Is qui mandat. & ibi gloſſa, & Petrus de Ancharan.de vſur.libro 6. Et ad hoc Clem 1. eodem titulo de vſuris, & ibi gloſſa , quæ allegat concordantias.

ANNOTATIO.

(a) Par. pleniſſ.Couarr.ad Clement.vnic part.3.in init.num.8. cum ſeq.de homicid. Sed & Bart.in l.Imperator 2.numero 5.ff.de ſtat.homin.tradit,mutilationem membri vltimo ſupplicio comparari, per § ad hæc prohibemus,in auth.de collator.hinc aſſerens, mulierẽ ad membri inciſionem damnatã,perinde ac vltimo ſupplicio afficiendam,eſſe ſeruandã donec pariat.quod & eodem æquiparationis argumento reſpondit Alex.conſ.55.nu.5.lib.7. eodem modo inferens,iudicẽ qui non poteſt arbitrari de afflictione mortis,nec etiam poſſe de mutilatione membri.idemque Alex.conſ.13.nu.19.eo.lib.7.Crau.conſ.224.ſub nu.1.ſed reprobat latẽ Menoc.de arbitr.iud.lib.1.quæſt.86.numero 9.cum ſeqq.contendens ex dictis Bart. ad d.l.Imperator,ſequi quidem,differendam eſſe membri abſciſſionem perinde ac mortem,non tamẽ ſequi in omnibus factam eſſe æquiparationem,vt vbi mortis pœna indici non poteſt,ita non poſſit mutilatio membri.neque ad rem facere textum in d.§.ad hæc prohibemus.quoniã illa prohibitio,quã facit eo loci Iuſtinianus iudicibus prouinciarum,ne loci ſeruatoribus mandent vltimũ ſupplicium aut membri inciſionem,cum ipſi abſunt,non arguat mẽbri inciſionem æquiparari vltimo ſupplicio;cũ ſolùm eo in caſu æquiparetur quò ad prohibitionem illã. quinimo text.illum oſtendere minus eſſe membrum ſcindere,quàm mortem indicere;vt apud eũ latius.proinde vniuerſalis aut perpetua non videtur hęc cõparatio;ſed quando ſubeſt omnino eadẽ ratio ſolummodo procedere. Sic Bart.vbi ſupra,ſubdit,quòad iuriſdictionẽ,mutilationem membri & vltimum ſupplicium æquiparari. voluitque idem Bart.in l.imperium,ſub n.8. ff.de iuriſd.omn.iud quem ſequitur & Marc.dec.910.nu.8.lib.1. Dec.in l.nemo poteſt gladij, ſub nu.1.ff.de reg iur.ſed videatur latius idem Dec.in d.l.imperium,ſub num.19.& 42. ibidemque Alciat.numero 125.ex numero 119.vſque ad 128.inibi acutiſſ.in hanc rem diſſerens, idemque in l.tranſigere,vbi poſt alios etiam Sichard.numero 2.C.de tranſact.

non Naſci,& ſtatim mori.

N*On naſci & naſci,ſed ſtatim mori,quãtum ad hæreditatis ſucceſsionẽ, paria (a) ſunt*.§.Dubitatũ,in Authẽtico, de inceſtis nupt. maximè ſi quis moriatur viuo adhuc eo de cuius ſucceſſione agitur,Nam viuentis hæreditas non cenſetur,

ſetur, nec viuẽs habet hæredem, l. 1. ff. de hæredit. & actio. vendita. Et l. 1. ff. pro hærede. Et l. Qui hæreditatem. Et l. Neminem. Et l. Qui ſuperſtitis. ff. de acquirend. hæredit. Hæc etiam ita viſa ſunt D. Andreæ Tiraquello, in ſuo libro admodum inſigni. De iure primogeniorum. 40. quæſt. numero 207. Sed an id ſemper procedat, vide eundem ibi, numer. ſequenti.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Copiosè Vibius dec. 34. num. 11. Schenck in c. 1. §. quinetiam, ſub nu. 2. tit. epiſc. vel abbat. in vſ. feud. Marc. dec. 169 ſub nu. 4. lib. 2. Royz. Lituan. deciſ. 3. numero 86. Chaſſen. conſ. 19. num. 9. Burſat. conſ. 63. ſub num. 13. & poſt Corn. conſ. 276. ſub num. 16. libro 3. Dec. conſilio. 227. numero 11. cum ſeq. alioſque, pulchrè Cephal. conſilio 221. numero 10. cum ſeqq. & conſilio 672. numero 10. Menoch. conſil 830. numero 13. voluitque Decian. conſ. 1. numero 47. lib. 1. Zaſ. de feud. ſuper 2. partic. concluſ. 1. part. 8. latiſſ. Tiraquel. ad l. ſi vnquam, verb. liberos, numero 167. cum ſeqq. C. de reuocan. donatio. qui tamen, in adducto libro de iur. primogen. quæſt. 40. numero (mihi) 202. negari poſſe ait, ſemper hæc eſſe paria. prout latius etiam commonſtrat in d. verb. liberos, nu. 187. cum ſeqq. quem ſequitur & Laur. (ex præiudicio rotæ Auen.) dec. 23. nu. 17. cum ſeq. præſertim in eo, quod conditio filiorum fideicommiſſo appoſita, expiret regulariter per ſuperexiſtentiam filiorum, etiamſi per momẽtum vixerint. vt & apud Marc. ſub d. nu. 4. & pleniſſ. poſt Burſ. conſ. 51. præſertim nu. 3. Gabr. lib. 4. recep. ſent. tit. de fideicommiſſ. concl. 7. alioſque, Sfort. Odd. pleno conſ. 66. præſertim num. 4. & 19. & conſ. ſeq. Cepha. conſ. 198. nu. 21. & d. conſ. 221. nu. 1. cum ſeqq. Gaill libro 2. obſer. 136. n. 1. cum ſeqq. Leon. conſ. 73. nu. 10. cum ſeq. vbi, poſt Ang. in § quoniam infirmas, in authent. de nupt. tradit, procedere in omni etiam alia conuentione, aut pacto, in caſu non exiſtentium liberorum facto. idẽmque Tiraq. in d. verb. liberos, nu. 190. in fin.

Negligentia craſſa, & Dolus.

NEgligẽtia craſſa & ſupina dolo at fraudi de iure æquiparãtur. (a) vulgata l. Quod nerua, & ibi elegãter & copiosè ſcribentes. ff. depoſiti, cũ ſimilibus iuribus. De hac negligẽtia ipſe etiam memini in meo Pupillorum patrocinio, titulo, de tutorum & cura munere. c. 4. folio 12. num. 37. in poſtrema editione.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARATVR. Ancharan. conſilio 158. ſub numero 16. Burſat. conſilio 197. numero 4. & ſub numero 16. Viui. deciſione 34. numero 17. latius ſupra ſub tit. Culpa lata.

Negligentia, & Delictum.

NEgligentia & Delictum æquiparantur. (a) cap. fin. iuncta ibidem gl. in verb. Aut perperam, de ſupplenda neglig. præl. lib. 6. Ipſa quoque naturalis ratio hoc indicat, vt quiſquis per negligẽtiam aliquid cõmittit, aut omittit, ex quo aliquid damni cuipiam accreſcit, vt is per eam negligentiam id ipſum damnum dediſſe cenſeatur, qui hoc ipſum damnum per diligentiam impedire potuiſſet, ſi voluiſſet. Vnde & damni reus cenſetur, qui damni occaſionem dediſſe videtur.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARANTVR. Latè Ang. conſ. 72. ſub nu. 2. exemplis pulchrè commonſtrans, quòd omnis aſtrictus legi vel pacto ad non negligendũ, negligendo par eſt delinquẽti.

cumque

eumque ſequitur Crauetta conſ.132, numero 5. vbi ſub num.3. & ſeq. latiſſ. quomodo puniatur negligentia. de quo pleniſſ. Gomeſ. in reg. Cancel. de trienn poſſeſſ. poſt quæſt.28.

Nobilitas, & Scientia.

N*obilitas, & ſcientia, quantum ad promotionem facultatum in iure, æquiparantur.* (a) Barbat. in c. Poſtulaſti. De reſcript. colum. 2. & idem Barbat. in c. Accedens 2. vt lite non conteſt. Scientia enim nobilitat, l. Prouidendum, in gloſſa, in verbo. Nobiliſsimos. C. de poſthumis. Nobilitas tamē ſtercus eſt, niſi habeat virtutis cōcomitantiam, vti teſtatur Hoſtienſis in c. Venerabilis, de præbend. Quin & idem Hoſtienſis nobilitatē ſine virtute comparat cum ſtercore, ſcilicet in c. Tua, de conſang. & affinita. colum. 2. vbi dicit: Quod qui de nobilitate, aut nobiliori ſanguine ſuperbit, is de nobiliori ſtercore intumeſcit. Quocirca nobilitas per ſe conſiderata, ipſa doctrina, atque virtute longe eſt inferior.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARANTVR. Boer. ad conſuetud. Bituric. rubric. 1. §. 6. ſub initio, & dec. 246. numero 4. verſus fin. Rolan. conſilio 47. numero 78 libro 1. Tiraq. de nobilit cap. 5. ſub numero 5. & poſt eundem c. 20. ibidem, ſub numero 10. latiſſ. Rcyz. Lituan. deciſ. 4. nu. 243. vbi numero 240. generaliter quæ in nobilibus multifariam prius dixerat, ad viros literarum ſcientia claros porrigit, latius tamen hæc imbi declarans, ex numero 253, vſque ad 261. & numero 424. ſic & Chaſſen. conſilio 39. numero 50. nobilitatem & dignitatem æquiparari probat. Et an doctor præferatur nobili tractat Card. Put. deciſ. 126. libro 1. E regione autem ſcribit Decian. conſilio 18. numero 16. libro 1. illiteratum æquiparari cæco, iuxta c. poſt tranſlationem. § item ſi quis, de renunc. & infanti, iuxta c. vlt. de tempor. ord. in 6. ſcientiamque inſufficientem, vitę inhoneſtatem, & ætatem illegitimam æquiparari, per cap. nihil. de elect. illiterati quippe, ruſtici, & viles, eodem ordine ponuntur, l. Athletæ. §. vlt. ff. de excuſ. tutor. ſed de his latius apud Decian quem ſequitur & Maſcard. de probationib. concluſione 1285. numero 2. idemque tradit etiam fuſius Luc. de Penn. in l. expertes, ad verb. prohibent. C. de decur. libro 10.

Nolle.

N*olle, & non poſſe, quantum ad effectus declarationem, in iure ſunt paria.* (a) l. 1. §. Vſus. ff de procurat. l. Mulier. ff. Ad S. C. Trebellia. Et notat Bartol. in l. 1. ff. de vulgar. & Pupillar. ſubſtitut. in 2. q. Huius mentionem etiam facit Ioannes Petri de Ferrarijs in ſua notabiliſsima practica, in forma libelli quo agitur ex ſubſtitutione, verſicu. Subſtituit vulgariter in 2. column. numer. 4. folio 200. Ita etiam affirmat D. Carolus Ruinus in ſuis conſilijs, conſilio 116. numer. 5. ſecundo volum. Dixi ſupra hæc ad effectus exhibitionem, in iure eſſe paria. Nam iuxta facultatem humanam (non excluſa diuina) ſæpe multa poſſumus, quæ nolumus: & contra, ſæpe multa nolumus quæ poſſumus, vti ratio, & experientia perdocent.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Sfort. Odd. conſilio 92. numero 39 libro 1. Decian. conſilio 2. nume. 12. lib. 2. vbi tamen, ſub nu. 72 reſpondet, poſt Socin. conſ. 259. lib. 2. hoc procedere in conditione neceſſaria.

neceſſaria, vt in ſubſtitutione vulgari, quæ continet duas conditiones ex neceſsitate naturæ ſuæ, etiam quòd non exprimantur; ſecus in voluntaria, in qua non extenditur ſubſtitutio de caſu noluntatis ad caſum impotentiæ, prout ille ibidem num. 58. probat communem eſſe concluſionem omnium, poſt Bart. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm, de lib. & poſth. idemque reſpōdit Bero: cōſ. 102. n. 40. videatur latius Dec. ſubdens etiam, quòd nolle, & non poſſe ſint contraria & diuerſa, probare text. in l. ab adminiſtratore C. de legat. & in l. cum filius §. non iure, de legat. 2. quemadmodum &, de poſſe & velle, idem notat gloſſ. in cap. cum ſuper. in verb. cum noluerit, de offic. delegat. quam ſequitur apoſtill. ad Dec. in l. eius eſt nolle, in verb. contraria ff. de regul. iur. pulchrè item hanc in rem diſſerit Curt. Brug lib. 2. coniectural. ad Viuid. cap. 12. verſus fin. verſ. at herclè audio.

Notorium, & Sententia.

NOtorium & ſententia æquiparantur. (a) Nam quando res facta eſt notoria, tunc ea virtualiter talis eſt, ac ſi de ea lata eſſet ſententia, quia ſimulatque certa innotuit, de ea ſententia referri poteſt, l. Emptorem. ff. de actionibus empt. Ideoque qui manifeſtè & notoriè ab omnibus prodigus eſſe conſpicitur is quoque habebitur prodigus, (b) non ſecus quàm ſi per ſententiam fuiſſet declaratus prodigus. Atque hoc caſu non eſt dubium, quin de iure ipſi bonorum vſu ſit interdictum, etiam ſi verbis expreſsis & iuridicè ipſi non interdicatur, l. 1. §. 1. ff. ad Turpilli. Vbi etiam dicitur: Si quis manifeſtè cognoſcatur alicui calumniam feciſſe, is perinde habendus eſt, ac ſi condemnatus eſſet de calumnia. Quia igitur manifeſtum & ſententia æquiparantur, rectè neganda & prorſus interdicenda erit ipſi bonorū adminiſtratio, quiſquis fuerit notorius prodigus. Nonnulli allegant pro hoc l. is cui. ff. de teſtament. His tamen omnibus non obſtantibus D. Vdalricus Zaſius in l. is cui bonis interdictum, numero 16. ff. de verborum obligat. contrariam amplectitur opinionem, & tanquam ſaniorem, & veriorem, iuxta ſententiā gloſſæ ibid. quam ſequitur Barto. ibi, & aliis locis, & communiter Doctores, ſecundum quam opinionem ponitur hæc concluſio, Zaſio teſte. Manifeſtè & notoriè Prodigus rectè bona ſua adminiſtrat, etiam ſi decoquat antequam ei adminiſtratio interdicatur. Quæ quidem opinio (inquit) probatur per valde multa iura, quorum meminit in d. l. is cui bonis interdictum, per l. Iulianus. ff. de curator. furioſ. vbi dicitur, Si prætor interdictutus eſt adminiſtrationem: Item per dictum textum Is cui bonis interdictum, qui eſt apertiſsimus, dum inquit. Is cui bonis interdictū eſt. Reliqua ibidem licebit videre tempore & loco congruis. Ego quoque certè hanc D. Zaſij ſententiam, tanquam meliorem ac tutiorem libenter amplector, quia non cenſetur prodigalitas, prius quam iuſtitia eam publicè denunciauerit. Et quamuis multi eam cenſeant in animo eſſe prodigalitatem, ea tamen omnibus non innotuit, nec ad omnium notitiam perueniſſe, & pro prodigalitate ea habenda erit, priuſquam publicè per forenſem proclamationem denunciata fuerit.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARANTVR. Iaſ. in l. ſi verò. §. qui pro rei n. 3. qui ſat. cog. Marſ. in Rub. C. de prob. n. 197. Salyc. in l. ea quidem nu. 60. cum ſeq. C. de accu. Chaſſ. conſ. 52. nu. 11. in fin. cum ſeq. Decian. conſilio 18. num. 356. lib. 2. Ceph. conſilio 614. nu. 35. & conſ. 304. nume. 239.

Boſſ. tract. crim. tit. quom. pro. in crim. notor. ſub numero 18. & ſeq. & tit. de ſent. numero 56. cum ſeqq. Surd. deciſione 259. numero 15. accuratè Coraſ. miſcellan. lib. 1. cap. 16. præſertim ſub numero 2. & in l. naturaliter §. nihil commune. numero 4. ff. de acquir. poſſeſſ. Gomeſ variar. reſolut. tom. 2. cap. 14. ſub numero 31. vbi tamen, poſt Iaſ. in adducta l. is cui bonis, ſub numero 9, aliosque, declarat procedere, quantùm ad liquidationem facti, non etiam quò ad iuris effectum. Sed hic ſciendum eſt, nullam in notorio facti permanentis requiri ſententiam declaratoriam, ſicuti poſt Panorm. in cap. tua nos. numero 4. de cohab. cleric. & mul. Burſat. conſilio 48. ſub numero 11. aliosque, probat Maſcard. de probation. concluſ. 1105. ſub numero 11. ſentitque Laurent. deciſione 125. ſub numero 7. & hoc caſu notorium ſententiæ comparari, ſcribit pulchrè Gaill. de pace public. lib. 2. cap. 3. numero 16. voluitque Natt. conſilio 173. numero 9. conſilio 174. ſub numero 3. & conſilio 540. ſub numero 7. Capyc. deciſ. 121 numero 25. Sed & ſententiam inducere notorium reſpondit Alexand. conſilio 33. ibidemque apoſt. numero 8. lib. 1. latè Menoch. recuper. poſſeſſ. remed. 1. numero 234. & poſt Cephal. conſilio 57. numero 34. aliosque, Maſcard. d. tract. de prob. concluſ. 1106. numero 3 &. declaratque latius concluſ. 34. numero 10. cum ſeq. Oſaſc. deciſ. 34. numero 4.

(b) Habebitvr prodigvs. Bald. conſilio 259. lib. 2. & conſilio 390. ſub num. 2. lib. 5 ſed contrariam communem ſententiam, tenet idem Bald. in l. 1. ſub init. ff. de curat. furioſ. & in l. 1. numero 3. C. eod. tit. Caſtrenſ. conſilio 248. numero 2. lib. 2. Bertrand. conſilio 48. numero 9. cum ſeq. lib. 1. per portanar. Vant. de nullit. proceſſ. tit. de nullit. ſent. ex defect. mand. numero 23. Gomeſ. vbi ſupra. Leonin. conſilio 20. ſub numero 3. Odd de reſtitut. in integ. part. 1. quæſt. 11. artic. 4. numero 9. Rebuff. ad conſtit. reg. tom. 1. tract. de ſent. prouiſ. art. 3 gloſſ. 4. ſub numero 2. copioſè Soarez (commune probans) in lit. P. in theſ. recept. ſent. numero 322. Clar. ſent. lib. 3. quæſt. 13. & inibi apoſtill. Decian. conſilio 2 ſub numero 13. lib. 2. poſt Alexand. & Rip. numero 28. in d. l. is cui. citationem etiam notoriè prodigi requirentes. de quo tamen videatur Decian. & Soarez vbi ſuprà.

Nouum, & innouatum.

Aliquid ſuperuenire de nouo, & vetus iam demum innoteſcere, vel in notitiam venire, paria (a) *ſunt.* Vel ſic. Hoc nouum eſt, vel iam recẽs ortum, & hoc vetus eſt, ſed iam demũ innotuit, vel in notitiam venit, paria ſunt. Ad quòd facit cap. Paſtoralis, de except. & cap. Vt circa, de elect. lib. 6. Sic Raphaël Fulgoſ. ad l. Mulier, numero 5. C. de ſponſalib. & arris ſponſali. Sic & multæ antiquæ hæreſes noſtro hoc infœlici æuo ſparſæ, non tam nouæ ſunt, quàm hæreſes renouatæ. Nobis tamen apparent & dicuntur nouæ, quia hactenus nobis fuerunt incognitæ, quamuis olim à mille annis, & amplius à Patribus, & Concilijs per authoritatem ſcripturæ canonicæ fuerunt exploſæ, & damnatæ: quales potiſsimum ſunt, quæ ſunt de Trinitate, &c.

ANNOTAT.

(a) Paria. Sichard. in adducta l. mulier numero 11. Hartmann. obſeruat. titul. 17. cap. 9. in fin. poſt Ancharan. in cap. nulli, ſub numero 4. de elect. in 6. vbi tamen declarat, quandoque cum quæritur de reuocatione rei finitæ vi ſententiæ; tranſactionis, iuriſiurandi, & ſimilium, iſta non eſſe paria, vt in l. ſub prætextu C. de tranſact. cap. ſuborta, de re iud. & l. admonendi. ff. de iureiur.

Item.

Digitized by Google

Item.

R*ES illhæc iam noua eſt, & res illhæc iam demum emerſit, aut oriri cœpit, paria ſunt.* vt habet Raphaël Cumanus, in l. In confirmando, numero 3. ff. de confirmand. tutor. & curator.

Nullus, & Inhabilis.

N*Vllus & inhabilis æquiparantur.* (a) l. 1. § penul. ff. Quod cuiuſque vniuerſi nomi. Ita quoque tenet D. Andreas Tiraquellus de legib. connubial. lib. & iure maritali, gloſſa. 6. ibi. *De ſommary,* charta. 181. num. 61.

ANNOTAT.

(a) AEQVIPARANTVR. Diximus ſupra tit. Inhabilis.

Nullus, & Ineſſicax.

N*Vllus & Ineſſicax paria* (a) *ſunt.* Et ideo notandum, quòd quamuis ea quæ prima fronte aliquid eſſe videntur, ſi tamen abſque effectu eſſe comperiantur, tunc ea poſſunt dici quaſi nulla. l. dari. ff. de verbor. oblig. Carere effectu, & eſſe nullum intelliguntur æquiualere. (b) Sed hoc intelligendum largo modo, quia ſtricto iure longè differunt, (c) ea quæ ſunt ineſſicacia propter exceptionem, ab ijs quæ ſunt ipſo iure nulla, vt probat D. Vdalric. Zaſ. in l. Qui bis, iuncta l. Si dari. num. 37. ff. de verbor. obligat.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Crauett. conſilio 210. ſub numero 6. & conſilio 941. ſub numero 27. Cantiuncul. conſilio 10. numero 27.

(b) AEQVIVALERE. Surd. deciſione 259. numero 12.

(c) DIFFERVNT. Euerard. conſilio 194. numero 11. verſ. non obſtat etiam aliud. Dec. in cap. ex tenore numero 15. cum ſeqq. de reſcript. Tiraq. ad l. ſi vnquam, ad verb. reuertatur. ſub numero 236. C. de reuoc. donat. dum ibidem vſque ad fin. infinita propè diſcrimina enumerat, vtrum ipſo iure aliquid fiat, an per ſententiam, vel ope exceptionis. referens ſub numero 453. inibi, Aretin. in adducta l. ſi dari, ex illo texto colligentem, non omnino paria eſſe, quippiam nullum eſſe ipſo iure, & exceptionem competere.

Nullum eſſe, & non eſſe.

N*Vllum & nihil æquiparantur.* (a) Vide Vdal. Zaſ. in l. Cu querebatur, num. 3. ff. de re iudicat. Si ſententia eſt nulla, perinde debet haberi, ac ſi nondum lata eſſet, quia (vt diximus) nullum & nihil æquiparantur.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARANTVR. Crauetta conſilio 155. numero 7. latè conſilio 553. ſub numero 6. conſilio 592. numero 127. conſilio 680. ſub numero 2. conſilio 740. num. 4. conſil. 853. numero 3. & conſilio 947. numero 30. Chaſſen. conſ. 38. numero 9. Rebuff. ad conſti. reg. tomo 1. tract. de litt. obligat artic. 1. gloſſa 9. numero 4. & ad l. Labeo, verſ. 7. actus, ff. de verb. ſignif. Cephal. conſilio 370. numero 67. cum ſeqq. Viuius dec. 324. ſub numero 3. Licet enim

(vt ait Euerard.conſilio 39.ſub numero 16.) facta pro infectis haberi non poſsint l. in bello §.facta. ff. de captiu. tamen quò ad effectum iuris, bene pro infectis habentur, ſecundum gl. in Clement.1.verb. ipſo iure, de hæret.

Nunciandi facultas.

NOn habere facultatem nunciandi, & habere nunciandi facultatē quæ poſtea per non effectum extinguitur, paria ſunt. Sicut ſcripſit D. Alber. de Roſate, in l.ſciendum, nu.1.ff.de ope.no.nunc. Vel ſic: Nunciandi facultatem non habuiſſe, dicitur cuius poteſtas ſine effectu poſtea extinguitur. Vel ſic: Nunciatio nulla, & nũciatio extincta, paria ſunt. vel ſic: Poteſtas nulla, & poteſtas extincta, paria ſunt.

Nunquam & Rarum.

NVnquam & Rarum in iure æquiparantur, & paria ſunt. cap. Coram, extra de offic. delegat. Et quod rarò contingit miraculum eſt, vt dicit text. in Authentico, de conſulib. colum. 3. collat. 4. Et D. Philippus Decius in regula. Ea quæ rarò. ff. de regulis iuris. ad exordium. Ex quibus notandum, quod de his quæ rarò accidunt, regulariter nulla ratio habetur apud legiſlatorem, ſicuti id confirmat idem textus in l. nam ad ea. ff. de legib. cum nequaquam diſsimilibus iurib. quæ notantur in gloſſa in c. literas. extra de deſponſ. impub.

Nuptiarum tempus, & mentio nuptiarum.

ID factum eſt nuptiarum tempore, & id factum eſt tempore mentionis nuptiarum, paria ſunt. teſte Raphaele Fulgoſio, in l. Sancimus. nu. 1. C. de inceſt. nupt.

Nutrix.

NVtrix, Soror, Mater, Auia, & ſimiles perſonæ aut mulieres cognatæ, in iure æquiparantur. Per celebrem l. 1. §. conſequens. ff. de ſuſpect. tuto. & §. conſequens, inſtitut. eod. tit. de ſuſpect. tut. & ibi Ang. Aret. & D. Nicaſius, in inſigni ſua lectura ſuper quatuor libros inſtitutionum, eod. §. & tit. Hanc quoque ſuam ſententiam confirmauit eod. loco meus nuper collega D. Iacob. Curt. Brug. Iuriſconſultus, in ſuis inſtitutionum iuris ciuilis libris quatuor, ex Græco in latinum per ipſum tranſlatis. Quæ quidem paritas potiſsimum intelligenda eſt, quoad accuſandum tutorem de ſuſpecto. Accuſatio enim de ſuſpecto, eſt tanquã actio, ſeu accuſatio publica. quæ quoniã cuiuis homini permiſſa eſt, vt ipſam moueat, etiam permiſſa eſt, & competit omnibus mulieribus, quibus vel ex iure, vel ex naturę vrgentis ratione, de ſuſpitione fraudis dolere, & conqueri competit, hoc eſt quibus ex reſcripto diuorum Seueri & Antonini naturalis affectus & pietas monet: vt ſcilicet ex ea pietate, & ex ſingulari pupillorum fauore, ad eam accuſationem excitentur, dummodo ea pietas ſit talis quæ ſexus verecundiam non egrediatur, ſicut fecit Calphurnia, vt l. 1. §. ſexum. ff. de poſtulando. Hanc itaque reſtrictionem in muliere accuſatrice non temerè adieci, ob id quod aliæ mulieres ad talem accuſationem non admittantur, (a) niſi quando vel ſuam, vel ſuorum iniuriam

iniuriam proſequuntur, l. De crimine. C. Qui accuſ. non poſſ. l. Qui accuſare. ff. de accuſat. Et ad hoc facit l. Feminas. ff. de procurat. Dicitur autem iſta actio quaſi publica, vt in dictis paragraphis Conſequens. Imò verè publica, quòd competat (vt iam dixi) non ſolùm mulieribus cognatione, affinitate, aut naturali ratione alicui affectis, aut coniunctis, ſed quod cuiuis etiã ex populo, ſi modo dignus ſit, & non refutabilis, competat, vt habet §. 1. inſtit. de publ. iud. Atque ideo dicitur ea accuſatio quaſi publica, propterea quod non quiuis indigni & quiuis confutabiles accuſare de prædicto ſuſpecto poſſunt, quales ſunt infames, impuberes, &c. vti habetur §. Impuberes. & ibi ſcribentes, inſtitu. eod. de ſuſpect. tut.

ANNOTAT.

(a) Non admittantur. Regulam hanc, in publicis iudicijs, mulierum prohibitiuam omnes tenere aſſerit Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 7. latiſſ. eam explicans, & reſtringens. accedit Vincent. dec. 382. Reliqua ſuperius, ſub tit. Auia.

Obligatio generalis.

O*bligatio generis vel generalis, & obligatio alternatiua, ſunt pares.* Vt habetur in l. 2. §. Et harum. ff. de verbor. obliga. Et Iacob. de Arena per l. In executione. §. Pro parte. ff. de verbor. obliga. Exempli gratia. Si tibi promiſiſſem equum ſine vlla ſpecificatione, & ſi ad liberandum fidem meam tibi obtuliſſem equum nigrum, quem ob eum colorem accipere nolles, & ſi is equus niger oblatus interim moreretur, profectò ipſo iure (a) ab vllo alio equo dando liberatus eſſem, quantumuis D. Vdalric. Zaſius in l. Stipulatus ſum damnam. ff. de verb. obli. ſuſtineat veriorem opinionem eſſe in cõtrarium, ſcilicet debitorem nõ liberari ipſo iure, ſed ſolummodo ope exceptionis, hoc ipſum quoque meminit idem Vdalr. Zaſ. in l. Si ſtichum, nu. 5. & in l. Stipulationum, (b) in principio, nu. 53. ff. eod. de verbor. oblig. quem dictis locis vt conſulas, conſulo.

ANNOTATIO.

(a) Ipso iure. Opinionem hanc, aduerſus communem, tam in obligatione generis quàm alternatiua, ſuſtinet Alciat. in adducto §. & harum numero 24. poſt Raph. in l. huiuſmodi §. ſi cui homo. ff. de leg. 1.

(b) L. stipulationum. Eſt l. eius initij. 1. ibidemque perpulchrè Coraſ. in d. §. & harum, num. 12. cui ſatis cum Zaſ. in declaranda hac æquiparatione conuenit.

Obligatio iuridica.

O*bligatio, ſiue diſpoſitio legalis, ſiue ſtatutaria, magis æquiparatur (a) vltimæ voluntati, quàm contractibus.* Secundum Bartol. per gloſſam ibi in l. 1. C. de his quib. vt indignis, Et per eundem Bartol. in l. Non ſolum. §. Morte, colum penult. Et ibi per Imol. ff. de ope. noui nunciat. & per Barto. in l. In cognitione. ff. ad Syllania. Et de hoc quoque Bald. in l. & ſi poſt tres. colum. 5. ff. ſi quis caut. & in titul. de pace Conſtantiæ. in verbo, in criminalibus. & Alexan. in l. ea demum. C. de colla. Horum latius etiam meminit D. Carolus Ruinus in ſuis conſilijs, conſ. 117. incip. videtur prima facie 4. volum. conſiliorum.

(a) AEQVIPARATVR. Iaſon in l. ſeruo legato, §. ſi teſtator, ſub numero 9. ff. de leg. 1. Molin. ad conſuet. Pariſ. §. 3. gloſſa 2. quæſt. 4. numer. 12. poſt Bartol. in l. centeſimis, §. ſi ita ſtipulatus, ſub numero 10. ff. de verb. obligat. alioſque, copioſè Tiraq. de retract. proxim. ad finem, numero 13. Cephal. conſilio 541. numero 30. Menoch. conſilio 266. numero 8. & de præſump. libro 4. præſump. 81. numero 10. & de arbitr. iud. libro 2. caſu 498. numero 30. vbi tamen num. ſeq. hoc ſuſpectum eſſe ait, quandoquidem contrarium ſcripſerit Aretin. conſilio 89. numero 7. & Baldus in adducta l. ea demum, atque alibi. & ſaltem quo ad interpretationẽ, ſtatutum dicatur æquiparari contractibus, cum æque ſtrictam, vt contractus, recipiat interpretationem, ſicuti declarat Alexan. in l. ita ſtipulatus, numero 17. verſ. vnde hæc. 2. ibidemque Iaſon numero 17. verſic. in contrarium. 2. ff. de verb. obligat. hęc Menoch. Sed & Decius in d. l. ea demum, ſub numero 3. poſt Aret. d. conſ. 89. ſub nu. 1. tradit, æquiparationem hanc non ſemper videri procedere. Plura huc ſpectantia annotauimus ſupra, ſub titul. Diſpoſitio.

Obligatione quis aſtringatur.

IN *præſentiarum obligatum eſſe, & promiſiſſe (a) ſe obligare, paria ſunt.* Vt notabiliter tradidit Ioannes Andr. in additione ad Speculat. in Rub. de actionib. & obligat. Et ad hoc facit notabilis text. in l. ex parte. ff. de verborum obligation. Et D. Vdalricus Zaſius ſic retulit in conſilio 10. numero 36. libro 2.

ANNOTATIO.

(a) ET PROMISISSE. Dicemus infra tit. Promittere precium &c.

Obligatione quis liberetur.

O*bligatione liberatur, qui pecuniam numerat, aut obligationem cancellat.* Vide paulò inferius, Pecunia, & ſupra, Cancellare.

Obligatio nulla quæ.

O*bligationem nullam ſubeſſe, & obligationem eſſe, ſed probari non poſſe paria (a) ſunt.* l. In lege. ff. de contrah. empt. & l. Duo ſunt Titij. ff. de teſtam. tute. Et Raphael Fulgoſ. in l. In poteſtate. C. de ſolut. & libera. nu. 2.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Diximus ſupra, titul. Allegare, allegatio. & tit. Non apparens. & alibi. Illud hic pro declaratione quadam adſeram, quod, poſt Alexand. conſ. 127. numero 8. libro 4. alioſque, tradit Marſil. in praxi crim. §. conſtante, numero 37. licitum eſſe ei, qui debitam ſibi pecuniam, aut rem quampiam non poteſt à debitore, defectu probationum, vel alias conſequi æquiualentem rem, vel quantitatem ab eo ſurripere. idemque, commune probans, Couarru. variarum reſol. libro 1. cap. 2. numero 15. verſ. 4. eodem. Rebuff. (declarans 4. debere hic concurrere) ad conſtitut. reg. tomo 3. tractat. de famulor. ſalar. gloſſa 10. numero 10. & conſil. 95. verſ. item forte poteſt. Clar. ſent. lib. 5. §. furtum, numero 20. Soarez recep. ſentent. theſ. in litera F. numero 398. Menoch. recup. poſſeſſ. remed. 1. q. 28. num. 313. & remed. 9. nu. 391.

Occidere.

Occidere,

Occidere, & ad maleficium ſeu delictum inducere, (a) *quo quis occidat, paria ſunt.* Sic notat Raphael Cumanus ad l. Quid ergo. §. ſi hæres. numero 3. ff. de leg. 1. quem videte. Sic quoque apud Deum paria ſunt, aliquem actu, vel facto occidere, & aliquem inſtigatione, cōſilio, mandato, ac gloriante voluntate occidere, tametſi prius ſit actu grauius. Sicut enim is qui mulierem videt, eamque concupiſcit, eam mæchatus cenſetur in corde ſuo, Matth. 5. ſic quoque & coram Deo homicida cenſebitur, non ſolum qui actu, ferro, vel alio quouis materiali inſtrumento aliquem occidit, ſed etiam qui maleuolo animo, barbarico ſpiritu, nefario conſilio, furioſo mandato alium ad occidendum inſtigat, conſulit, mandat, aut occaſionē homicidij patrandi præbet, imò qui animo conſentiente, gaudente & applaudēte de alterius cæde & homicidio lætatur, iuxta illud quoq; Pauli. Rom. 1. Non ſolum qui ea faciunt culpabiles & morte digni ſunt, ſed etiam qui facientibus conſentiunt.

ANNOTATIO.

(a) INDVCERE. Conſulens & delinquens pari pœna plectuntur, ſi alioqui delictum commiſſurus non erat; mitius verò punitur conſulens alias etiam facturo, vt poſt Bald. in l. 1. ſub numero 6. C. de ſer. fugit. tradit Gaill libro 1. de pace publica, c. 1. ſub numero 47. extenſè Rebuff. conſilio 95. (incip. caſus talis eſt) verſ. poſtremò datur regula, cum ſeqq. & commune probat etiam Soarez recept. ſent. theſ. in litera C. numero 276. cum ſeq. poſt Clar. ſent. libro 5. §. vltim. quæſt. 33. numero 1. vbi numero ſeq. idem, & in exhortante tradit, quemadmodum & Marc. deciſ. 423. numero 10. libro 1. & Carer. in praxi crimin §. circa igitur 5. numero 178. idem docens & in perſuadente, inſtigante, ſuggeſtiente, & ſolicitante, idemque ſentiens & in inducente ibidem numero 129. qui deinde num. 163. & ſeqq. declarat hæc & limitat latius, vt & poſt Dec. in cap. 1. numero (mihi) 43. cum ſeqq. de off. deleg. & in l. conſilij, numer. 4. cum ſeqq. ff. de reg. iur. Couarr. in c. peccatum, parte 2. §. 12. ſub numero 1. de regulis iur. in 6. & in clem. 1. parte 2. §. 2. numero 1. cum ſeqq. de homicid. alioſque, Menochius de arbitr. iud. libro 2. caſu. 351. numero 17. & ſeqq. In dubio tamen præſumitur aliàs non fuiſſe commiſſurus, adeoque conſulens pari pœna tenetur, Dec. in d. c. 1. numero 60. ibidemque apoſtill. Carer. vbi ſupra numero 172. cum ſeqq. Menochius libro 5. præſumpt. 27. numero 30. Maſcardus de prob. concluſ. 419. numero 9. Auxilium verò præſtans & delinquens pares luunt pœnas, vbicunque auxilium fuit delicto proximum; ſecus ſi remotum, tunc enim mitius punitur, vt poſt Bald. in l. vnic. C. de crim pecul. Marſil. in l. fin. numero 30. ff. de ſicar. alioſque, tradit Boer. dec. 167. numero 3. quanquam aliter ſentiat etiam Gaill vbi ſupra. Natta conſilio 240. ſub numero 14. Capyc. dec. 155. numero 15. Burſat. conſilio 146. ſub numero 11. Fichard. conſilio 66. numero 12. libro 2. & Rebuff. ad l. ſæpe, §. item dubitatum. verſ. 3. præſtans. ff. de verborum ſignifi. ſed diſtinctionem hanc communem tradit idem etiam Natta conſilio 151. numero 5. & conſilio 458. ſub numero 9. Burſat. conſilio 404. numero 1. Soarez in d. theſ. in litera A. numero 207. Carer. in d. praxi. §. homicidium autem, numero 69. & ſeqq. declarans & limitans latiſſ. vt & Clar. in d. §. final. quæſt. 90. ſub numero 1. cum ſequentib. & poſt Couarru. vbi ſupra, alioſque pleniſsimè Menochius d. libro 2. caſu 349. & nouiſsimè Maſcardus d. tractat. de probationib. concluſione 159. numero 19. cum ſequentib. & concluſione 1139. apud quos item, quando armatus aſsiſtens puniatur. de quo latiſsimè etiam Burſat. conſilio 65. numero 4. cum ſequentib. & conſilio 216. numeris 31. & 35. cum ſequentib. Decian. conſilio 67. numero 20. libro 3. Sfort. Odd. conſilio 15. numero 9. cum ſeqq. libro 1. poſt Roman. conſilio 117. ibidemque Mandoſ. ſub num. 1. alioſque commemoratos.

Officialis.

Officialis (ſiue Eccleſiaſticus, ſiue ſecularis)(a) qui ab electo pecuniam vllam accipit. Et eiuſdem officialis ſuperior qui eam acceptationem permittit, & non punit, poſtquam hæc ipſi denunciata fuit, pari (b) pœna plectendi ſunt. Iuxta illud Pauli. Rom. 1. Non ſolum qui talia faciunt, ſed etiam facientibus conſentiunt, &c. Et vetus dictum eſt, quòd facientes & conſentientes (c) pari pœna plectantur. Quibus conſentit Bartol. in. §. Si igitur num. 1. in Authent. Vt iudic. ſine quoquo ſuffragio fiant. Et in eodem Authent. de conſulibus. Vbi apertè dicitur: Quemadmodum punitur officialis, accipiens pecuniam ab electo ad aliquod officium, ita quoque ſuperior illius officialis ſi hoc ſciens eum non puniat. Paria enim ſunt, ſi ipſemet ſuperior illam pecuniam accepit, & ſi conniuenter officialem inferiorem, qui eam pecuniam accepit non puniat. Ad huius rationem & ſimilitudinem in l. Iubemus. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. Iudices, vel ſuperiores qui non puniunt, ſed approbant veritas alienationes, hi ſicut ipſi alienatores puniuntur, vt & Bald. in l. 2. ff. de noxal. actionibus, per illum textum dicit, quòd qui maleficium, quòd ex ſuo officio impedire debet, non impedit, ſed ad id diſsimulat, aut impedire negligit, is habendus eſt, ac ſi hoc ipſum maleficium perpetraſſet. Sic etiam Præfecto ciuitatis (d) imputanda ſunt omnia maleficia, quæ per communitatem ciuitatis committuntur, ſi ſua vigilantia ea ipſa maleficia impedire potuiſſet, & eadem per negligentiam non impediuit, teſte Caſtrenſi. Conſilio 422. Et videtur is non impedire, aut impedire negligere, qui maleficia punienda non curat, quia per hoc occaſionem licentius peccandi omnibus permittit, vt dicunt Doctores ad l. Culpa caret. ff. de regu. iur. Et D. Antonius ad cap. Cum ſecundum, colum. Finali. De præbend. & ad cap. 2. de dolo & contumac.

ANNOTATIO.

(a) SECVLARIS. Sic officium temporale æquiparari ſpirituali, ſcriptum reliquit, poſt Ioann. de Plat. in l. hac parte C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12. alioſque Marc. deciſ. 698. numero 12. lib. 2. in nouis. in multis deciſionibus huiuſmodi argumento de beneficijs ad officia vſus. quod validum etiam dicit Rebuff. ad conſtitut. reg. tom. 2. tract. vt benefic. ante vacat. artic. 1. gloſſ. 2. & in praxi benefic. in regul de ſurrogand collit. gloſſ. 7. tit. de reprob. benefic. viuent. impetr. ſub numero 40. vbi limitat in pænis; vt quæ non ſint extendendæ l. interpretatione ff. de pœn. ſaltem omnes.

(b) PARI. Tiraquell. de pœn. temperand. cauſ. 44. ſub numero 13. Et teneri officialem de facto & neglecto ſui ſubſtituti, ſeu coadiutoris, text. eſt. gloſſ. & Bart. nume. 1. in l. ex facto ff. de negot. geſt. Iaſ. in l. periculum, ſub numero 1. ff. ſi cert. petat. Sfort. Odd. conſ. 62. num. 24. lib 1. copioſè Burſa. conſ. 193. num. 1. cum ſeqq. accedit & Ferrat. cautel. 49. nu. 1. & ſeq.

(c) ET CONSENTIENTES. Text. & poſt gl. & alios Dec. in cap. 1. numero 17. de offic. deleg. Rebuff. conſilio 95. verſ. 3. agentes. Cacher. Oſaſc. deciſio. 105. numero 1. & deciſ. 80. numero 6. vbi hoc intelligendum ait, de conſentientibus cooperantibus, non autem conſentientibus ſimpliciter. idemque poſt alios Rebuff. in l. placet numero 3. C. de excuſationib. mun. lib. 10. Tiraq. d. cauſ. 44. numero 51. & ſub numero 69. cum ſeq. idque ſecundum elegantem diſtinctionem d. gloſſ. in d. cap. 1. in verb. pari pœna. quam probat & Gaill. de pace publ libro 1. cap. 1. numero 47.

(d) CIVITATIS. diximus de his ſuperiùs, ſub tit, facta per magiſtratum.

Officia-

Officialis iudicium.

I*Vdicium Officialis, & iudicium Epiſcopi, paria ſunt.* vide ſupra, Iudicium.

Omne, Totum.

O*Mne & totum æquipollent.* Vide infra, ſub titul. Totum.

Orphanotrophi.

O*Rphanotrophi, & quiuis hoſpitalarij, ſimiles (a) ſunt tutoribus & curatoribus, ta nin bonis hoſpitalium, quam in bonis hoſpitantium*. l. Orphanotrophos, & ibi Barto. C. de Epiſcop. & cleric. Et in Authent. de Eccleſ. titul. §. finali, colla. 9. & ibi etiam Barto. & Specula. titu. de inſtrumen. edit. §. finali. verſic. Sunt etiam Orphanotrophi, nu. 11. in clementi. Quia contingit. §. Illi etiam, de religioſ. domib. Poſſunt (b) etiã Orphanotrophi, & hoſpitalarij quiuis non ſecus quam tutores, vel curatores de hoſpitaliũ ſuorũ bonis inuentaria cõficere, iuramẽta prẹſtare: Imo debẽt, vt tutores, ſuis ordinarijs ſeu alijs prẹfectis vel horũ deputatis, quibus ratione bonorũ hoſpitaliũ ſubſunt, ſingulis annis de eorundem bonorũ adminiſtratione rationẽ (c) reddere, ſicuti ipſi tutores aut curatores rationẽ tenentur reddere de adminiſtratione bonorũ Pupillariũ, aut curatelarũ ſuarũ.

ANNOTAT.

(a) SIMILES. Panorm. in quęſt. 3 cui initium, Sempronius clericus, in 3. dubio. ſub numero 13. & numero 16. Tiraq. de priuileg. piæ cauſ. priuil. 142. Matheſil. ſingul. 191. & inibi apoſt. addens tamen rectorem hoſpitalis habere plenius ius; quòd poſsit alere ſe & ſuos ex bonis hoſpitalis, vt apud eum latius.

(b) POSSVNT. Imo debent; nam cum (vt hìc ſubſequitur) teneantur rationem reddere, tenentur & inuentarium conficere, quod eſt caput rationum, vt in non abſimili arguit, poſt Caſtrenſ. in l. cum tale §. Titius. ſub numero 2. ff de condit. & demonſtr. alioſque, Vaſc. Luſitan. deciſione 52. ſub numero 40. & debet liber rationum inuentarium rerum omnium quæ fuerunt in bonis initio adminiſtrationis continere, vt poſt Bartol. & alios, in l. 1. §. de ſeruis. tut. & rat. diſtr. tradit VVeſenbech. conſilio 47. numero 8. in fin. cum ſeq. vbi numero 28. poſt eundem ibidem Bartol. ſcribit etiam, inuentarium & rationem parificari.

(c) RATIONEM. latè de his omnibus Coraſ. in tractat. inuentarij. qui habetur etiam poſt commentarios eius ad §. quod vulgo. l. in ratione ff. ad l. Falcid. numero 5. cum ſeqq. vbi tamen orphanotrophos, quos orphanorum nutritores eſſe ait, cum ſua ſponte officium tam pium præſtent, tutelaribus ratiocinijs indiſtinctè non obſtringi exiſtimat.

Pactum.

D*E actione ad pactum.* Vide ſupra, ſub titulo. Actio.

Papa.

P*Apa de aliquo in ſpecie cogitauit, & Papa de aliquo cogitauit in genere, paria ſunt.* quod ita determinat D. Alexander ab Imola. in ſuis conſilijs, conſilio 111. numero 13. lib. 6. quem ibidem videre licebit.

Papalis gratia.

D*E Papali gratia, & motu proprio.* Vide ſupra, Gratia.

Partialitas.

P*Artialitas, & realis ſeditio,(a) idē ſunt,* ſicuti pulchrè & latè tractauit Nicolaus Boërius, in ſuo tractatu. De ſeditioſis. Vide Ioann. de Neuizan. in ſua ſilua nuptiali, folio 93. column. 4. ad finem.

ANNOTATIO.

(a) SEDITIO. Crimen læſæ maieſtatis, & ſeditionem, pari paſſu ambulare: vt quod eſt crimen læſæ maieſtatis reſpectu Imperatoris, hoc ſit ſeditio reſpectu reipub. reſpondit, ex ſententia Azon. in ſumma C. de ſeditioſ. Schurpf. conſilio 99. numero 2. cent. 3. Et ſeditionem ſpectare ad crimen læſæ maieſtatis, comprobat Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 7. numero 16. & cap. 19. numero 23. cum 54. vbi tamen ad hoc requirit, quòd ſeditio in exitium reip. fiat. quemadmodum & in d. cap. 7. ſub numero 11. dicit, crimen partialitatis, tunc ad læſam maieſtatem ſpectare, cum ambæ factiones vel earum altera tenderet in diminutionem ſtatus reip. vel principis: vt apud eum latiſſ. qui d. cap. 19. numero 25. poſt Capyc. deciſione 130. ſub numero 3. ſcribit ſeditioſorum fautores, etiam quòd ſe non ingerant, puniendos. qua de re item apud Crauett. conſilio 224. præſertim numero 4.

Parum.

P*Arum, Modicum, & nihil ferè æquiparantur,(a)* c. licet cauſam, §. Quanquam, in verbo. Nulla vel modica, extra de probat. Et inſtitut. De l. Falcid. in principio, in verbo. Pro nullo aut minimo. Et Baldus in authentica. Preterea C. vnde vir & vxor. Et Philippus Corneus in ſuis conſiliįs, conſilio 63. lib. 1. & conſilio 77. lib. 2. Et Socinus conſilio 108. Et ad hæc bene facit ca. licet cauſam, in verbo, nulla vel modica, extra de probat. Et in l. 1. ff. Quod cum eo. Æquiparantur: Qui omnino non ſucceſsit, & is qui in minima parte ſucceſsit. Et pro his facit gloſſa, in authentico, de inſtrument. caute. & fide. in §. Penultimo, in verbo. Inter quos. &c. quæ dixit: Quod parum ſcire, & nihil ſcire æquiparantur, & quòd nihil ſcientis & parum ſcientis ęqualis eſt conditio. Sic & precium quòd durat momento (b) tēporis, non inſpicitur, & pro nullo æſtimatur, l. Precia rerū §. Vltimo. ff. Ad l. Falcid. Et ſicut citra ſimoniam beneficium poteſt alicui donari & conferri, ita etiam modica res pro beneficio data, nullam ſimoniam cauſari, aut prætendere poteſt. cap. Et ſi quæſtiones, extra de ſimonia. Et ca. Iudices 1. q. 1. Ideoque D. Ludouicus Romanus, in ſingulari ſuo 330. incipient. Hodie quidam &c. ait: Quod ſtatutum prohibens domum, fundum, aut aliquam quamuis rem immobilem alienare, aut alicui iuridicè tradere, id ſtatutum locum non habet in domicilio vel parua domuncula, (c) ſicuti hoc confirmatur per textum, quem idem Romanus dicit eſſe ſingularem, in l. Senatus in. §. Marcellus. ff. de legat. 1. Vbi hoc idem etiam ſentit Angel. Baldus quoque in cap. Cum te, de re iudicat. dicit, quòd officialis pro modico non debet ſyndicari, (d) ad hoc allegans l. Quamuis ff. de condit. & demonſtrat. & l. Euidens ff. de

ff. de ædilit. ædict. Pro quo etiam facit. l. Scio ff. de in integ. reſtitu. (e) & l. Omnino. (f) ff. de impenſ. in reb. dota. fact. Et l. Res bona fide. ff. de contrahend. empt. Et huc quoque facit, quòd paruum vulnus, ſiue leue vulnuſculum, non eſt in conſideratione ſiue æſtimatione ponendum, adeo vt vix pro vulnere ſit habendum, vt eſt text. in l. 1. in. §. Proinde ff. de ædili. edict. Quocirca ſtatutum loquens de punitione vulnerantis, id intelligi non debet de leuiter vulnerante, aut de eo qui paruum vulnuſculum (g) infligit, ſeu paruam cutis ſciſſuram facit, teſte Baldo. in l. Finali. C. de ædilit. actionib. vbi etiam ſubdit, quòd ſi ſtatutum dicit, quòd ſyndici teneantur denunciare percuſsiones ſanguinolentas, per id ſtatutum non tenentur denunciare percuſsiones, vbi eſt leuis cutis ſciſſura, & allegat. d. l. Euidens, & d. §. Proinde. Pro quibus etiam facit gloſſa notabilis, in cap. Cum illorum, in verb. Sanguis, de ſenten. excomm. Et in cle. Ne Romani. §. Finali. in verbo. Effundendis, extra de elect. Et in ca. Placuit 2. 18. diſtinct. Et gloſſa. in ca. Si proponente. De reſcript. in 1. gloſſa. in fine. Et facit pro his l. Quæſitum. ff. de re iudicat. Vbi etiam dicitur, quòd ad appellationem febris non venit appellanda leuis febricula. (h) Et ad horum ſimilitudinē dixit Baldus in l. Si quis in hoc genus, in fine. C. de Epiſcop. & cleri. quòd ſi ſtatutum vel lex puniat offendentem clericum, id ſtatutum comprehendit ſolum inferentem grauem & atrocem iniuriam, (i) non autem leuem. De his etiam meminit D. Hippolitus de Marſilijs, in ſuis conſilijs, conſilio 80. numeris 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 19. cum ſequentibus, vſque ad numerum 30. incluſiuè in 1. volumine conſiliorum criminalium. Et in conſilio 103. numeris 12. & 13. in 2. volumine conſiliorum criminalium.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARANTVR. Coraſ. in præfat. l. qui liberos. ſub numero 33. ff. de rit. nupt. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 29. numero 25. de arbitrar. iudic. lib. 2. caſu 87. ſub numero 13. conſilio 96. numero 8. conſilio 184. numero 3. & conſilo 311. numero 17. Natt. conſilio 304. numero 11. & conſilio 448. numero 16. VVeſenbec. conſilio 18. ſub numero 5. Crauett. conſilio 864. ſub numero 6. & latius conſilio 46. numero 12. cum ſeq. & conſilio 182. numero 15. cum ſeqq. Cephal. conſilio 179. numero 16. & conſ. 288. num. 29 Oſasc. deciſ 71. ſub num. 52. Maſcard. de probat. concluſ. 44. numero 39. & concluſ. 97. num. 17. Surd. deciſ. 293. num. 8 copioſè Viui. deciſ. 34. num. 41. accedit Zaſ. conſilio 20. numero 10. & conſ. 23. numero 11. lib. 1. Boër. deciſ. 349. num. 8. in fin. cum ſeq. latiſſ. Brun tract. quod ſtant. maſc. art. 9. quæſt. 12. numero 96. cum ſeqq. Tiraq. in l. ſi vnquam. verb. largitus numero 123. cum ſeqq. C. de reuoc. donat. & in tract. de iudicio in reb. exig. ferendo. verſic. 8. dicit. vbi poſt recenſitos 94. caſus, in quibus modici nulla habeatur ratio, enumerat 57 caſus contrarios. cuiuſmodi caſus, hac diſtinctione, ſecernebat Bart. in adducta l. ſcio. & in l. proprietarius numero 2 ff. de damn. inſect. vt in his, quæ ſecundum ius commune conceduntur, de minimis curetur; aliter atque in ijs, quæ contra iuris communis regulas, ex ſpeciali priuilegio, permittuntur. quam doctrinam recipit & Gaill. lib. 2. obſeruat. 102. ſub numero 3. Pinell. ad rubr. C. de reſcind. vend. part. 1. cap. 2. ſub numero 8. Card. Put. deciſio. 131. lib. 1. Laurent. Auenio. deciſ. 35. ſub numero 6. & deciſ. 127. ſub numero 11. Dec. in cap quoniam contra numero 28. de probat. & in cap. de appellationibus, numero 4. cum ſeqq. de appell. vbi regulam æquiparationi huic contrariam conſtituit; minimum attendendum eſſe; quam in 4. caſibus com-

memoratis, de planò procedere probat; in reliquis verò reſtringit, prout in altero huius diſtinctionis membro, & quando in minimo ceſſat diſpoſitionis ratio; aliter atque ſi proportionabiliter eadem ſit. ſequiturque Maſc. de prob. concl. 1166. in fin. ſed & pulchrè Coras. vbi ſupra: ego verò (inquit) pleriſque caſibus minimum à lege conſiderari reperio, quorum bonam partem Iaſ. congerit, in auth. qui rem C. de ſacroſ. eccl. numero ſcilicet 16. ſed præſertim (ait) animaduerti, ijs caſibus quibus verſatur fauor aliquis publicus, minimum ſpectari, vt in puniendis maleficijs, §. gallinarum. inſtit. de rer. diuiſ. vbi Accurſ. docet, actionem furti pro vno etiam ouo dari. hæc Cora. alijs inſuper exemplis idem commonſtrans Sed hic Zaſ. lib. 2. ſing. reſponſ. cap. 26. & Couarr. variar. reſol. lib. 1. cap. 3. numero 11. quem ſequitur & Soarez recept. ſent. theſ. in lit. F. numero 403. & ſeq. aduerſus gl. in d. §. gallinarum. & in l. ſi oleum. ff. de dol quam tamen omnes ſequuntur, vt poſt Clar. lib. 5. ſent. §. furtum nu. 23. alioſque probat Burſ. conſilio 401 numero 3. Vallar. l. uc. deciſ. 62. verſ. & quamuis. negant vel furti, vel aliam actionem dari, pro ouo, numo, vel re minima, præſertim per d. l. ſi oleum. in fin. verùm Meno. (diſsimulans hanc illorum diſceptationem) de arb. iud. lib. 2 caſu 72. nu. 12. poſt alios cõmemoratos, tradit, in d. l. ſi oleum. §. fin. non dari actionem de dolo pro cauſa minima, quæ duos aureos non excedat, quia dolus vix conſiderari poſsit pro tam parua ſumma, atque ita eã quantitatem taxauerit lex, quæ ſuper ea fundamentũ facit. id quod non euenit in furto, quod, ob iniuſtitiam furis, in re minima committitur inquit. latiſſ. explicans cauſas magnas, vel paruas.

(b) MOMENTO. latè Marſil. ad l. fin. ſub num. 157. ff. de iuriſd. omn. iud. Tiraq. ad l. ſi vnquam verb. liberos numero 175. C. dè reuoc. donat. vbi ſimilia multa. Royz. Lituan. deciſ. 4. numero 178. dum quid hic & alibi momenti appellatione contineatur non indiligenter explicat, ex numero 167. vſque ad 190.

(c) DOMVNCVLA. Marſ. in l. furem num. 10. ff. de ſicar. & in praxi crim. §. & quia. ſub num. 6. Alex. conſ. 104. ſub num. 7. lib. 1. Zoann. (ſimilia etiam plura adducens) rer. quotid. cap. 55. numero 4. cum ſeq. Iaſ. in l. ſciendum num. 10. ff. qui ſatiſd. cog. qui nu. 19. ibidem, dubium hinc reddi ait, quòd voluit Bald. in l. 1. §. de exercitoribus. per illum text. ff. naut. caup. ſtabul. pœnam domum comburenti impoſitam, obtinere etiam in domuncula. ſed Bald. ſequitur etiam Dec. in d. c. de appellationibus. ſub numero 9.

(d) SYNDICARI. Marſ. in d. §. & quia, numero 7. & ſing. 275. numero 3. Iaſ. in d. l. ſciendum numero 16.

(e) L. SCIO. ff. DE IN INTEG. RESTIT. Legem hanc non probare id, ad quod cõmuniter citatur; minorem in minimis non reſtitui, tradit poſt alios Coraſ. vbi ſupra num. 34. latè Dec. in d. c. de appellationibus. ſub nu. 29. & ſeqq. Pinel. ad l. 2. part. 1. c. 1. n. 26. C. de reſc. vend. alijſque quos recenſet Maſc. (communè nihilominus tenens & declarans) de prob. concl. 1061. nu. 6. cum ſeqq. Aduerſus quos tamen militat ratio, quòd minor atque etiam pupillus, & eccleſia æquiparentur, etiam quò ad in integrum reſtitutionem, vt probatum eſt ſuperius: eccleſia autem non reſtituatur niſi enorme incurrat diſpendium, ca. pœnult. de reb. eccl. non alien. eſtque magis communis opinio, de qua per Burſat. conſ. 27. numero 17. ſed videatur explicatio Couar. in d. cap. 3. numero 11. quam probat & Menoch. de arbitrar. iud. lib. 2. caſu 75. & extenſiſſ. Odd. de reſtitut in integ. part. 1. quæſt. 4. artic. 12.

(f) L. OMNINO. De his & ſimilibus I. C. reſponſis Royz. d. deciſ. 4. numero 89. & ſeqq. dum de modici, parùm & parui ſignificatione nimis diffusè diſſerit.

(g) VVLNVSCVLVM. Alex. d. conſilio 104. ſub numero 7. ibidemque copiosè Moli. Iaſ. in d. l. ſciendum numero 13. Dec. in d. cap. de appellationibus, numero 34. Brun. d. quæſt. 12. & in verb. vulnus. Maſcard. d. concl. 1061. ſub num. 11. Menoch de arb. iud. lib. 2. caſu 553. per totum, Marſ. d. ſing. 276. ſub num. 3. cum ſeq. in d. §. & quia. numero 3. cum ſeqq. & in d. l. furem, numero 11. vbi verbotenus ea quæ hic ſubſequuntur, cum infinitis ſimilibus.

(h) Fa-

Digitized by Google

(h) FEBRICVLA. Marſ. in d. §. & quia. ſub nu. 3. & in d. l. furem. ſub nu. 1a. Gram. deciſ. 33. ſub num. 56. Viui. deciſ. 362. ſub num. 1. voluitque Maſcard. de prob. concl. 413. nu. 18.

(i) INIVRIAM. Dec. late poſt Abb. in cap. peruenit. num. 6. cum ſeqq. de appel. Roman. ſing. 702. Marſ. vbi ſupra.

Patronus.

E*Sſe patronum, & haberi pro patrono, in quibuſdam, paria* (a) *ſunt*. Ita habet D. Vdalric. Zaſius, in l. In ius vocari. §. Patronum. ff. de in ius vocan. Et ita ibi Bald. textum allegat, & ad communem vtilitatẽ applicat, qui dicit, quòd ſtatuta noſtra de ciuibus defendendis loquentia, vel ſimpliciter loquentia de ciuibus, etiam complectantur eos, qui habentur pro ciuibus, etiam ſi veri ciues non exiſtant. Vnde dicit ſcholares noſtros concludi ſub hoc ſtatuto, vt habeantur pro ciuibus: verum hæc intelligenda eſſe dicit, quantum ad ipſorum commoda id ſtatutum faciat, hoc eſt, quatenus id pro eis ad communem cum veris ciuibus defenſionem, & patrocinium faciet, nõ autem quatenus ad quæuis publica, cõmuniaque ciuium onera æqualiter cum veris ciuibus ferenda, ligabit. In commodis enim pro veris ciuibus habendi ſunt, non autem in oneribus, quantumuis verum ſit, & idem eſſe cenſeatur, vere ciuem eſſe, & haberi pro ciue. Quod autem nos habemur pro ciuibus, ac ſi verè ciues eſſemus, eſt inſigne priuilegium noſtrum iuris communis, vt diffuſe tractat Bald. in vulgata Authentica, Habita. C. ne filius pro patre. Quamuis autem inter ſe paria eſſe diximus: Eſſe verè ciuem, & haberi pro ciue, multum tamen inter ſe differũt. Eſſe nobilem, & haberi pro nobili, differunt enim non ſecus, quàm genuinum germanum, & fictitium, vti eleganter id explicauit D. Bartol. Socin. Conſilio. 1. per totum.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Viui. deciſ. 34. ad fin. Reliqua diximus ſupra, ſub tit. Ciuis habitus.

Pecunia.

P*Ecuniam accipere, & obligatione liberari in iure, paria* (a) *ſunt*: ſed per accidens potius & obliquo quodam modo. Nam ſimpliciter loquendo: Numerare pecuniam, & obligatione liberari, apertius dicenda ſunt paria. Sed quia is qui aliqua obligatione (quæ eſt æs alienum) liberatur, ſi ſoluat, quodammodo eius obligationis (qua obuinctus fuerat) lucrum facere, eiuſdemque precium quadantenus accipere videtur, ideo & ex hac conſideratione hic dicimus: Pecuniam accipere & obligatione liberari, in iure eſſe ſimilia. Vel clarius: Pecuniam accipit, qui ab obligatione ſe liberat l. Si quis obligatione ff. de regul. iur. Et ibi Philippus Decius. Et eſt gloſſa in l. quinetiam. ff. de calũ. Cum his quoque congruit tex. in c. Veniens 1. extra de teſt. Vbi dicitur quod Symonia etiã cõmittatur in remiſsione debiti ſicut in datione. Et idem habetur, in c. Talia 8. q. 3. Et ad hunc modum etiam paria eſſe dicimus, dare & remittere, vti habetur ad idem tex in l. Si fundum §. Titio fundum. ff. de leg. 1. & in l. Si mulier. ff. de cõdict. ob cauſam, notat Bart per illum textum, in l. Peculium 1. in princ. ff. de pecu.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Dicemus inferius, ſub tit. Remittere, donare.

Pecunia & anima.

Digitized by Google

P*Ecuniā tam vſu, quàm ſui abuſu alij æquiparant animæ, alij eandem cum amore parem faciunt, aut potius eundem ſuperare contendunt.* Verùm hæc comparatio (quanquā ipſa nōn omnino ad ſimile iuridicum pertineat) altius hic mihi tamen perquirenda videtur, nempe vt pernoſcatur quæ ſit pecuniæ etymologia, quomodo & quot modis in iure accipiatur, & poſtremò quis ipſius ſit vſus, vis, & abuſus. Pro quibus primo notandum eſt, pecuniam cum ab ipſa deriuato peculio non tam dictam quàm ductam eſſe à pecubus, ſic vt pecunia dicatur quaſi pecuina, ſ. ſubſtantia, eaque fere tribus modis, vtpote quæ verè erat pecorea ſubſtantia, aut quæ ex pecorum permutatione conſtabat, aut quę pecorum imaginem ac figuram referebat. Pro primo ſciendum eſt priſcis illis ſeculis (quando agricultura vrbica vita habebatur potior & nobilior, & quādo vrbes vixdum extiterant) pecuniam acceptam fuiſſe pro ipſa pecuina ſubſtantia. Quicquid enim olim maiores noſtri poſſederant, id fere omne in pecoribus, in agris, ſiue locis cōſiſtebat, quod patet ex biblijs, in quibus omnes Iob, Abraham, Iſaac, & Iacob diuitiæ connumerantur in pecoribus, & agrorum ſiue locorum poſſeſsionibus. Et habiti dictique ſunt tunc locupletes, qui plurima agrorum loca cum pecorū multitudine poſſederant. Vide Panor. in rubri de pecu. clerico. colum. 1. Vide etiam Cardinal. in Clementin. Exiui de Paradiſo, de verb. ſignifi. cum ſimilibus locis vulgatis. Sic & apud Græcos tunc incliſiſsimus quiſque paſtor erat. Atque hinc ipſorum alios polyarnas, alios polymelas, alios polybutas appellabant, nempe eos qui multos agnos, oues, aut boues poſsidebant. Poſteris verò ſeculis pecunia accepta eſt, & vſitata bifariam, ſcilicet generaliter & ſpecialiter. Generaliter pro quacunque rerum poſſeſsione quæ appellatione pecuniæ veniunt, l. Secunda, & ibi Baldus in 1. col. in fin. C. de conſtitu pecu. Idem confirmat D. Aug. in lib. de doctr. Chriſt. aſſerens quod quidquid homines in terris poſsident, quorumque ſunt domini, ſiue ea ſint ſerui, ſiue vaſa, agri, arbores, pecudes, aut quicquid horum eſt ſimile, id omne ipſis pecunia habebatur. Idem habetur in c. Totam, 1. q. 3. Barto. in l. Prima. §. an poteſt, ff. de conſtit. pecu. & in l. Quiſquis. ff. de leg. 3. Ad hunc quoque modum. Pecunia generaliter olim accipi ſolet in teſtatoribus (dum teſtamenta proferebant) pro omni re quæ conſiſtebat in pondere, vel menſura, vti habetur in l. Talis, ff de leg. 1 & ibi Barto. Specialiter verò & ſtrictè, ſecundum conſuetum loquendi (a) modum tum etiam in teſtatoribus accipitur tantùm pro nūmo ſiue pro denario, teſte Barto. ibid. & in l. Prima ff. ad Maced. Et ſicut pecunia accipitur pro denario, ſic quoque denarius accipitur pro pecunia, vt habet text. in d. clemen. Exiui de Paradiſo Vbi denarius pro pecunia exponitur. Et ſimul hoc additur, quod quamuis denarius, & pecunia inter ſe differant (quia denarius erat qui pro decem nūmis olim computabatur, pecunia verò erat, quod de pecorum ſubſtantia prouenerat) tamen hodie communiter pro eodem accipiuntur, & ideo ibidem exponit in textu coniunctionem (vel) expoſitiuè, pro, id eſt, hoc modo. Denarios, vel pecuniam, hoc eſt, pecuniam. Vbi quoque notandum denariorum voce contineri & accipi omnem monetam, ſiue pecuniam, tam paruam quàm magnā, tam argenteam, aut æream quàm auream. De hac quoque generali, ac ſtricta pecuniæ acceptione, vide gl. ſuper verb. pecuniæ. in l. 2. C. de conſtitu. pecu. Et iura quæ in d. gl. allegantur. Vide etiam gloſ. in l. Secunda.

cunda.ff.ſi cert.petat. In qua gloſſa interim hôc notandum eſt, quòd ea pecuniæ ſtricta acceptio etiam locum habeat in reſcriptis, quod ſingulariter notandum eſſe cenſet Innoc.in c. Sedes,de reſcript. Idq; pro ſingulari etiam notandum eſſe iubet Lud. Roman.in ſuis ſingularibus, ſingulari 209. Secundò dicta fuit olim pecunia, ſiue pecuina ſubſtantia, omnis res quæ ex pecorum permutationibus conquirebatur, ſecundum quam acceptationem pecunię vocabulo cenſebatur quicquid homines olim in terris ſibi poſſedebant, iuxta allegationem D.Aug.& Bart. iam paulò ante præmiſſam. Vt enim mortales olim ſibi mutuo in rebus neceſſarijs cômodarent, omninò neceſſe habebant pecora, aliaſque res rebus commutare. Ad quam cômoditatem poſterior ætas magis induſtria, nûmorum (quos pecuniam vocabant) vſum excogitauit. Vnde tertio pecunia ſiue pecuina tunc dicta fuit nûmus coriaceus, nempe qui ex pecorum corio confectus, ad valorem certi precij conſtituebatur. vide Luc.de Penn. in l.inter.de conueni.fiſc debito.colum. 1 lib.10 C.Vel pecunia dicebatur nûmus æreus, quem Saturnus poſtea inuenit, cuique tum pecudis cuiuſpiam notam ad certû valorem impreſsit, eiuſq; vſum populo ad neceſſariam rerum cômutationem deſignauit. Huiuſmodi nûmos cum certa bouis, aut bubuli capitis nota poſtea magis affabre excudi curauit Romanorû Rex Seruius Tullius. Quin & Theſeus quoque apud Græcos nûmos ſuos bouis nota inſigniuit, vt vel hac nûmorum nota Atticos ſuos ad promptiorẽ agriculturã excitando prouocaret. Vnde Decabium, hecatonbium tunc nûmum appellabant, qui decem, aut centum nûmorum valore conſtabat, nempe qui cû bouis effigie decẽ aut centû nûmos, aut aliud ſimile expreſſum precium deſignabat, quale precium in Hiſpanicis hodie realibus expreſſum eſſe cernimus. Qui de his plura, eaque certiora deſiderabit, is legat Orationem Philip. Beroaldi habitam ante enarrationem carminis Georgici, atque Caij Suetonij Tranquilli, in qua oratione inclitam rei ruſticæ laudem doctiſsimè explicauit. Cæterum quamuis Eutropius lib. 1. facie 1. & plures alij aſſerant numorum inuentorem primum fuiſſe Saturnum, idem tamen Eutropius lib. 2.cap.3. ait poſtea à Romanis numos argenteos in vrbe excogitatos, & figuratos fuiſſe anno ab vrbe condita. 477. Marco Emilio, & Paulo Seruio Fuluio conſulibus, nempe poſt magnam Afrorum claſſem à Romanis nauali prælio captam. Pro his item certiora comperies apud D. Alber.de Roſate, in Dictionario ſuo, in lit.Moneta. Et ibi in additionibus Speculator.in ſuo aureo repertorio, titul. de ſum.expen.& Deciſio parlamen.Delphi.quæſt 412.& in dec.493. Et apud D. Nico.Boer.in addit.ad Ioan.Montaig.in tract.de authoritate & præeminentia ſacri magiſtrat conci. & apud eund. in addit.ad Dynum, in Regula, In obſcuris, in additione prima, columm. 3. Porro quod eodem loco dicitur triginta illos argenteos Iudæ ob Chriſti ſeruatoris noſtri traditionem numeratos, fuiſſe illos eoſdẽ quos Thare pater Abrabæ ad petitionem Nini filij Beli, & Niniuitarû regis fabricauerat, quiq; per multorû manus peruenisſent in Pontificum Iudæorum corbonam, mihi certè nimis fabuloſum, & authoritate caſſum videtur, vt id hoc loco explicare contra D. Alber.de Roſate pigeat. Quocirca hoc incerto omiſſo ad pecuniæ vſum, & abuſum explicandum pergo. Vſus itaque pecuniæ quis, & quãtus ſit, quamuis experientia verius quàm ſcripto aut Poetarum teſtimonijs cognoſcamus, ipſius tamen vſus potiſsimùm

Principibus

Digitized by Google

Principibus ad bella gerenda eſt pernecesſarius, vt eam ſuis elargiatur militibus. Nulli enim milites vnquam de ſuo, aut ex proprijs militare debuerunt, per iura vulgaria. Non decet, vt alicui militum ſuum damnoſum ſit officium, c. Cum nõ deceat, de elect. in ſexto. §. Item in criminali 4. q. 3. c. Statutum, in fine, de reſcrip. lib. 6. l. Seruus communis. ff. de furt. & l. Cum quidam. C. de adminiſt. tuto. & curato. Atque hoc iam dictum militum officium quod non decet eſſe militibus damnoſum, intelligendum eſt tam de publico quàm de priuato, ſicuti exponunt D. Ioann. Andreas in Nouella. Et D. Dominicus de S. Geminiano ibidem. Miles pariter vt alius quilibet, pecuniæ, & premij ſpe certat. Et D. Bald in prælud. titu. de iudicijs. Si miles viderit ſe digno premio priuatum, is mox omnia depopulari pergit. Quod & D. Robertus Gaguinus, in Chronica Caroli Francorum regis ſexti, fol. 1. facie 2. apertè narrat, de militibus, quibus per regem de ſtipendio militari non ſatisfactum fuerat. Quietis (inquit) compoſitiſque regni primoribus, cum ſtipendia militibus nulla ſoluerentur, tum non ſecus quàm hoſtes, prædijs, ſtupriſque populum milites vexabant, quam ob rem agricolę rura vicoſque deſerentes, in oppida, arceſque fortunas ſuas conferebant, &c. Quocirca non temerè vulgo dicitur pecuniam eſſe neruum belli, vt ipſa potius iuxta primam hanc noſtram æquiparationem dicenda ſit eſſe anima belli, nempe per quam milites ſtrenuè animentur, per quam neceſſaria quæque tum victualia, tum bellorũ munimenta ſuo congruo tempore, & loco expediuntur, & per quam tota belli militia quodammodo viuit, & triũphat adeo, vt ſine ipſa vniuerſa militaris turma prorſus langueat, concidat, ſoluatur, & pereat. Quin vt in militia, ita & in reliquis vitæ noſtrę vſibus, & contractibus conſpicimus pecuniam tam eſſe neceſſariam, vt ſine ea plæríque tanquam exanimes, ac veluti ſemiuiui plateatim incedant: pecunioſi verò animoſi, ac viuaciores vbique ſeſe oſtentent. Certè ſine pecunia (vt nunc ſunt abuſus, & mores hominum) nihil efficitur, vti nec corpus quicquam ſine anima efficere poteſt. Veriſsimè itaque dixit Horatius: Regina pecunia donat & genus & formam, &c. Item ille: Sine re (id eſt pecunia) nullus eris. Hinc quoque Lucas de Penna, in l. Domini, colum. 1. de agricol. & cenſit. lib. 11. C. Ille enim cui nullæ ſunt pecuniæ, omni videtur deſtitutus auxilio, & contra: Quiſquis pecuniã habet, is omnia (b) habere cenſetur. Vide Bart. in l. cogi ff ad Trebell. in l. Talis. in princ. ff. de leg. 1. Et Bald in l. ſi tuis. Cod. de oper libert. dicit pecuniam vitam (c) eſſe hominis, per notata in l. Aduocati. Et ibi per bonam gloſſ. ſuper verbo. Vitam. C. de aduocat. diuerſ. iudi Panormitanus quoque per illam l. Aduocati, iuncta gloſſa ſua in cap. Cum oporteat, colum. 2. libri mei, de accuſationib. dicit bona iſthæc temporalia eſſe vitam hominis. Quod enim corpori ad operationes ſuas eſt anima, hoc ipſum ad res quaſuis gerendas mortalibus eſt pecunia Et D. Bald. in l. Recepticia. C. de conſtitu pecu. dicit etiam, quòd quòd quiſquis pecuniam habet, is rem omnem quam cupit habere cenſetur, vbi & ſubnectit pecuniam optimum eſſe futuræ neceſsitatis fideiuſſorem. D. item Ambroſius de pecuniæ abuſu loquens lib. officiorum. 2. cap. 21. hoc pecuniæ tribuit, quòd pecuniarum poſſeſſores (ſed corruptè potius quam verè) honore afficiat. Hoc malum (inquit) iamdudum humanis influxit mentibus, vt pecunia honori ſit, vtque ſoli diuites admiratione digni habeantur. Nam hodie vix alius

vllus

vllus quam diues, honore dignus eſſe putatur. Alanus quoque hanc humanæ naturæ corruptionem obſeruans hiſce ferè verbis conqueritur: Si quis (inquit) pecunia tanquam loricis argenteis armatur, is Tulliani torrentis impetum non metuit, is Hectorei incurſus nec fulgura, nec impetus formidat, neque ad virtutis Herculeæ robur trepidat, neque per verſipellis Vlyſsis aſtutias (quas vilipendit) decipitur. Tantam enim vim, atque efficaciam nunc apud mortales obtinet pecunia, vt præ ipſa Dialectica cernatur muta, vtque Rhetoricæ ſubtilis facundia langueſcat, vbi perorare cœperit numorum pluralitas. Quin & ſi in aurem iudicis (inquit) aut aduocati tinniat, ſuſurretque pecunia, mox obſurdeſcit Orphei lyra, Amphionis carmen, Virgilianaque muſa pecuniæ voce ſuffocantur. Quid plura? Vbi pecunia loquitur Tulliani eloquij tuba rauceſcit. Vbi numus militat, Hectoreæ militiæ compeſcuntur fulgura. Vbicunque pugnat pecunia, illic virtus expugnatur Herculea. In ſumma: Numus vincit, numus regnat, numus imperat vniuerſis, adeò vt fruſtra olim Virgilius cecinisſe videatur cum amorem extollendo diceret: Omnia vincit amor, iſtud enim dictum retractans pecunia, mox Virgilio his verbis occinuit. *Non amor amplius hic, ſed ego ipſa pecunia, vincam*. Quod & multis ſeculis antè quoque notatum fuerat ab Eccleſiaſte, cap. 10. cum diceret: Pecuniæ obediunt omnia. Sed hæc pecuniæ vis (quæ nunc omnium criminum mater eſt, cap. His igitur 23. diſtinctio. quæque veram Iuſtitiam (d) ſtrangulat cap. qui recte, & cap. pauper 11. quæſtione 3.) non tam ex ſua natura quam ex abuſu, & ex præpoſtero corruptoque hominum iudicio naſcitur. Nihilominus quum tam quotidiania experimentis, quam certis authoritatibus perdiſcamus pecuniam tanti fieri, tam eſſe neceſſariam, ſuique tum vſu, tum abuſu tanta moliri, vt rerum gerendarum anima meritò eſſe dicatur, profectò ille cum odoro, doctoque cane venatus eſt, quiſquis pecuniarum theſauros in ſuos caſſes retinuit. De quo cane D. Florianus, in l. Statue. ff. de vſufruct. ſic loquitur. Pecunia inuenta per canem, ad inueniendum pecunias latentes doctum, ea ad dominum canis pertinet. De eodem cane etiam loquitur Bertachinus in ſuo repertorio, ſuper verbo. Pecunia, verſicul. 54. Hic canis (inquit) ſi hodie haberi poſſet, is re vera, (& meritò) pluris fieret quibuſuis alijs canibus, quos venatores ad aucupia, aut ad peruestigandas feras, perdices, aut coturnices multis ſtudijs perdocere conſueuerunt. Cæterum quanquam hic multa de pecunia locuti ſimus, nolim tamen ob id mihi calumniam de pecuniarum auiditate ſtrui. Nam quamuis dicitur, quòd nihil boni de eo præſumitur, qui ſemper & crebrò de pecunia loquitur, teſte Luca de Penna. in l. Vnica. columna 5. in fine, & in column 6. in principio, titulo, de præſcriptionib. lib. 11. C. Quod & confirmat textus in cap. Si cupis, verſicul. Quem ſenſeris 16. quæſtione 1. nolim tamen id mihi impingi temerè, quum hic de pecunia non locutus ſim tanquam pecuniarum auaritia captus, aut quaſi ex pecuniarum cupiditatis abundantia os meum locutum fuiſſet (ad quod prædictas authoritates reſpexiſſe puto) ſed tantum, vt cum animi dolore commonſtrem quantum in rebus mortalium ipſa pecunia valeat: vnde & quis ipſius fuerit vſus, quis abuſus, & quotuplex ipſius in iure fuerit acceptio: de quibus hic dicta nunc ſufficiant.

Digitized by Google

ANNOTATIO.

(a) Loqvendi. Alc. in l. pecuniæ verbum, & in l. pecuniæ nomine. in fin. Rebuff. in l. pecuniæ appellatione. verſ. ego puto. cum ſeq. de verb. ſignif. vbi de his latiſſ. Sfort. Odd. conſ. 30. nu. 22. lib. 1. Cephal. conſ. 14. ſub num. 29.

(b) Omnia. Royz. Lituan. dec. 3 ſub num. 313. cum ſeq.

(c) Vitam. Copioſè Rebuff. in d. l. pecuniæ appellatione. verſ. aduertiſe. Royz. d. deciſ. 3. nu. 316. cum ſeq.

(d) Ivstitiam. Latè Oſaſc. in proœm. deci. Pedemont. nu. 5. Sed quia auctor hic ſatis prolixè, nos ſuperſedebimus.

Perſona, Fama.

P*Erſonam conſeruat qui famam perſonæ conſeruat, hæc enim in iure æquiparantur*. l. Iuſta. ff. de manu. vindic. Vnde quia honor & fama cuilibet pecuniario commodo præferuntur. l. Iulianus. ff. Si quis omiſ. cauſ. teſtam. Cynus in l. 1. C. Vnde vi. Non videtur eſſe aliud cui dignius famæ integritatem æquiparare poſſumus, quàm ipſi perſonæ, aut vitæ perſonæ, quæ aliquando mallet vitam perdere, quàm famæ iacturam facere. De hac itaque famæ præſtantia & ipſe quoque memini in mea praxi rerum criminalium recognita, cap. 97. De neceſſaria proprij honoris defenſione, charta. 207. nu. 5. Vide etiam ſupra, Honor.

Perſona læſa.

I*Stud contra perſonam meam committitur, & iſtud contra conſanguineos meos committitur, paria* (a) *æſtimantur*. l. Lex Cornelia, in principio. Vbi Bartol. ff. de iniurijs. Et idem in l. 3. §. Si tutor inimicus. ff. de ſuſpect. tutor. Et hinc eſt, quòd ait Guilielmus Benedicti. in 3. parte repetitionis cap. Raynutius ibi. Qui cum alia matrimonium contrahens, numer. 99. folio 12. extra, de teſtament. parem (b) eſſe metum qui infligitur contra me, & qui infligitur contra amicum, ac conſanguineum meum l. Iſti quidem. ff. Quod met. cauſ.

ANNOTATIO.

(a) Paria. Rolan. conſilio 2. nu. 66. libro 1. Ceph. conſi. 587. nu. 5. extenſiſſ. Tiraq. de pœn. temper. cauſa 51. nu. 65. cum ſeqq. Surd. dec. 89. & dec. 101. nu. 12. latè etiam hac de re Maſcard. de probat. concluſ. 68. numero 4. & concluſ. 408. numero 10. cum ſeq. Oſaſc. deciſ. 104. numero 3. & poſt Grammat. conſ. 12. numero 27. conſilio 26. numero 42. conſilio 45. numero 4. conſ. 53. numero 7. in crimin. & deciſ. 23. numero 2. cum ſeqq. & deciſ. 48. nume. 14. cum ſeqq. alioſque, Viui. dec. 521. numero 22. cum ſeqq. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſu 262. numero 1. qui ibidem numero 4. poſt Iaſon. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, numero 53. ff. de verbor. obligat. & Grammat. d. conſ. 12. ſub d. numero 27. declarat regulam illam, quòd iniuria facta vni ex ſanguine, cenſeatur facta & alterij intelligi quò ad ea, in quibus conſideramus animi affectum, non quò ad commodum aliquod; vt putà, quod is agere poſſit, vel pœnam conuentionalem aliquam conſequi.

(b) Parem. latiſſ. Tiraq. d. cauſa 51. ſub numero 71. cum ſeqq. & Roland. d. conſilio 2. numero 62. cum ſeqq. poſt Bald. in l. 1. ſub numero 2. C. de indict. vid. toll. alioſque commemoratos.

Peſtis.

Peſtis

Peſtis æquiparatur hoſtilitati. But in ca. Cum dilecti. de dol. & contum. Et tempus guerræ vigentis inter homines, & tempus mortalitatis ſeu peſtis æquiparantur:(a) cùm tunc cenſeatur bellum inter Deum & homines, vt notat Barto. in l. Naturaliter. ff. de vſucap. Et Canoniſtæ in cap. Ex tranſmiſſa, de præſcript. Videtur idem ſeruandum in vno, quòd in alio argumento, l. Illud. ff. Ad l. Aquil cum vulgarib. Adde Baldum in l. Finali. C. de teſtament. vbi tenet quod ſi teſtamentum fiat tempore peſtis, quo tempore non poſſunt teſtes faciliter haberi, valet teſtamentum cum minore (b) numero ſeptem teſtium, propter neceſſitatem, argumento d. l. Finalis, pro his etiam facit l. Caſus. C. de teſtam. vbi propter neceſſitatem aliquid relaxatur de ſolemnitate, inducẽdo illam: prout eam inducit D. Iaſon in præalle. l. Finali. C. de teſt. Item facit: Quia propter imminentiã peſtis receditur à iure communi, l. de ętate, iuncta l. Pręcedenti. cum ibi notatis. ff. Ad Trebel. c. Ad ſupplicationem: cum ibi notatis per gloſſam, de renunciat. & c. Cũ dilecti. de dolo & contu. Item facit illud vulgatum: Quia neceſſitas (c) non habet legem, nec ſubiacet legi. c. Quod non eſt licitum, & ibi gloſſa bona, de regu. iur. & l. 1. & ibi Bald. C. de operis libert. Item facit Quod neceſſitas facit probabile illud, quòd aliâs non eſſet probabile, vt dicit Bald. in l. Si teſtamentum. C. de teſt. Pro his facit etiam illa communis theorica Doctorum, quę habet: Quod vbi aliquid etiam pro forma & ſolemnitate actus requiritur, tamen propter caſum neceſſitatis valet actus geſtus non ſeruata illa ſolẽnitate, vnde videmus: Quod licet pro ſolemnitate ſententiæ requiratur, quòd feratur iudice ſedẽte in loco (d) maiorum, & aliter lata non valet, l. Si vt proponis, 2. C. Quomodo & quando iud. & l. penult. ff. de iuſtitia & iure, tamen alibi lata metu periculi vitæ, tempore guerræ ſeu belli aut peſtis (e) ſiue mortalitatis, puta ſuper turri, valet & tenet, vt eſt gloſſa ordinaria, in l. 1. & ibi Bald. & Doctores. C. de ſenten. ex bre. recitan. & idem tenet gloſſa, in cap. Finali, in verbo. Sedendo. de re iudicat. lib. 6 Præterea his ſeruit deciſio Angel. in. §. Quod autem, in authentico, de non alienand. collat. 2. per illum textum, in verbo, Aut etiam vno, ſi vnum ſolùm ciuitas habeat, vbi determinat, quòd ſtante ſtatuto, quòd nullus contractus minorum vel mulierum valeat, niſi interueniant duo notarij: tamen ſi tempore peſtis, aut guerræ ſeu belli non poſſet haberi niſi vnus notarius, (f) valeret illo ſolo interueniente, & deciſio eiuſdem Angeli. in l. Si vacantia. C. de bon. vacan. lib. 10. vbi determinat: Quod ſi ſit ſtatutũ in ciuitate, quòd non poſsit fieri teſtamentum, niſi ſcribatur per notariũ matriculatum, ſi tempore peſtis non reperiatur aliquis notarius matriculatus, poterit fieri teſtamentum per alium notarium non matriculatum. (g) His etiã ſeruit: Quia in dubijs opinionibus tenenda eſt illa, quæ fauet teſtamento l. Si pars. ff. de inoffic. teſtam. & c. Finali. de re iudica. Quia cauſa conſeruationis teſtamenti concernit publicam vtilitatẽ (h) l. Vel negare ff. Quemadmod. teſta. aper. Videte latius per D. Nicolaum Euerardi à Middelburgo in ſuis reſponſis, ſiue conſilijs, conſilio 61. pagina 209.

ANNOTAT.

(a) AEQVIPARANTVR. Dec. conſilio 284. ſub numero 3. Gaill. lib. 2. obſeruat. 118. ſub numero 18. Rebuff. ad conſtitu. reg. tom. 1. tract. de ſentent. prouiſ. in præfat. nu. 100.

Digitized by Google

Cephal.conſilio 776.numero 19.copioſè Roland.conſilio 81.numero 15.lib.1.Bertrand.conſilio 53.ſub numero 11.lib.1.per Portanar.vbi tamen ad fin.non omnino æquiparari,ait,quod voluit & Boër.deciſione 228.numero 8.

(b) MINORE NVMERO. Videlicet cum quinque teſtium numero, vt poſt Rip. de peſte.c.de priuil.vlt.volunt.cauſa peſt.q.1. alioſque,commune reſpondit Hotoman.(text.in adducta l.caſus.in id pulchrè expendens; quia nulla ferè alia contagio ſit, quæ teſtes deterreat) conſilio 20.lib.1.& poſt Dec.d.conſilio 284.numero 1.in fin. cum ſeqq. Pariſ. conſilio 32.num.3.& 38.lib.2.alioſque Roland.d.conſ.81.num.14.cum ſeqq. Soarez recep.ſent.theſ. in lit.T.num.34. Cephal.d.conſ.776.nu.15.& ſeq probatque,licet contrarium magis cõmune credat,Clar.ſent.lib.3.§.teſtamentum. quæſt.56.nume.3. declarans latius. vt & Gaill. d.obſeruat. 118.numero 18. & ſeq,etiam duos vel tres teſtes ſufficere, ex Cameræ Imp. præiudicio, opinatus.

(c) NECESSITAS. Dec.d.conſilio 284.ſub numero 3. extenſiſſ. Gaill. lib.1. obſeruat.102.num.8.& ſeqq.Pariſ.d.conſilio 32.num.12.cum ſeqq.vbi ex cauſa neceſsitatis multa, contra communes regulas inducta. de quibus & Roland. d.conſ 81.nu.30.cum ſeqq.& conſ. 30.numero 22,lib.3. Burſat.conſilio 307.ſub numero 27.& numero 88.cum ſeqq.Schurpſ pleno conſilio 55.centur.3.Viui.deciſ.323.

(d) LOCO. Vant.de nullit.ex defect.proceſſ.numero 80. cum ſeqq. latiſſ. Marant. de ord.iud.parte 6. actu. 1.numero 71.& ſeqq.

(e) PESTIS. Franc.Marc.deciſione 97.numero 3,deciſione 519.ſub numero 9.& ſeqq. cum deciſ.ſeq lib.1.& deciſione 125.numero 3.lib.2.in nouis. Iaſ.ſub numero 2.Zaſ.in verſ. 4.fall.in adducta l.penult. Rip.de priuil. iudic. cauſ. peſt. ad fin, & poſt eum Menoch, de arbitr.iud.lib.1.q.64.

(f) VNVS NOTARIVS. Dec.d.conſilio 284.num.3.& conſ.504.ſub nu.6.Roland.d.conſilio 81.numero 29.Menoch.conſilio 351.ſub num.32 Cephal.conſ.89.numero 12.

(g) NON MATRICVLATVM. Latè Dec.d.conſilio 284.numero 2 in fin.d.conſilio 504.num.6.in fin.& conſilio 612.numero 6.Roland.d.conſilio 81,nume,26.

(h) VTILITATEM. Dec.d.conſilio 284.ſub num.5.Pariſ.d.conſilio 32.num.5.& 34. Gaill.d.obſeruat.118.ad fin.Roland.d.conſilio 81.numeris 43.& 60.

Petere.

PEtere, ſed non impetrare in iure par eſt cum non petere l.2.& 3.C.de in ius vocand. Et ad hæc facit textus, in Clementin.vnica de teſtamen. vbi etiam dicitur, quòd non ſufficiat petiuiſſe licentiam, niſi eadem fuiſſet obtenta.

Pietatis cauſa.

PIetatis cauſa, par eſt cum cauſa dotis. Vide ſupra, Dos.

Pignus.

PIgnus & fideiuſsio æquo iure procedunt. l.fideiuſſor.§.vlt.vbi hoc notat. Angel.ff.de conſtit.pecu.Et D.Andreas Tiraq.de legib. connub.& iure marit.gl. 3.in text.*Contracter.* charta 148.num.102. Vide ſupra, Fideiuſsio.

Pirata.

PIratæ æquiparantur hoſtibus fidei. Vide ſupra, ſub verbo, Hoſtes.

Poſſeſsio

Poſſeſsio ſecundi beneficij.

Habet poſſeſsionem ſecundi beneficij, & per eum ſtat, (a) quo minus ſecundi beneficij poſſeſsione habeat, paria (b) ſunt. c. licet Epiſcopus, & ibi Petr. de Anchara. notat nu. 1. de præbend. & dignita. libro 6. Idem enim iudicatur de eo quod eſt in potentia, (c) quod de eo quod eſt in actu, vt c. final. de reſtitut. ſpoliat. Et l. Labeo. ff. de ſtatu liber. Multa enim ſunt quæ non ad actum, ſed ad aptitudinem ſolummodò referuntur, vt c. Maiores. §. Cæterum. de baptiſ.

ANNOTATIO.

(a) STAT. Illud enim perpetuum eſt, vt cum per alium ſtat, quò minus quid fiat, id pro facto habeatur in eius præiudicium, vt poſt gl. & doct. in l. in iure ciuili. ff. de reg. iur. & c. cum non ſtat. eod. tit. lib. 6. alioſque alibi copioſè probat, & in multis iuris ſpeciebus commonſtrat Tira. de retr. proxim. §. 1. gl. 10. ſub nu. 105. & §. 2. gl. 1. nu. 8. cum ſeq. & §. 15. gl. 2. numero 7. vbi in fin. addit, quò ad tertium non haberi pro impleto, per l. ſi oleum. in princ. & ibi Bald. ff. de dol. mal. quibus accedit Decian. conſ. 72. numero 26. lib. 3. Crauet. conſilio 376. præſertim numero 21. & ſeq. Molin. conſilio 24. in princ. Ceph. conſ. 633. nu. 19. Sic paria eſſe, recipere vel recipere poſſe, & per eum ſtare quominus recipiat, literis prodidit, poſt Feder. conſ. 253. in fin. Reb. tract. de deci. quæſt. 6. n. 2. in fin. Sic item paria eſſe, conditionem fuiſſe verè impletam, vel fictè, id eſt, ſi per alium ſtetit quominus poſsit impleri, notat poſt Sal. ſub nu. 1. Sich. n. 1. in l. 1. C. de inſt. & ſubſt. declarantes latiſſ. de quo ibidē poſt alios quoque Alex. nu. 4. Iaſ. nu. 3. & pulchrè Dec. nu. 5. idemque ad d. l. in iure ciuili. Alex conſ. 102. in prin. & n. 1. & 6. lib. 1. Zaſ. lib. 2. intell. ſingul. in declar. l. iure ciuili. ff. de cond. & demonſtr. Maſcard. de probat. concluſione 890. numero 6. & pleniſſ. Menoch. lib. 4. præſumpt. 183. præſertim numeris 14. 18. 27. & ſeqq. & conſilio 146. ſub numero 31.

(b) PARIA. Roman. conſilio 356. ad fin. Cardin. Put. deciſ. 22. numeris 1. 5. & ſeqq. lib. 1. declarans latius, vt & Maſcard. de probat. concluſ. 183. numero 50.

(c) POTENTIA. Dicemus, infra, ſub tit. Proxima, vel proximè futura.

Pronunciare vti poſsidebatis.
Vel,
Poſſeſsio, vt prius.

Pronunciare (*vti poſsidebatis*) & *iubere reſtitui poſſeſsionem talem, qualem habebatis ante litem conteſtatam, paria* (a) *ſunt.* Gloſſa in vltima ſui parte, in verbo, Ex teſtamento, in l. ait prætor. §. ſi iudex. ff. de re iud. quam gloſſam reputat ſingularem ibidem Bald. (b) quam tamen glo. intellige ſecundum Bart. & alios, quando in aliqua parte actorum probatoriorum apparebat, qualem poſſeſsionem ante habuerat; vt eſt in cap. Piſanis, quod eſt c. finale. De reſtitu. ſpolia. Extra hunc verò caſum ſecus (c) obſeruatur, vt habet gloſſ. in c. licet cauſam, in verbo, vti poſsidetis. de probat. Et Bartol. in l. 1. in vlti. colum. per gloſſam ibi in verbo, Prohibeat, & in l. ſi duo, in principio, in 2. columna. ff. vti poſsidetis.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Iaſ. in adducto §. ſi iudex. numero 25.

(b) IBIDEM BALD. Non ibidem, ſed in l. 3. nu. 9. C. de ſent. quæ ſine cert. quant.

(c) SUEVS. Neque enim ſubſiſtit ſententia tanquam incerta; Alexand. conſilio 209. ſub numero 1. lib. 5. & in d. §. ſi iudex. ſub numero 14.

Poſſeſsio per ſe, aut per alium.

S*Vo corpore poſsidere, & poſsidere corpore alieno,* (a) *paria ſunt*: vt l. Quod meo. ff. de acquir. poſſeſſ. Et hoc eſt generale, & regulare, in quocunque alieno nomine poſsidente, ſiue ſit ſeruus, ſiue filiusfamiliâs, ſiue extraneus, vt l. Generaliter, & l. 1. §. Item acquirimus, cum ſeq. ff. de acquir. poſſeſſ. Et quod habetur in l. Quædam mulier. ff. de rei vendicat. Et in l. Qui vniuerſas. §. Quod per colonum. Et l. Quamuis. §. Si conductor. ff. de acquirend. poſſeſſio. cum ſimilibus. Sic etiam iiſdem modis retinetur poſſeſsio ſeruitutis, vt in l. Vſu retinetur. ff. Quemadmod. ſerui. amit. his ſeſe confirmauit Ioann. Petr. de Ferrarijs, in ſua vtiliſsima practica, in forma capitu. Actor. in gloſſa per ſe ſeu alios, folio, 56 num. 1. ad quem per ocium confugere licebit.

ANNOTAT.

(a) CORPORE ALIENO. Proinde paria etiam ſunt, quem perſonaliter deijci à ſua poſſeſsione, vel eius colonum, vt poſt Socin. Iun. conſilio 3. numero 11. cum ſeqq lib. 3. aſſerit, ex præiudicio ſenatus ſui, Viui. deciſione 34. numero 21. qua de re latius Maſcard. de probat. lib. 3. concluſione 1178. numero 19 poſt Panormit. conſilio 100. in princ. lib. 1. Socin. ſent. conſilio 18. numero 29. lib. 2. Crauett. conſilio 5. ſub numero 11.

Poſſeſsio iniqua.

P*Oſſeſsionem habere iniuſtam,* (a) *& poſſeſsionem habere nullam, in iure paria ſunt.* l. 3. §. Ait Prætor ff. de itine. actuque priua. argumento c. Inter corporalia §. Sed neque extra, de tranſla. Epiſc. Atque ideo iniuſtam poſſeſsionem non tuetur (b) prætor l. Cum ſponſus. §. Si res ff. de publicia. in rem actio. Huc quoque facit quod notatur in cap. Quia cognouimus 10. q. 4. & ca. Iam nunc 28. q. 1. Et Hendric. Bobic. in cap Peruenit. de cenſibus & cap Ad decimas, de reſtitut. ſpoliato. in 6. Ita quoque tenet D. Franciſcus Mingon ſuper conſuetud. ducat. Andegauen. titulo, *De la punition des crimes*, articulo 186. num 5. folio 101. Hæc paria velim omnibus Chriſtianis eſſe perſuaſiſsima, potiſsimum illis qui ſcienter & violenter aliena poſsident. Imo & ea quæ optimo iure ad alios pertinere certò norunt. Hæc enim quia ab ipſis erepta aut occupata non ſunt, ſed quia à ſuis maioribus ad ipſos deriuata eſſe dicunt, an per fas, an per nefas ab ipſis ea conquiſita ſint, nihil curant, ideoque de eorundem reſtitutione, ne per ſomnium quidem etiam cogitãt, prætexentes (vti dixi) ad ſe per iuſtam ac veram hæreditatem ea bona eſſe deriuata, non curantes quomodo patres, aut aui ea occuparint, Ipſi (inquiunt) viderint, ego me à culpa per hæreditatem libero. Sed an per hoc ab iniqua poſſeſsione ſint futuri liberi coram Deo, iudicabit Deus omnium iudex veraciſsimus.

ANNOTATIO.

(a) INIVSTAM. Idem voluit Maſcard. de probat. concluſ. 771. numero 10. Sic paria eſſe,

Digitized by Google

eſſe, non eſſe in poſſeſsione, vel eſſe, & non bona fide, reſpondit, poſt alios, Alexand. conſilio 138. ſub numero 11. lib. 1. Sic quoque paria eſſe, non accipere poſſeſsionem, vel accipere, ſed nulliter, tradit poſt Roland. conſilio 78. numero 26. lib. 3. Viui. deciſ. 34. ſub numero 3. qui ibidem etiam, poſt Crauet. conſilio 376. ſub numero 5. paria eſſe ſcribit, non poſsidere, vel per dolum poſsidere. de quo latius apud Crauett. ibidem, & præſertim numero 17.

(b) NON TVETVR. Crauett. conſilio 388, ſub numero 7. poſt Bald. conſilio 330. in fin. lib. 1. Oldrad. conſilio 209. numero 7, in fin. & conſilio 226. numero 12. accedant quæ tradit Maſcard. de probat. concluſ. 1194. numeris 42. 65. & ſeqq.

Poſſeſsio violenta.

POſſeſsio violenta, & poſſeſsio clandeſtina ſecundum nonnullos æquipollent. (a) Atque hinc eſt quod ſicut non licet habenti violentam poſſeſsionem excipere de dominio, ita nec licet excipere habenti poſſeſsionem clandeſtinam, l. 1. §. 1. ff. Quod vi aut clam. Et l. Eum qui fugitiuum. ff. ad legem Flauiam de Plagia. licet ſecus videatur ſentire Dinus (b) in regula: Qui ad agendum admittitur, eſt ad excipiendum multò magis admittendus.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPOLLENT. Oldrad. conſilio 1. ſub numero 19. & inibi apoſtill. Menoc. recuperand. poſſeſſ. remed. 1. ſub numero 141.

(b) DINVS. Quanquam Dino ſubſcribere videatur etiam Oldrad. conſilio 1. in fin. contrariam tamen ſententiam Bart. in l. ſi coloni C. de agric. & cenſit. lib. 11. aſtruit & Alex. in l. naturaliter §. nihil commune, numero 15. cum ſeq. ff. de acquirend. poſſeſſ. & communiter alij ſecundum Zaſ. ibidem, in verſ. 2. fallit. Menoch. vbi ſuprà, numero 138. quamuis ille ibidem numero 148. ſubtiliter eam aliter declaret.

Poſſeſsionem amittere.

POſſeſsionem amittere, & amittere actionem competentem ad poſſeſsionem recuperandam, paria ſunt. per l. Qui actionem. ff de regul. iur. Et idem probatur ex notatis per gloſſam in l. Finali. Cod. vnde vi. in verſic. Quod non ſuum eſt, vt notatur per Bartolum in l. Gallus. §. Videndum, in fine. ff. de liber. & poſthum. Et D. Carolus Ruinus in ſuis conſilijs, conſilio 161. incip. Præmittendum eſt, nume. 14 primo volum. conſiliorum.

Poſthumus.

POſthumus naſcitur mortuus, & poſthumus iam iam certo certius eſt moriturus, paria (a) ſunt. Ita tenet D. Hipp. de Marſilijs, in ſuis conſilijs criminalib. conſilio 10. num. 36. 1. volu. conſiliorum, quia (vt inquit) talis poſthumus non rumpit (b) teſtamentum. Atque hunc caſum dicit fuiſſe de facto Bononiæ ita iudicatum. Ideoque hoc dictum pro notabili refert, & ſequitur D. Felin. in ca Sicut ex tua. circa finem, extra de homicid. Et pro eo facit etiam quod dixit Paulus de Leaza. in Clement. Paſtoralis, de re iudicat. vbi dixit, quòd paria ſunt: Aliquem eſſe iam condemnatum, & eſſe proximè condemnandū, (c) quem

Digitized by Google

etiam refert & ſequitur D. Felin. in cap. fin. in princ. extra, de iudic. Item pro iſtis optime facit, quòd ille qui eſt lethaliter vulneratus, iam habeatur pro mortuo, ſecundum Bald. in l. 1. C. de nundi. Vbi etiam dicit, quod ſi quiſpiam alterum lęthaliter vulneraſſet bono die Veneris, aut in die Paſchæ, ſic vt ex eo vulnere poſt aliquot dies mors ſequatur, profectò ob illud homicidium æquè grauiter vulnerans puniendus eſſet, ac ſi is lethaliter læſus eodem die (d) Veneris aut Paſchę ſtatim ex eodem vulnere expiraſſet, nempe propter diei religioſam obſeruantiam aggrauantem, quo die lethale vulnus inflixum fuerat. Reliqua huic materiæ conuenientia videte apud D. Hippolit. loco ſupra allegato.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Franc. Marc. deciſ. 168. numero 6. lib. 1. Gomeſ. ad l. 13. Taur. ſub numero 4. Crauett. conſilio 210. numero 6. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1146. numero 7. vtrique commune probantes, & allegantes etiam Caſtrenſ. in l. 2. numero 3. C. de poſthum. hæred. inſtit. quem ſequitur ibidem & Sichard. numero 3. ſubdens aliud eſſe, ſi legitimo tempore (puta 7. 9. vel 10. menſe) ederetur partus, licet non eſſet vitalis: quia in primo caſu natura refragetur, in alio non. idemque latè Pariſ. pleno conſ. 56. præſertim numer. 5. & 9. libro 2. quem ſequitur & Maſcard. vbi ſupra, & concl. 1088. ſub numero 3. libro 2. Alc. conſilio 281. (incip. hac in quæſt.) numero 1. cum ſeqq. voluitque idem Alc. in l. qui mortui. ff. de verborum ſign. Gomeſ. vbi ſupra. Vigl. in § poſthumi. ſub numero 2. inſtit. de exhæred. liber. Afflict. deciſ. 236. numero 4. cum ſequent. Menoch. de arbitr. iudic. libro 2. caſu 89. numero 34. cum ſeqq. & conſilio 830. numero 10. cum ſeqq. Tichard. conſilio 51. numero 5. & ſeq. libro 1. alijque quos adducit nouiſſ. Sfort. Odd. conſ. 28. præſertim numero 10. libro 1. qui tamen latiſſ. poſt Dec. conſilio 623. numero 3. ibidemque apoſt. Boer. dec. 220. nūmero 2. alioſque, efficaciſ. rationibus, contraria omnia diluens, aſtruit natum in octauo menſe, cum ſpiritu, ac in cæteris partū perfectum, & ad nullum declinantem monſtrum vel prodigium, capacem eſſe vtriuſque ſucceſsionis.

(b) NON RVMPIT. Idem Marſil in repet. l. fin. nu. 160. ff. de iuriſdict. omnium iudi. Caſtrenſ. Sichard. Pariſ. Alciat. Vigl. & latiſsimè Marcus, vbi ſupra. Clar. ſent. lib. 3. §. teſtamentum. q. 45. nu. 3. Laur. Auenion. deciſ. 23 nu. 8.

(c) CONDEMNANDVM. Tiraq. ad leg. connub. gloſſ. 2. nu. 5. Diximus ſupra titul. in eſſe conſiſtere. verſus finem.

(d) EODEM DIE. Marc. deciſ. 570. numero 7. libro 2. in nouis. Blanc. in praxi crimi. §. ijs ſic præmiſsis, numero 97. cum ſequen. Reliqua ſuis locis.

Poſtulare.

Poſtulare, & Aduocare: Poſtulantes, & Aduocati in iure dicuntur eſſe pares. l. 1. §. Poſtulare. ff. de poſtulando. Huic accedit Canon, Infames. verſicu. Eſt autem poſtulare 3. q. 7. qui canon prędictis Gregorij nonam conſtitutionem ſubiungit in canone, Cum ſacerdotis, extra de poſtulando. De his etiam ipſe memini in meo pupillorum patrocinio, titulo, de tutorum & curatorum munere, ca. 2. folio. 4. num. 11. in poſtrema editione. Cætera repete ſuperius, Aduocatus.

Poſtulare ſine impetratione.

Non poſtulare, & poſtulare, ſed non impetrare, in iure æquiparantur. l. Sed ſi hac lege. §. Prætor ait. ff. de in ius vocando.

Potentia

Potentia ante actum.

P*Otentia antequam deducatur in actum, æquiparatur conditioni*. Bald. conſilio 105. (a) incip. Laudare, colum. 2. verſic. Sed quicquid lib. 2. Vnde interim non naſcitur obligatio l. 1. in fine. ff. de conditionib. & demonſtrat. Et l. Interdum. ff. de verb. obligat. Et l. Arethuſa. ff. de ſtat. homin. Sic à ſimili, licet ſponſalia non ob aliud fiant, quàm vt poſtea ipſum matrimonium perficiatur. (dicuntur enim ſponſalia, quaſi ſpes matrimonij, quæ in ſponſione conſiſtit) l. Si vxor. ff. de adulter. nondum tamen conſummatum matrimonium dicuntur. Præterea licet ſponſa ad id ſit deſtinata, deuotaque, vt vxor ſtatim fiat, ſuoque tradatur marito, nondum tamẽ vxor (b) eſt, nec matrimonium conſummauit. Nã, vt inter os & offam multa intercidere ſolent, ita quoque multa intercidere poſſunt, ne deſponſata vxor fiat, matrimoniumque perficiat: ſcilicet, aut matrimonium cum alio prius contractum, aut mors alterius: ſcilicet, aut ſponſi, aut ſpõſæ: aut alia impedimenta penè infinita, quæ ſubinde non tantum matrimonium contrahendum prohibent, verum etiam ſæpenumero contractum dirimunt.

ANNOTATIO.

(a) CONSILIO. 105. Eſt conſilio 195. ſub numero 1. ſequiturque Tiraq. de leg. connubial. gloſſ. 2. ſub numero 30.

(b) VXOR. Quanquam doctores varient, an ſponſa de præſenti dicatur vera vxor; tamen in hoc omnes conueniunt, quòd ſaltem de lata & larga interpretatione vxor dicatur, vt atteſtatur Schurpf conſ. 9. num. 10 in fin. centur. 3. qui ibidem ex nu. 7. cum ſeqq. perpellentibus rationibus contendit, etiam propriè vxorem dici. vt & Gaill. lib. 2. obſerua. 80. nume. 4. cum ſeqq. & pulchrè Couarr. de ſponſal. & matr. part. 2. cap. 1. numero 4. hac in re aſſerit, iura loquentia in matrimonio, vel aliquid ſtatuentia in marito & vxore, locum habere vbi contractus coniugalis præceſsit, etiam nondum ſequuta copula. quòd ſi quando iura ſolùm erunt intelligenda, in viro & vxore data commixtione carnali, & in matrimonio iam conſummato, id eſſe, vel ex communi vſu loquendi, ex legis intentione, vel ex alia ſimili ratione. atque ita reſoluenda eſſe omnia, quæ longè lateque, hanc in rem, adducunt Tira. qui ſupra. Feli. in Rub. de ſponſal. Chaſſen. ad conſuet. Burg. tit. 4. §. 6. in verb. *mariés*. alijque alibi. Atque adeo ſtatutum ſiue pactum de lucro dotis, habere etiam locum in ſponſa de præſenti, reſponderunt Schurpf & Gaill. vbi ſuprà. Viui. deciſ. 220. numer. 12. cum ſequentib. Soarez theſ. receptar. ſentent. in lit. D. numero 294 cum ſeq. & in lit. M. num. 56. cum ſeqq. qui tamen in lit. S. num. 158. nec ſponſam cõiugis, nec ſponſalia matrimonij appellatione, in odijs ac pœnis contineri, poſt Couarr. vbi ſupra. numeris 2. & 3. alioſque commune tradit voluitque Euerard. conſilio 143. numero 1. quamuis, cum ſponſa alterius de præſenti, adulterium committi poſt Clar. ſen. lib. 5. § adulterium num. 8. alioſque, receptum dicat ibidem Soar. de quo latè etiam Chaſſ. in d. verb *mariés*. numero 16. Gomeſ. ad l. 80. Taur. ſub numero 47. verſ. dubium tamen.

Preces.

P*Reces & precium (a) æquiparantur*. Quia (vt dici ſolet) cariſsimò cõſtat, quod precibus emptũ eſt. Quiſquis enim precariò aliquid conſequi debet, is illud ſatis magno precio emiſſe credendus eſt, vti confirmat Apuleius, lib. 3. floridorum, car. 2. Et Seneca epiſtola 47. incip. Libenter. Et Egid. de regimi.

princip lib.1.part.2.c.23. Et Cornoſanus in prœmio ſuorum prouerbiorum circa finem. Et Eraſmus in ſuis Chiliadibus.1. parte prouerbiorum 218. ibi. Emere malo quàm rogare Et Æſopus. Emptum longa prece ſorte magiſtrum. Refert idem Barbat. in cap cum dilecta column.15. de reſcript. Vnde & tritum hoc carmen: *Gratius eſt donum quod tulit ante preces*, gl. in c. Et ſi quotiens, verſicul. Non petenti. De ſimonia. Atque hinc etiam eſt, quod dicimus: Quod is, qui per longas aſsiduaſque preces beneficium ſolùmodo conſequitur, plerumque ſimoniam committat. Sed hæc certiora verioraq; eueniunt, in precibus ſuperiorum, quas Adrianus Papa ob dignitatis atque prælaturæ authoritatem vocat preces armatas, (b) in quodlibeticis, q.9. c. Quod ad ſecundum litera O. eſt car.88. Plura quoque de his meminit Io. Neuiza. in ſua ſylua nuptiali lib.4. folio lib. meo 72. colum.3.

ANNOTATIO.

(a) PRECIVM. De omnibus his latius Tiraquellus de retract. conuent. in præfat. nu. 23. dum (inter cætera) adducit Alber in l. fundi partem. ff. de contrah. empt. preces, quæ interdum adhibentur in venditionibus, in partem precij imputantem, vt maius precium cenſeatur datum. id quod tamen improbat Pinel. ad l.2. part.3. c.2. nu.18, C. de reſcind. vend.

(b) ARMATAS. Eraſmus Adagior. Chiliadis 5. cent.1. prouerb.46. & videantur annotata noſtra ſuperius, ſub tit. Minari. verſus fin.

Prædicare, Sacrificare.

P*Rædicare & Sacrificare parificantur*. c. Presbyteros qui 50. diſtinct. Sed infamis à ſacrificando repellitur. Nam indigno ſancta committenda non veniūt c. ſi quis verò non obediat, 11. quæſt.3. Ad idem cap.1.25. diſtinct. Ergo & à prædicando ſeu docendo. Proferens enim memorandi criminis labem nō habet lucidam magiſterij dignitatem, cap Sacerdotibus, in fine 61. diſtinct. Cuius etiam vita deſpicitur, neceſſe eſt, vt eius prędicatio contemnatur. §. Idem teſtantur, in fine, 3. quęſt.7. Vide gloſſam in verbo, Officia, ſuper articulo 10. tertij tractatus Io. de Terra rubea contra rebelles ſuorū regum, folio 108. colum.2.

Prælatus, & Vſufructuarius.

P*Rælatus, & Rector Eccleſiæ comparantur (a) vſufructuarijs*. Vti colligit D. Vdal. Zaſ. in l. hoc edicto, §. vſufructuarius, numero 8. ff. de operis no. nunciatio. Sed iſtud hoc loco notandum eſt. quod ibidem addit, & dicit, quod prælatus, & rector Eccleſiæ, poſſunt nunciare nouum opus, & agere (b) nomine Eccleſiæ, idque cum expenſis Eccleſiæ. Ita tenet Bart. in l. in prouinciali, in fine. ff. eo. de operis noui nunciat. & allegat Innoc. in cap. Conquerente, de off. ordina. cap. præſentium, de teſtib. lib.6. & c. Abbate ſane, de re iudicata. Dixi nomine Eccleſiæ quia nomine ſuo cum expenſis Eccleſiæ non poſſunt nunciare nouum opus, vel agere, niſi res illæ principaliter concernerent factum, vel officium Rectoris, vel Prælati, quod tunc mediatè etiam totam Eccleſiam concerneret, ſi membrum Eccleſiæ concerneret. Verùm hic oriri poſſet quæſtio: Quibus expenſis nunciabit vſufructuarius? in qua quæſtione vtendū eſt hac diſtinctione: Quod ſi ſint impēſæ

exiguæ

exiguæ, tunc vſufructuarius ad eas expenſas ferendas teneretur. Si verò eſſet lis magna, (c) & ſumptus enormes, tunc dominus proprietatis pateretur expenſas l. hactenus, in fine, cum l. ſeq. ff. de vſufructu. Et vt tutior ſit ab immenſo dãno, fructuarius poterit à domino petere expenſas, aut de expenſis certificari (d) velle, antequam litem ingrediatur, l. ſi verò non remunerandi, §. fin. ff. mandati. Et latius per D Vdal. Zaſ. loco ſupra allega. quem videte. Vide etiam infra, Rector.

ANNOTATIO.

(a) COMPARANTVR. Iaſon nu. 9. & inibi apoſtil. Alciat. ſub nu. 16. in adducto §. vſufructuarius ſed latius, ſub tit. ſeq.

(b) AGERE. Dum tamen ante omnia probent de ſua adminiſtratione: ea ratione, quod ſi non ſint veri rectores, ſententia pro reo lata nihil ſibi proſit aduerſus verum rectorem, vt poſt Caſtrenſ. conſilio 368. ſub numero 3. libro 1. alioſque, probat Maſcard. de probat. libro 2. concl. 580. numero 1. cum ſeq. & poſt Bald. conſilio 250. numero 1. & ſeq. libro 4. Ceph. conſi. 627. numero 5. & ſeq. Sed nec renunciare poſſunt exceptionibus Eccleſiæ competentibus, nec appellationi, vt poſt Dominic. conſilio 129. ad exordium. Alex conſ 22. ſub numero 9. libro 1. alioſque, tradit Tiraq. ad l. ſi vnquam. verb. largitus. ſub numero 175. C. de reuocan. donat. In quærendis enim non in quæſitis poſſunt Eccleſiæ præiudicare, Roman. conſi. 184. numero 1. cum ſequent Angelus conſilio 245. ſub numero 3. Dec. in cap. Eccleſia S. Mariæ, numero 241. de conſtitut. in cap. in præſentia, nu. 33. de probat. & conſ. 624. nu. 9. latè Natta conſilio 647 numero 10.

(c) LIS MAGNA. Alberic. in adducta l. hactenus. Roman. conſilio 230. verſ. in contrarium. Afflict. deciſ. 252. ſub numero 2. Gomeſ. variar. reſolut. tom. 2. cap. 15. numero 7. ad fin. alijque quos refert Pinel. ad l. 1. part. 2. ſub numero 68. C. de bon. mater. qui obtinere hæc aiunt, in habente vſumfructum ex diſpoſitione hominis; at diuerſum eſſe, in habente ex diſpoſitione legis. quanquam Pinel. inibi, ſequutus Alex. in l. ſi vir. ff. ad l. Aquil. diſtinctionem hanc reijciat; quæ tamen liquidò ſatis conuincitur, ex d. l. 1. in verbis. *Atque ita omnia agere tanquam ſolidum perfectumq; dominium eis acquiſitum fuiſſet.* Rectiùs verò Pinel. ibidem reprehendit & declarat ſententiam Gomeſij & aliorum vbi ſupra; quatenus, ſi litem ſuſtineat vſufructuarius reſpectu ſolius vſusfructus, ſubminiſtrandæ ſint expenſæ à ſolo vſufructuario, vt apud eum hæc atque alia latius.

(d) CERTIFICARI. Videatur Pinel. d. part. 2. nu. 72 in fin. poſt Caſtrenſ. in l. eum ad quem. ſub num. 2. vbi nouiſſ. Sichard. ſub num. 7. cum ſeq. C. de vſufr. alioſque.

Prælatus, Vſufructuarius, Vſuarius.

PRælatus ſecundum quoſdam in fructibus immaturis, & nondum collectis æquiparatur vſuario; ſecundum quoſdam verò vſufructuario. (a) Horum autem opinio, qui prælatum cum vſufructuario comparant firmatur per gloſſam ca. Duo ſunt genera 12. q. 1. gloſſa ſimilis in cap. Cum eſſes, de teſtament. gloſſa in cap. Præſenti, de offic. ordina. in antiquis. Illorum verò opinio melior eſt & ſanior, qua prælatus æquiparatur vſuario, & non vſufructuario. Nam ſicut vſuarius viuit, & alitur ex vſu fructuum, ita & prælatus ex ſolis Abbatiæ vel Eccleſiæ fructibus, ex bonis ali, viuere, & veſtiri ſolummodo debet, vt habetur & firmatur per gloſſam ſolemnem, in cap. Quia nos, extra de teſtament. gloſſam in cap. Vltimo. de pignorib. Vide de hac diſtinctione etiam latè Panorm. in repetit. cap. Cum eſſes. 8. colum. extra de teſtament. Quocirca ſi prælatus moriatur fructibus immaturis, is eoſdem non ſuos facit, ſed eoſdem ſucceſſori (b) relinquit.

ANNOTATIO.

(a) Vsvfrvctvario. Bart. in l. neque tutores. le&. 2. nu. 20. C. de procur. & conſ. 231. ſub nu. 1. Alex. conſ. 160. ſub nu. 4 lib. 6. Angel. conſ. 245. num. 5. in fin. & ſub nu. 6. & 7. Guid. dec. 110. nu. 2. VVeſenb. conſ. 37. nu. 17. Leon. conſ. 96. ſub 5. Meno. de præſump. lib. 3. præſ. 54. ad fin. & de arbitr. iud. lib. 2. caſu 344. in fin. & qui commune probat Soarez recept. ſentent. theſaur. in lit. C. numero 103. Alij diſtingunt vt in vita æquiparetur vſufructuario, in morte vſuario, gloſſ. in cap. fin. ad verb. reſeruari. de offic. ordina. in 6. Rota deciſione 232. de locat. in nouis. Afflict. deciſ. 168. ſub num. 2. Marc. deciſ. 445. num. 1. lib. 1. & deciſ. 197. numero 1. lib. 2. in nouis. Menoch. conſilio 39. numero 44. Laurent. Auen. deciſ. 107. num. 3. Burſat. conſilio 178. numero 19. & conſ. 360. numero 15. vbi communem probat, vt & latiſſ. Beilon. conſ. 3. nu. 2. cum ſeqq. idemque Caualc. deci. 44. nu. 5. & deciſ. 45. in addit. num. 70. in fin. ſentit Maſcard. de probat. concluſione 1160. numero 31. Verùm Socin. ſen. conſilio 52. nu. 8. in fin. cum ſeq. lib. 1. reſpondit, prælatum vel rectorem, licet certo reſpectu æquiparetur vſufructuario (vel potius vſuario, vt ille ibidem nume. 2. & ſeqq. magis aſtruit, vt & plerique ex adductis hic in principio) quò ad hoc ſcilicet, an faciat vel non faciat fructus ſuos: alio tamen reſpectu habere potentius ius, videlicet adminiſtrationis reſpectu; vigore cuius æquiparetur tutori & curatori, vt apud eum ibidem, & conſ. 15 numero 24. & conſ. 46. ſub nume. 3. eod. lib. 1. Rebuff. conſilio 95. (incip. caſus eſt talis) ſub verſ 2. probatur ſic. Viui. dec. 230. ſub numero 50. Roland. conſ. 18. num. 63. & 66. lib. 2. & latius hac de re Dec. in c. reprehenſibilis num. 25. de appell. Menoch. d. conſilio 39. nu. 6. 34. & 64. Couarr. ad c. 1. ſub nu. 9. de teſtam. Crauett. conſilio 323. ſub num. 1. Socin. in l. legatum. ſub init. de legat. 2. Imol. in c. fin. de pecul. cler. vbi, alibi etiam procuratori æquiparari probat, vt & Angel. d. conſilio 245. ſub nu. 2. & 8. Viui. d. deciſ 230. d. numero 50. Molin. ad conſuet. Pariſ. §. 30 quæſt. 14. ſub nu. 74. (dum ſuſtinet prælatum contrahendo aut delinquendo ad inſtar procuratoris aut tutoris non poſſe præiudicare eccleſiæ, id quod ſequitur & Menoch. recuperand. poſſeſſ. remed. 9. quæſt. 10. de quo & Alciat. conſilio 14. ſub numero 1. cum 15. & extenſè Tiraquell. de retr. conuent. ad fin. num. 1. 2. 11. 14. 15. 19. & 20.) non tamen propriè dici procuratorem, comprobat latè Schurpſ conſ. 48. ſub nu. 9. cent. 1. ſentitque Matheſ. ſing. 191. ſed & Imo. vbi ſupra, ſubijcit, nihil horũ præcisè poſſe æquiparari; ſed clericos habere in beneficijs, aut eorum reditibus, poteſtatem à iuris diſpoſitione limitatam. quod, & aliorum opinionibus in hanc rem relatis, explicat latius Couarr. in cap. cum in officijs ad exordium, de teſtam. & variar. reſol. lib. 1. cap. 15. numero 12. multis differens de conſuetudine ſuccedendi clericos ex teſtamento vel ab inteſtato vt & Marc. vbi ſupra. Coraſ. ad l. diuortio §. ex contrario numero 4. cum ſeq. ff. ſolut. mat. Bellon. d. conſilio 3. numero 9. Laurent d. deciſ. 107. in fin. Burſat. d. conſilio 178. nu. 5. conſilio 226. ſub numero 85. cum ſeqq. & conſilio 461. ſiue vlt. in 1. reſponſo.

(b) Svccessori. latè poſt Bart. d. conſ. 231. nu. 2. alioſque, Bell. d. conſ. 3. nu. 5 & 13. Adeo vt ſi prædia dignitatis ſuæ, nomine proprio (non eccleſiæ) locârit, ſucceſſor locationi ſtare non teneatur, Panor. in c. audientiam nu. 2. de reb. eccl. non alienand. Bart. conſilio 63. num. 3. & d. conſilio 231. nu. 3. Ang. d. conſ. 245. num. 6. Franc. de Ramp. inter conſ. Calder. conſ. 1. & 7. de loc. & cond. Rota dec. 232 cũ ſeq. in nouis. de loc. & cond. Ferr. in form. lib. quo agit. ad ſcti preſt. verb. ſoluere. nu. 6. Marc. dec. 102. nu. 2. dec. 294. lib. 1. dec. 20. & dec. 196. lib. 2. in nou. Alex. d. conſ. 160. num. 4. Socin. d. conſ. 52. ſub nu. 7. Cardin. Put. dec. 181. lib. 1. ſentitque Leonin. d. conſ. 69. numero 5. Viui. deciſ. 141. nu. 5. copioſè Meno. conſ. 935. nu. 12. cum ſeqq. Burſat. conſ. 213. nu. 15. Surd. deciſ. 33. nu. 7. deciſ. 299. nu. 4. & latius deciſ. 326. nu. 6. 47. 73. & ſeqq. Caualc. d. deciſ. 44. numero 4. in fin. cum ſeqq. limitans num. 23. 24. 27. & 30. cum ſeqq. pleniſſ. Maſcard. de prob. concluſ. 1121. vbi numero 10. poſt Panorm. in cap. vlt. ſub nume. 6. & 7. ne præl. vic. ſuas. alioſque, ampliat etiam, vt quod poſt mortem prælati, intereà

Digitized by Google

tereà dum vacârit dignitas, conductor receperit, id ſucceſſori reſtituere compellatur. idem que poſt alios Schenck in cap. vnic. ſub numero 2. qui ſucceſſ. feud. dar. teneant. Caual. (commune probans) d. deciſione 44. ſub numero 7.

Vſufructuario quoque æquiparari emptores gabellarum, acciſiarum, aut vectigaliũ, probat, poſt Bald. in l. 2. in fin. C. de ver. ſignif. Dec. in c. cum M. Ferar. nu. 17. de conſt. & conſ. 4. ſub nu. 2. vbi omnes leges de vſufructuarijs loquentes, ijs accommodari ait. idemque Leon. conſilio 69. numero 6. Decian. conſilio 87. numero 12. lib. 2. & hoc quatenus par eſt ratio, vt tradit apoſt. ad Dec. in d. c. cum M. Penſionarium itidem vſufructuario æquiparari, ſcribit, poſt Gigantem de penſion. quæſt. 38. nu. 2. q. 49. nu. 1. & q. 52. nu. 4. alioſque Meno. conſ. 72. nu. 6. Bero. conſ. 138. lib. 1. Couar. d. lib. 1. var. reſ. cap. 15. numero 13. diſcutiendo latius.

Præſentem eſſe.

P*Ræſentem eſſe, ſed cum difficultate poſſe adiri, & non præſentem eſſe, paria ſunt.* ita Bart. in l. in contractibus nu. 14. C. de non nume. pecu. Vide ſupra, Adeſſe.

Præter.

P*Ræter, & Contra, vel Citra, vel Siue æquiparantur, (a) præſertim (b) vbi aliquid pro forma datum eſt.* Gloſ. in verbo, præter, in c. ſi cui. de elect. in 6. Abbas in cap. cauſam quæ, nume. 7. extra de ſentent. & re iudicat. Sic quoque dicimus: Præter bonum & æquum, præter bonos mores, præter animi ſententiam, præter meritum &c id eſt, contra bonum & æquum, animi ſentẽtiam, meritum, contraque bonos mores, &c. Sed iſta Grammaticis relinquo.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARANTVR. Feli. in adducto c. cauſam quæ, nu. 4. & latius, in c. cum dilecta, ſub nu. 6. verſ. amplia 1. de reſcr. Præpoſit. in c. conſuetudo. ſub nu. 1. diſt. 9. Dec. in c. prudentiam, nu. 21. & ſeqq. de offic. deleg. Sic idem ius eſſe, ſiue contra formam mandati, ſiue præter, ſiue citra vel vltra fiat, probat & exemplis latè commonſtrat Burſatus conſilio 395. ex numero 14. vſque ad 24. latè item Tiraquellus ad l. ſi vnquam. verb. libertis. ſub numero 59. Cod. de reuocand. donatio. Sic & actum viciari, non ſolum ſi contra, ſed etiam ſi præter formam fieret, tradit Viui. deciſione 335. ſub nu. 4. poſt Io. And. in d. c. prudentiam. alioſque, Surd. dec. 187. nu 4. & dec. 209. num. 7.

(b) PRÆSERTIM. Imo in alijs caſibus, vbi forma data non eſt, iſta differunt: quemadmodum epiſcopus poteſt quidem ſtatuere præter ius, contra non item, gloſſ. in Clement. ne Romani, in principio, de electio. docent Doctores, vbi ſupra, præſertim Dec. in d. cap. prudentiam, numero 27. cum ſequentib. alijs etiam exemplis confirmans.

Princeps, & Senatus.

P*Rinceps, & Senatus parificantur.* vt latius infra breuitatis cauſa videre poteritis, ſub Cap. Senatus, &c.

Princeps, & Fluminum impetus.

SCire parum, & ſcire nihil æquiparantur. pro quo facit cap. licet cauſam, in §. Quanquam, in verbo, Nulla vel modica De probat. Et textus, inſtitut. de l. Falcid. circa principium, in verbo, pro nullo aut minimo lucro. Huic ſeruit glo. in §. penultimo, in authentic. de inſtrumento, cau. & fide, in verbo. Inter quos ad finem, quod nihil ſcientis & parum ſcientis æqualis ſit conditio, &c. Huius etiam meminit D. Hippolit. de Marſilijs in ſua practica cauſarum criminalium, in §. Et quia, numer. 6. folio lib. mei 131. In huiuſmodi quoque parum vel potius nihil intelligentes paſtores acriter inuehit ipſe propheta Eſaias 56. cap. Speculatores (inquit) eius cæci, omnes canes muti, non valentes latrare. Et poſt pauca ſubiungit: Ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam &c. Cæterùm quando dicimus parum ſcire, & nihil ſcire eſſe paria, his ſerijs aptari quoque poterit non infeſtiuus iocus, de quodam clerico mendico & paupere, qui cum ab Epiſcopo quodam eleemoſynam peteret, miſerandum ſeſe pauperem clericum eſſe aſſeruit. Cuius Epiſcopus miſertus ipſum compellare cœpit, cuias eſſet, vbi ſtuduiſſet, cuius fortunæ haberet parentes, & ſimilia plura: tum hic ſimulatus clericus pudefactus, & Epiſcopi longa oratione & percunctatione attonitus, nihil ad Epiſcopi interrogata reſpondere potuit. Epiſcopus admirans tam audacis, & effrontis ſilentium, rogat cur non reſponderit, & an interrogata non intellexerit, quod vbi Gallica lingua comprobaſſet, eundem effrontem, Epiſcopus obiurgat, & qua fronte ſeſe pro paupere clerico vendicaret, qui ne Latinè quidem fari potuiſſet, interrogat: Ad quòd is, ſcilicet clericus, Epiſcopo facetè materno ſuo idiomate reſpondit: Dixi inquit mi Domine me pauperem eſſe clericum, quòd verum eſt, nam tantò ſum clericus pauperior, quantò clericus ſum imperitior & indoctior. quo lepido dicto Epiſcopus placatus ſuo clerico ſtipem largiebatur, ipſumque cum riſu dimiſit.

Scire debere.

SCire & ſcire debere, quantum ad obligationem in iure ſunt paria. l. Magiſtrali. & notanda, quæ plerunque ad hoc allegatur. Quod te, in fine, & ibi gloſſa. Alber. de Roſate, Bartol. Bald. Angel. Salycet & propè omnes. ff. Si certum petatur. Et l. Si duo, & ibi Albericus & Angelus. ff. de acquir. hæred. Ex quibus ipſe Angelus dicit paria eſſe: Scire, & facilè ſcire poſſe. Et l. Si Titius (a) & Seia, in principio. ff. de fideiuſſorib. Et l. Iulianus, quæ eſt penultima ibi, qui ſciret aut ſcire potuiſſet, & ibi Alberic. ff. Ad S. C. Macedon. Et l. Quiſquis, & ibi gloſſ. vlt. ff. de reſcind. vend. Et l. Idem. §. mulionem ibi. Intelligit, vel intelligere (b) debet. ff. Ad l. Aquil. Et l. Qui fundum §. Seruus, & ibi Dynus & Albericus, ff.

Pro

Pro emptore. Et l.1. C. de pericul. tutor. Et l. Prohibere. §. vltimo, & ibi Albericus. ff. Quod vi aut clam, & gloſſa in l. Mora. in verbo. Difficilis, poſt principium, & ibi Salycetus column. 3. verſicul. Proſequor alia verba. ff. de Vſur. Huic ſententiæ addendus eſt textus, quem non ignorant aduocati practici, quoniam eo quotidie vtuntur, in l. Si quis inficiatus. ff. depoſiti. Et D. Philippus Decius, eadem l. Quod te. Notatur idem etiam per gloſſam in l. Qui cum alio contrahit. ff. de regu. iur. in fine, in verbo eius, dum dicit, parem eſſe culpam, Scire ſe obligatum eſſe, & ſcire debere ſe obligatum eſſe. Vnde ſicut denunciari (c) poteſt, ille qui ſcit ſe debitorem, ita & ille qui ſcire debet ſe eſſe debitorem, vt notat Bald. in Authentica. Ad hæc, column 4. C. de vſur. Et Petr. Iacob. titul. de action. ex empto. melior & æquior. column. vltima in princip Et Bald. in l. Qui contra. Cod. de inceſt. nupt vbi dicit eum haberi pro ſciente, (d) qui non vult ſcire. Plura apud D. Andream Tiraquellum, quem tempore & loco opportunis conſulere poteris, in ſuis commentarijs admodum ſolemnibus de vtroque retractu. Titul. *du retraict lignagier*. §. 12. *Transporte la choſe à aultre*, gloſſa. 1. num. 9. De hac quoque neceſſariò requiſita ſcientia & ipſe memini in meo Pupillorum patrocinio, titul. de tuto. & curato. munere. cap. 9. folio 47. verſo. num 72. & folio 51 etiam verſo. num. 112, in poſtrema editione. Cętera require ex ſuperiori capite incipiente: Eſſe, & eſſe debere. Porro de iſto titulo Theologi à Iuriſperitis nonnihil variant, & de eo ſecus ſentiunt Theologis (e) enim ſcire debere, & neſcire, prorſus idem eſt cum ignorantia quam craſſam vocant, & ſupinam, quæ adeo à delicto non excuſat, vt id magis aggrauet, nempe quòd id ſcire aut præuidere potuiſſet, ſi aut voluiſſet aut ſi non obſtante inertia omnino libuiſſet. De huiuſmodi loquitur Propheta Dauid Pſal. 35. Noluit intelligere, vt bene ageret. Vnde timendū eſt quod nos apud Chriſtum iudicem non excuſabit ignorantia Dei, voluntatis Dei, legis diuinę, præceptorum Dei, articulorum fidei, ſacramentorum Eccleſiæ, & omnium eorum, quæ ſalutem noſtram directè concernūt. Nam ea Chriſtianus omnis meritò ſcire tenetur, niſi à ſua profeſsione prorſus alienus exiſtere malit.

ANNOTAT.

(a) L. SI TITIVS. Per hanc l. & l. ſi quis domum. ff. loc. & l. Lucius, § rogatus. ad Trebell. reſpondit Dyn. conſilio 52. numero 7. paria eſſe, prouidiſſe futurum caſum, & prouidere potuiſſe, etiam ſi de damno vitando agatur. Plura autem ad præſens axioma diximus ſupra. tit. Eſſe certum & debere eſſe certum.

(b) INTELLIGERE. Sic paria eſſe, intelligere. vel intelligere debere, ſcribit Reb. ad l. latæ culpæ, verſ. adhæc non placet. ff. de verb. ſignif. Sic quoque paria eſſe, factum quid eſſe, vel fieri debuiſſe, tradit poſt gloſſ. Dec. numero 4 in l. 1. per illum text, ibidemque Iaſon nu. 5. & de his etiam latè agens Sichard. ſub nu. 4. C. de tranſact. Crauetta conſ. 376. nu. 6. 12. 20. & ſeqq. Viui. dec. 34. ſub nu. 5.

(c) DENVNCIARI. Dec. in adducta l. qui cum alio. ſub numer. 10. vbi poſt. Sarayn. probat etiam eſſe paria, timere, vel timere debere: & exiſtimare, vel exiſtimare debere: idemque Luc. de Penn. in l. ſi tempora. verſic. hic & præſumitur. in fin. de fid. inſtr. C. lib. 10.

(d) PRO SCIENTE. Nolle ſcire æquiparatur ſcientiæ, inquit Cepha. conſi. 444. nu. 12, ſentitque Crauetta d. conſ. 376. ſub num. 7. Laur. Auenion. dec. 33. ſub nu. 8. poſt Tiraq. de

Digitized by Google

retract.proxim.§.15.gloſſa 4.ſub num. 28.vbi voluit ignorantiam affectatam ſcientiæ comparari.id quod poſt gloſſ.in c.eos,verb.affectata.de tempor,ordin.in 6, & in clement. 1.verb. ſcienter.de conſang.& aff. Iaſon in l.ſi ſeruus plurium. §.ſi quis ante, numero 8. ff. de legat.1. Marſil.in l.qui ignorans,numero 19.& in l qui falſam numero 89. ff. de falſ. alioſque, probat Gaill lib 2.obſer.48.numero 18.Maſcar.de probat.concl.879 numero 31.exactiſſ. Tiraq. de pœn.temperand cauſ.13 numero 21.cum ſeqq accedit Roman.conſ.481.num.8.ibidemque Mand.& Rebuff,vbi ſupra

(e) THEOLOGIS. Theologorum hac in re ſententiam explicat ferè Tiraq. d. cauſa 13.ſub num 22.idem tamen de iure aſſerens,ignorantiam ſcilicet craſſam & ſupinam ſcientiæ æquiparari.id quod poſt Roman.conſilio 340.in fin. Marſil.in d.l. qui ignorans, numero 18. & in d l qui falſam,numero 88.probat & Cephal.conſilio 350.numero 6. & conſ 354.nu 27. & Gaill d.obſer.48 numero 15.& poſt alios Burſat. conſilio 118. ſub numero 13 qui conſilio 332.numero 12.etiam copioſè probat, ignorantiam craſſam eius quod notorium eſt non excuſare.Quæ autem dicatur ſupina ignorantia,tractat Sfor.Odd. de reſtit.in integ. part.1.q.8. art.10.nu.50.cum ſeqq.

Scire poſſe.

S*Cire, & ſcire poſſe, ſunt in iure paria.*(a) l. penultima ff.ad Macedon. notat Baldus per illum textum,in l.ſi duo. ff.de acquiren.hæred facit textus in l.qui contra. Vbi Baldus.Cod.de inceſt nup. in cap.2.cum gloſſa,de tempor.ordin.in 6. Philippus Decius in l.Qui cum alio contrahit ff.de reg iur.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Luc de Penn.in l.ſi tempora.verſ.ſic & præſumitur.de fide inſtrum.C. libr.10.explicat Maſcar.de probat.concl.1002.num.37.38.ſentitque Gramma. deciſ.103.nu. 37.Ceph.conſ.354.nu.4.

Scire poſſe facilè.

I*Am ſcire, & facilè ſcire poſſe, paria* (a) *ſunt.* Angelus in l.Si duo ff.de acquirend hæred cum dicit, paria eſſe:Scire rem, & rem facilè ſcire poſſe. Ita D. Vdalric. Zaſ. vir inter iuris interpretes maximi nominis, in l. Si per errorem. ff. de iuriſdict. omnium iudic. pagina. 152. numero 30.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Tiraq.de retract.proxim.§.12. gloſſ.1.ſub numero 9.VVeſenbech. conſilio 8.ſub numero 16.Cephal conſilio 354.numero 18.Viui.deciſione 34.latè Decian conſilio 10.numero 38.& conſilio 18 numero 154.lib.1.etiam in delictis, ſecundum Burſat. conſilio 404.numero 28.poſt Iaſ.latius declarantem,in l.quod te.numero 10.ff ſi cert. pet.

Scribere apocham.

S*Cribere ſibi ſatisfactum eſſe, & obligatoriam ſcedulam cancellare, paria ſunt* argumento, l. Nihil intereſt, & ibi Bartol. numero 1. ff. de adimend. legat. vide etiam ſupra, Cancellare.

Subſcribere.

Scribere

SCribere totum manu propria, & alterius ſcripturæ manu propria ſubſcribere, (a) *paria ſunt*. Vel ſic: Schedula hæc tua manu tota ſcripta eſt, & ſchedula hæc ſcripta manu alterius, tua ipſius manu ſubſcripta eſt, paria ſunt, l. Cum antiquitas. C. de teſtament. & Raphaël Fulgoſius in l. Scripturas nu. 2. C. Qui potio. in pigno. habeant. Vide etiam paulò inferius, Subſcribere.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Iaſon in l. emptor. §. Lucius, numero 2. cum ſeqq. ff. de pact. in l. prætor ait, §. cogentur. ſub num. 3. & 14. ff. de edend. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus. à numero 2 vſque ad 8. ff de verbor. oblig. & in auth. ſi quis in aliquo, numero 4. ibidemque Dec. num. 16. cum ſeqq. C. de edend. Felin. in c. 2. ſub numero 6. de fid. inſtrum. latè etiam Marſil. in rubr. C. de probat. numero 295. ad conſtit. reg. tomo 1. tract. de chirograph. & ſcedul. recog. arti. 2. numero 9. Bertrand. pleno conſilio 59. libro 1 per Portan. Molin. conſi. 31. numero 10. cum ſeq. & ibidem Lud Boyſſet conſilio 33. numero 8. Ripa reſpon. ſ. 3. numero 4. tit. de accuſ. in nou. Couarru. pract. quæſt c. 22. ſub numero 4 VVeſembech. conſilio 29. ſub numero 38. cum ſeq. Roland. conſi. 44. numero 30. libro 1. Natta conſ. 287. numero 4. ſentitque idem Natta conſilio 551. numero 4. Pariſ. conſilio 47. numero 6. & conſilio 101. num. 57. lib. 1. Gramm. conſ. 47. numero 2. cum ſeq in crim Schurpf conſ 17. numero 11. cum ſeqq. cent. 1. Menoch. conſilio 450. numero 1. conſilio 561. ſub numero 28. cum 38. & conſilio 553. num. 15. Decian. conſilio 30. numero 20 libro 1. & conſilio 39. numero 89. cum ſeqq. libro 2. Valaſc. (declarans etiam) dec. 67 numero 8. cum ſeqq. & deciſ. 52. numero 20 in fin. Surd. deciſ. 265. numero 16. & in pulchra quæſtione Strach. de mercat. tit. de adiecto. q. 10. numero 5. verùm id impropriè & perfectionem obtinere trad unt Iaſon & Molinæ. vbi ſupra. Salycet. in authentica, contra qui propriam. numero 3. C. de non numera. pecun. Alc. in d. §. Chryſogonus. Menoch. libro 3. præſumpt. 66. ſub numero 9 alij verò, communiori calculo, etiam propriè ac verè procedere ſentiunt, vt teſtatur Bertrand. d. conſilio 59. ſub numero 5. Dec. in d. auth. ſiquis in aliquo numero 17. Tiraq. de leg. connubial. gloſſ. 7. ſub numero 194. Zaſ. in d. §. Chryſogonus. numero 3. & qui auctorem hic quoque citat pleniſſ. Maſcard. de prob. concluſ. 1341. hinc inferentes ad ſtatutum, quòd conſcripta manu propria ſcriptura habeat executionem paratam; vt obtineat & in ſcriptura aliena manu exarata debitoris tamen manu ſubſcripta: idque probat & Natt. d. conſilio 287. ſub numero 4. Alc. & Schurpf vbi ſupra. Decian. d. conſilio 30. numero 21. Soarez recept. ſent. theſ. in lit. S. numero 213. & poſt Gabriel. de præſumpt. concluſ. 3. numero 7. commune probantem, alioſque Burſat. conſilio 39. ſub numero 24. Rebuff. d. tract. de chirog. & ſched recog. in præfat. numero 53. cum ſeq. & in l ſubſignatum. verſ. itaque ex tex. de verb ſignif. quin & in pœnalibus diſpoſitionem d. auth. contra qui propriam, vel aliam quamlibet punientem ſcripturam propriam abnegantem, procedere & in ſubſcribente, aſſerunt. id quod admittit & confirmat etiam Menoch. in d. præſumpt. 66. numero 8. qui hæc omnia explicat declarat & limitat latius, vt & Zaſ. Rebuff. & Maſc. vbi ſupra.

Sic quoque paria eſſe; contractum ſcribere, ſubſcribere vel ſigillare, reſpondit ex ſententia Roman. conſilio 303. numero 2. VVeſenbech. conſilio 12. numero 10. voluitque Crauett. de antiq. tempor. part. 1. partic. incip. quæritur etiam numero 44. & poſt Marſil. d. rubr. Cod. de probat. ſub numero 300. Maſcard. de probat. libro 1. concluſ. 491. numero 2. & libro 3. concluſ. 1294. numero 26. cum ſeq & poſt Boer. dec. 242. ſub numero 6. alioſque Burſat d. conſilio 39. numero 26. Cantiun. conſilio 1. numero 63. Menoch. de arbitrar. iud. libro 2. caſu 113. numero 10. Alc. in d. l. ſubſignatum. Surd. (declarando) deciſ. 137. numero 2. ſentitque Io. Gall. deciſ. 234. & 333 Molin. ad conſuet. Pariſ. §. 3. nu. 12. Pariſ. conſilio 19. numero 108. cum ſeqq lib. 2.

Gaill

Digitized by Google

Gaill libro 1. de pace publ. c. 15. numero 13. cum ſeqq. Rebuff. d. tomo 1. tract. de lit. oblig. art. 1. gloſſa 7. ſub numero 9. & in d. præfat. numero 61. dum volunt ſigillum perinde ac ſcripturam propriam debere recognoſci, eamque recognitionem plenè probare. qua de re latè etiam Marc. dec. 989. in princ. libro 1. & Surdus d. conſilio 39. numero 27. quin etiam plus operari ſigillum quàm ſubſcriptionem. ſcribit poſt Crauett. d. part. ic. incip. quæritur etiam. ſub num. 44. alioſque, VVeſembech. conſilio 14. ſub numero 3. & Maſcar. de probat. conclu. 1302. ſub numero 16. qui ibidem etiam, ſub numero 31. poſt Oldrad. conſilio 100. ſub numero 5. dicit, ad fidem rei geſtæ faciendam æquiparari inſtrumentum publicum & ſigillum. idemque poſt Fabr. in §. poſtumi. numero 1. verſus finem, inſtit. de teſtam. tradit Marc. d. dec. 989. numer. 4. Schurpf d. conſilio 17. ſub numero 13. exactiſſ. autem hac de re VVeſemb. vbi ſupra, & poſt Menoch. vbi ſupra, & Gabr. de præſ. concluſ. 4. Maſcard. d. concl. 1302. concl. 990. & concluſ. 1003. accedit Ming. ad conſuet. Andegauenſ. part. 15. art. 472. ad exord. & Viui. deciſ. 54.

Scriptura de facto.

R*Eperitur ſcriptum quoddam, te hoc feciſſe, & tu hoc ipſum ſcripſiſti, vel ſcribi feciſti te hoc feciſſe, in iure ſunt paria.* vt eſt textus notabilis, & ibi notant Bartolus & Baldus, in l. Ne in arbitris. (a) C. de recept. arbit. quod paria ſunt, quod ſit ſcriptum, quod quis iurauit vel quòd ſcripſerit, aut ſcribi fecerit ſe iuraſſe. Atque idem quoque probat Carolus Ruinus in ſuis conſiliis, conſilio 16. incipiente. Circa illud, num. 6. volum. 5. conſiliorum.

ANNOTATIO.

(a) L. NE IN ARBITRIS. Ex hoc textu, aliter Zaſ. conſilio 6. num 8. & 10. lib. 2. quem ſequitur VVeſembech. conſ. 27. numero 9. probat ſcripturam priuatam recognitam & confeſſatam æquiparari publico inſtrumento. vbi tamen Zaſ. ſub numero 26. reſpondet ad hoc ſemper micam ſalis addendam, dum ſeruata ſit iuris ſolennitas. ſed de his latius apud pleroſque, quos ſub præcedenti axiomate citauimus.

Scriptura obſcura.

N*On ſcribere, & ſcribere obſcurè. Item, Non exprimere, & exprimere confuſè aut dubiè paria (a) ſunt.* l. Non intelligitur, in principio. Et l. Ita fidei. ff. de iure fiſci. vbi id palam relictum & datum non intelligitur, hoc eſt, quòd ita relinquitur & datur, vt ex tam obſcuris verbis ſciri non poſſit, ex teſtamento, quid, quantumuè relictum ſit, & datum. Huius rei latiùs meminit D. Andreas Tiraquellus, in ſuis commentariis. De vtroque retractu, titulo, *Du retraict lignagier.* §. 36. *Notiffier, au greffe,* gloſſa 1 numero 35.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Oldrad. conſilio 82. ſub numero 5. Molinæ. conſilio 30 ſub numero 24. late Menoch. conſilio 112. numero 12. & conſilio 333. numero 13. voluitque Caualc. deciſ. 39. numero 44. Sic itidem paria eſſe, quòd expreſſa cauſa non ſit, vel expreſſa, ſed non apertè, certitudinariè & intelligibiliter, ſcribit Alex. conſilio 182. ſub numero 5. libro 2. Marſil. in rubr. ff. de fideiuſſ. ſub numero 338. Viui. dec. 34. ſub numero 3. videatur tamen Alexander conſilio 83. numeris 6. & 8. libro 1. & latius ſupra, ſub tit. Dicere obſcurè.

Seditio

Digitized by Google

Seditio.

R*Ealis ſeditio par eſt cum partialitate.* Vide ſupra, Partialitas.

Semper.

S*Emper & Perpetuò, vt apud grammaticos habentur ſynonyma, ita quoque in iure habentur paria, idemque importare (a) cenſentur.* vt habet gloſſa, in verbo Semper, in procemio inſtitutionum. Et quæ habentur in l. 1. ff. Solut. matrim. Et in l. Semper. ff. de iure immu. Ita tenuit Petr. Paul. Pariſius, in ſuis conſilijs, conſilio 53 nu. 33. in 3. parte ſuorum conſiliorum.

ANNOTATIO.

(a) IMPORTARE. Menoch. conſ. 706. num. 36. Quomodo autem pro ſubiecta materia accipiantur, explicat latiſſ. Rebuff. ad l. non eſt ſine liberis. verſ. & ſic. de verbor. ſignificat. Coraſ. poſt alios, ad l. 2. ſub numero 13. cum ſeq. ibidemque Zaſ. verſ. coll. ex textu. ff. ſol. matrim. accedit idem Zaſ. conſilio 3. numero 64. lib. 1. Cantiunc conſilio 28. numero 19. Capyc. deciſione 57. numero 5. Rom. conſilio 123. numero 2. in fin. Menoch. conſilio 244. numero 22. cum ſeq. & extenſiſſ. d. conſilio 706. numero 31. cum ſeqq.

Senatus ſupremus.

S*Enatus ſupremus æquiparatur (a) Principi, & contra. potiſsimum in concedendo, & in non appellando.* vt notat Angel. in §. Cum autem, nume. 4. inſtitu. Quib. mod. ius patriæ poteſtat. ſoluitur. Et l. 1. §. Sciendum eſt, iuncta ibidē gloſſa. ff De quib. app. non licet A neutris (b) enim iſtorum ſententijs appellari licet. Hi etiam ęquiparātur, in l. Quod principis ff. de aqua plu. arcend. Item in l. Quominus, & ibi notatur in gloſſa. Non permittitur. ff de fluminib. Et etiam in l. 1. §. De qua autem, & ibi notatur. ff. de poſtuland. Eadem etiam comparatio notatur per gloſſam, & Doctores in, l. Non ambigitur. ff. de legib. vbi Princeps & Senatus rectè parificantur. Quinimo & quiuis Magiſtratus in ſummis periculis, (veluti ſi hoſtis repentinus ingruat, ſi fluminis, aut maris exundatio contingat, ſi famis aut peſtis neceſsitas premat, &c.) ſub pœna præcipere, & mandare neceſſaria ex tempore poteſt, nec eſt qui tunc horum iuſsis parere non debeat, nec poterit quiſquā in eo diſcrimine per appellationē tergiuerſari, reluctari aut nō obedire, non ſecus quàm ſi ea iuſſa fuiſſent à Principe. Nam talis appellatio prorſus eſſet inualida & temeraria. Reliqua vide ſupra, Appellare fruſtra, vel indebitè.

ANNOTAT.

AEQVIPARATVR. Dec in l. 1. num. 6. ff. de offic. eius. & conſilio 200. in fin. Marc. dec. 358. ſub numero 2. libro 2. Rolan. conſilio 70. nu. 17. lib. 1. Surd. dec. 91. ſub nu. 4. Alc. in l. imperium, nu. 113. in fin. vbi num. 117. addit, in quibuſdam tamen, maiorem eſſe principem ſenatu, ff. de iuriſdict. omn. iud. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſu 68. nu. 12. cum ſeqq. pulchrè ex omni antiquitate, ſecundum diuerſitatem temporum, auctoritatem ac poteſtatem ſenatus Romani eruens. ac dum Purpur. in d. l. 1. numero 57. poſt Guid conſ. 72. ſub num. 2 docet, ſenatum Delphinatus eam habere auctoritatem, quam antiquus ille Romanorū obtinebat, nempe vt principis perſonam referat; id quod reſpondit & Crauett. conſ. 144. num. 10. declarat id Menoch.

Menoch ibidem numero 32. In aliquibus tantùm contingere nam noſtri temporis ſenatum, ex legis præſcripto non iudicare, ſed ex æquitate, & ſola veritate inſpecta, vt ipſe princeps facere conſueuit, prout ille ibidem probat latius. addens in hoc defendi poſſe Grauett. dum conſi 198 numero 7 ſcribit, ſenatum etiam hodie repræſentare perſonam Principis, & habere facultatem condendi legem nam verum hoc eſſe, quò ad ſolam cauſarum definitionem, non in cæteris. Sic quoque pulchrè tradit Galli libro 1. obſeru. 1. numero 7. in fin. & obſeruat. 97 ſub numero 9. Cameram Imper. repræſentare Cæſarem quò ad contentioſam iuriſdictionem. Sic item Capyc dec. 47 numero 7, ait, conſiſtorium Principis vti non poſſe plenitudine poteſtatis. quod ſentit & Conran. comment. libro 1. cap. 11. numero 10. vbi de his quoque latius. & ſecundum hæc etiam intelligendum erit, quod voluit Euerard. conſ 136. numero 2 ad finem. ſenatum ducatus Brabantiæ repræſentare principem, vt & in concilio Neapolitano ſcriptum reliquit Afflict dec. 120. in fin. Prouinciale quoque concilium, ac ſenatum à pari procedere, probat Menoch. d. libro 2. caſu 4 8 nu. 10. vbi latius.

(b) NEVTRIS. Sentit Burſat. conſilio 59. numero 20. conſilio 120. num. 2. & conſ. 244. numero 18 Sic Alciat. conſilio 397. ſub numero 2. reſpondit, quòd ſicut a ſententia ſenatus non appellatur, ita neque à concilio ciuitatis appelletur ad adunantiam generalem ex quo tale concilium æquiparetur ſenatui, ſecundum gloſſ. & Caſtr. numero 2. cum ſeq. in adducta l. non ambigitur.

Senectus, Sterilitas.

S*Enectus vel ætas maior, & Sterilitas (quantum ad generationis effectus & impedimenta) ſunt paria*. ita probatur in l. Sed eſt quæſitum. ibi. quoniam nec ætas, nec ſterilitas &c. circa medium. ff de liber. & poſthumis. Et melius in l. ſi ſterilis, in principio ff. de actio. empt. Sed hoc de ſterilitate ſanè intelligendum eſt, nempe de vera certaque ſterilitate, ſcilicet, quę vel ex valde grandeua ætate, vel ex aliquo accidente prouenit, quòd neceſſario ſterilitatem procreare ſolet, non quæ ex morbo, aut alio quopiam naturæ vitio corrigibili conſurgit, vt declarant ibi Salycetus, & ſcribentes in d. l. Sed eſt quæſitum. Sed proculdubio, ſicut verè ſterilis procreare non poteſt, ita nec admodum ſenex, (a) & in ætate conſtitutus, in qua is iuris pręſumptione ad generandum eſt inhabilis. Et aduertendum quod iſthæc quoque æquiparatio à lege tantum ſit lata (vt prius dixi) ad generationis effectus, & impedimenta, in quibus ſolis eam ſimilitudinem valere ſtatuitur. In alijs enim ætas maior, & ſterilitas ſæpe inter ſe multum differunt, vt plenè traditur per Canoniſtas, in cap. Translato. extra de conſtitut. Et volunt etiam leges in ſupradictis cauſis valetudinem vel impotentiam, & ætatem à pari procedere, vt in iurib. ſupra allegatis, & habetur, in l. Inuiti. ff. de teſtibus, in cap. Quoniam frequenter §. 1. vbi latè Canoniſtæ, extra. vt lite non conteſtat. Et textus in cap 1. verſic 1. de cleric. egrótan. lib 6. vult ſenium & infirmitatem, à pari (b) procedere, & ibi ſcriben. maximè Franch. in 2. notabili dicunt æquiparationem procedere in his quæ corporale exercitium requirunt, & probatur, in l Si pater. §. In arrogationibus. ff. de adopt. & in l Si quis poſthumos. in principio. d tit. de lib & poſthu. Et ita quo ad actum generandi lex æquiparat ætatem ſenilem ſterilitati, & naturali impotentiæ, vt probatur in d l Sed eſt quęſitum. Et in d. l Si quis poſthumos, in principio. Et in d. l. ſi Sterilis. Et in d. l. inuiti. & in cap. 1 § 1 de cleric. ægrotan. libro 6. Horum latè meminit Petr. Paul.

Paul. Pariſius in ſuis conſilijs, conſil. 29. numer 51.52.68 78 & 79. in ſua ſecunda parte conſiliorum, ad quem iuris ſtudioſis confugere licebit. Cæterum hactenus dicta omnia tantùm ſecundum naturalẽ generationis effectum intelligenda ſunt. Supernaturaliter enim & ope diuina ſenes generare poſſunt, quòd patuit in Abraham & Sara ſterilibus, qui naturali potentiæ diffiſi, diuinis verò promiſsis fortiter confiſi, genuerunt promiſſum ſemen Iſaac. De quo Geneſis 15. Suſcipe cælum (ait Dominus ad Abraham) & numera ſtellas ſi potes, ſic inquit erit ſemen tuum. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Rurſum cap. 17. Putáſne (inquit Abraham) centenario naſcetur filius? & Sara nonagenaria pariet? Ad quem Deus: Sara (inquit) vxor tua pariet tibi filium, vocabiſque nomen eius Iſaac. &c. Et cap. 18. habebit filium Sara vxor tua. &c. Hæc de promiſsione. Audi nunc completam promiſsionem. Concepit Sara, & peperit filium in ſenectute ſua, tempore quo prędixerat ei Deus, vocauitque Abraham nomen filij ſui quem genuit ei Sara, Iſaac. Rurſum de ſupernaturali generatione exemplum habemus Lucæ 1. De Zacharia & Elizabeth ſterilibus. Non erat (inquit) filius, eo quod eſſet Elizabeth ſterilis, & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis. Peperit tamen filium, cui ex mandato Angeli inditum fuit nomen Ioannes, Lucæ 1. Porro, quod dicitur Geneſis 15.17. & 18. & ad Romanos 4. Abraham eſſe patrem multarum gentium, & eſſe patrem omnium noſtrûm, de fidei propagatione intelligendum eſt, ſic vt quotquot Abrahæ fidem ſequimur, de tunc naſcendo, & nunc nato ſemine Chriſto, omnes hoc nomine Abrahæ filij ſumus. Quæ quidem fides nobis teſte Paulo, loco vt ſupra, reputatur ad iuſtitiam. Verùm de his quæ alterius profeſsionis ſunt, plus ſatis.

ANNOTATIO.

(a) SENEX. Latiſſ. de his Menoch. de arbitrar. iudic. libro 2 caſu 89. nu. 53 cum ſeqq.

(b) PARI. Gomeſ. in regul. cancel de infirm reſignant. q 7. & poſt ſyluam nupt. libro 2. ſub numero 4. cum ſeqq. Surd. deciſ. 85. numero 13. Viui. deciſ. 243. numero 19. Menoch. d. libro 2 caſu 60. prȩſertim numero 11. in fin. & exactiſſ. de præſumpt. libro 6. præſumpt. 45. vbi numero 2. & d. caſu 60. ſub numero 7. poſt Abb. in c. magnæ. de vot. docet, ſtatutum diſponens de infirmis, in ſenibus locum habere. idemque AEmyl. Ferret. in l 1. numero 55. ff. de rebus credit. Alc. reg. 1. præſum. vlt. ſub numero 3. Laur. Auenion deciſ. 20. ſub numero 7. & exactius Gomeſ. vbi ſupra. vbi multa de ſenibus, & de eorum priuilegijs ſiue prærogatiuis remiſsiuè; de quibus extenſiſſ. etiam Tiraq. de iure primogen. in prȩfat. ex numero 79 vſque ad fin. & aliqua per Maſcard de probat. concluſ. 1293. & Menoch. d. libro 6. præſ 47. cum ſeq. quemadmodum & infirmitatis priuilegia & effectus aſcribit ibidem Gomeſ. q. 9. & Rebuff. a ll. morbus, ff. de verb. ſignif. Illud hic adijciam, quòd expenſæ erogatæ in infirmitate defuncti, æquiparentur expenſis funeris, l. in reſtituenda. vbi poſt alios Sichar, numero 1. C. de pet. hęred. Natta conſilio 448 numero 14. Surd dec. 112. numero 7. latè Roland. conſilio 14. nu. 26 cum ſeq. libro 1. Viui. deciſ. 307 numerò 2. Mantic. de coniectur. vltim volunt. libro 12. tit. 10. numero 9 Caualc. dec. 2. numero 4. cum ſeqq ſententque Ceph. conſilio 751. (cuius initium Magnifice) nu 18. Vincen. iuſta dec. 51. præſertim nu. 1. & 7.

(c) PROCAOERE. Refert & explicat Menoch. d. præſumpt. 46. nu. 26. Plura etiam huc ſpectantia annotauimus ſupra, tit. Abeſſe. ad verb. valetudine.

Senectus, Hyems.

Senectus Hyemi comparatur. vt enim Hyems ſuo intenſo frigore æſtiuum aut certè autumnalem calorem diſpellit, virentia quæque conſtringit, folia diſcutit, ſuccum retrahit, herbas graminaque viridia aut enecat, aut certè veluti enecta reddit, & exhibet, ita quoque Senectus calorem iuuenilem, aut virilem multum diſtemperat, reſtringit, ac tandem penitus tollit, hominem exiccat, exanguem reddit, ad ſilices incuruat, capillitium pellit, totumque hominem moribũdum relinquit, aut morti tradit. Hinc Ariſtoteles in problematibus ait: Senes exacta vita, ad initium pueritiæ (a) recurrere, nempe quod ipſis capillorum raritas contingat, quod gingiuę dentibus exarmentur, quod balbuties, quod ipſis denique concoquendi annaſcatur imbecillitas, adeò vt hinc ortum ſit prouerbium: Bis pueri ſenes. Et vt hyems, tempeſtates, pericula, & quęuis incommoda ſecũ trahit, ita quoque & ſenectus (teſte Plinio (b) imo teſte ipſo quotidiano experimento) multis periculis, morbis, motibus, curis, multiſque incommoditatibus alijs obnoxia cognoſcitur. In ea enim hebeſcunt ſenſus, torquentur varijs cruciatibus mẽbra, præmoritur viſus, auditus, inceſſus, denteſque ciborum inſtrumenta labuntur, vt ob hæc ſapientiſſimus Bion, ſenectutem omnium malorũ portũ meritò appellet, quæ annorũ vetuſtate hominem conficit, non ſecus quàm ſerpens hedera quæ vires enecat (c) arboreas. De hac autem ſenectutis & hyemis affinitate elegantiſsimè meminerunt Eratoſthenes & Patrocles apud Stobæum, ſermon, 113. Ita etiam comperies apud D. Andreã Tiraquellum, de legib. connubial & iure marit. 6. lege connub charta 47. num. 7. Senectutis quoque rationem nobis imprimis apertè deſcripſit Eccleſiaſtes cap. 12. Memento inquit Creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequã veniat tempus afflictionis tuæ, & appropinquent anni, de quibus dicas: Non mihi placent, antequam tenebreſcat Sol, & lumen, & luna, & ſtellæ, & reuertantur nubes poſt pluuiam, quando commouebuntur cuſtodes domus, & mutabuntur viri fortiſſimi, & ocioſę erunt molentes in minuto numero, & tenebreſcent videntes per foramina &c & antequam reuertatur puluis in terram ſuam, & ſpiritus redeat ad Deum, qui fecit illum.

ANNOTATIO.

(a) PVERITIÆ latiſſ. Tiraq. de pœn. leg. temper. cauſa 8. nu 3. cum ſeqq. Port Odd de reſt. in integ. part. 1 art. 4. q 3. nu 11. cum ſeqq. huc vergunt etiam quæ annotauimus ſupra, titArioſus, infans, dormiens, ad verb. Infans, 2.

(b) PLINIO. Libro 7. natural. hiſtor. cap 50. refert, & Rebuff. ad l. inter ſtuprum. ff. verum eſt verſic. morbus ergo, de verborum ſignification. accedit & Eraſm, adagior. chiliadis 2. cent. 6. prouerb 37.

(c) ENACAT. Viuius deciſ. 243. numero 18.

Senectus, Autumnus.

Senectus Autumno æquiparatur. ſic Lucas de Penna in l. 1. colum. quoque 2. C. de pri ni libro 12 Et Domi. in procemio l. br. 6. in §. Quem librum, vbi ex auctoritate phyſicorum ſenectutẽ comparat Autumno, qui frigidus eſt, & ſiccus, huicque reſpondet & illud Virgil. libro 5, Æneid.

Sed

—— Sed enim gelidus tardante ſenecta
Sanguis hebet, frigentque effœtæ in corpore vires.
Sed mihi tarda gelu, ſeclisque effœta ſenectus,
Inuidit imperium. ——

Atque ita D. And. Tiraq. de leg. connub. & iure maritali 6. lege connubiali, charta 47. num. 4.

Senttentia.

S*Ententia deffinitiua, & ſententia deffinitiuæ ſententiæ vim habens, pares* (a) *exiſtunt*, vt notat gloſſa in cap. finali, in verbo, Inanes, de elect. in 6. Et Speculat. de appellat. § in quibus verſic. ſed nunquid, in fine. Ita quoque Ioann. Andreas, & Doctores, in cap. peruenit, de appell. Baldus in l. minoribus. C. de his quibus vt indign. Ange. in l. Stipulationum aliæ. ff. de verborum obligationib. Huius meminit D. Alex. ab Imola in ſuis conſilijs, conſ. 18. num. 1. lib. 6.

ANNOTAT.

(a) PARES. pulchre Gaill lib. 1. obſeruat. 130. num. 5. & 7. in fin. obſer. 132. numero 3. & obſer. 129. ſub num. 1. Blarer. ad l. diffamari. cap. 9. numero 34. cum ſeqq. & cap. 10. num. 82. C. de ingen. manum. Laur. Apen. deciſ. 40. ſub numero 6. Magon. (auctorem hic laudans) Luc. dec. 18. numero 10. in fin. voluitque Rom. conſ. 41. ibidemque apoſt. ſub num. 1. Capyc. dec. 1. ſub nu. 23. Marant. de ord. iud. part. 6. tit. de app. nu. 130. Natta conſ. 42. nu. 3. Mynſin. conſ. 47. ſub nu. 20. Triuiſ. dec. 4. ſub num. 14. & dec. 13. in princ. lib. 1. Ceph. conſ. 758. incip. in facto, numero 1. cum ſeqq. vbi nu. 11. poſt alios etiam tradit, interlocutoriam per quam finitur iuriſdictio, & diffinitiuam à pari procedere. tractat- que latius quæ ſint interlocutoriæ vim diffinitiuæ habentes, vt & Valaſc. Luſit. deciſ. 47. & dec. 51. num. 51. Vallar. Luc. dec. 76. dec. 82. verſ. 2. reſpondetur. & dec. ſeq. ibidemque Rouat. dec. 80. Lepid. dec. 91. verſ. quod autem cum ſeqq. & deciſ. 97. ſub initio. Mynſing. cent. 3. obſer. 68. & conſ. 6. nu. 16. cum ſeqq. Viuius dec. 302. num. 3. cum ſeqq. exactiſſ. (26. interlocutorias vim diffinitiuæ habentes enumerans) Franc. in c. cum ceſſante, nu. 68. vſque ad fin. de app. Triuiſ. (multo plures enumerans) vbi ſupra. Porrò aliter paulò Guid. Pap. dec. 12. nu. 6. ſententiarum tria genera diſtinguit, aliam (nimirum) interlocutoriam, aliam diffinitiuam, aliam verò mixtam, quæ partim habeat vim diffinitiuæ, partim interlocutoriæ, quod non multum abeſt à ſententia Panorm. in adducto cap. peruenit 2. ſub nu. 8. quem ſequitur ibidem & Dec. nu. 21. exiſtimantis huiuſmodi ſententiam vim diffinitiuæ habentem ad naturam alterius extremorum, de quo magis participat, trahendam eſſe. Verùm pulchrè Alex. in add. dicta l. ſtipulationum aliæ. ſub nu. 6. cenſuit huiuſmodi mixtam regulariter diffinitiuam exiſtimandam eſſe. quod & Felin. probat, ad rubr. de re iud. ſub num. 4. et quamuis Guid. vbi ſupra numero 3. & conſ. 69. numero 7. & conſ. 89. num. 12. poſt Rotam dec. 13. de ſent. & reiud. att. in nou. velit, in hac etiam mixta, vti in cæteris interlocutorijs, in ſcriptis, cum cauſæ expreſsione, appellandum eſſe; contrarium tamen aſſeuerauit Bald. in l. minoribus, numero 8. C. de his quib. vt indig. Roma. d. conſ. 41. in princ. Ferrar. Montan. tract. de appel. c. 4. verſic. ſunt tamen. voluitque latè Triuiſ. vbi ſupra. Marc. deciſ. 375. libro 1. & deciſione 314. ſub numero 3. libro 2. in nouis. exactiſſ. Gaill d. obſeruat. 130. numero 1. cum ſequentib. Blarer. d. cap. 10. numero 82. eam veriorem, receptiorem, Imperialique auctoritate confirmatam atteſtatus.

Sententia mala.

S*Ententia mala, ſententia eſt nulla.* Vide ſupra, Iudicatum malè.

Sententia, Iuramentum.

S*Ententia & Iuramẽtum parem (a) quoque eſſi.aciam obtinent.* l. actori. C. de reb.cred.& iureiurand.& Specula.lib. 2 particu.3. titulo. De reſtitut. in integr. Nam ſicut ſententia iudicis aliquem conſtringit, ad obediendum iudicatis, ita & iuramentum iurantem conſtringit ad præſtandum quæ iurauit, ſic vt poſt iuramentum præſtitum contra ipſum quiuis agere poſſet, non ſecus quam ſi contra ipſum ſententia lata fuiſſet. D. Vdalric. Zaſ. in l. Ait prætor 2. §. Si damnetur, de iureiurando, pagina 32. in fine.

ANNOTATIO.

(a) PARREM. Latè poſt gloſſ.& alios Iaſon in l.2.per illum text.num.5.& 13 (quoad quid,non quoad omnia ęquiparari docens)idemq́ue Zaſ.in l.1. quam legit cum illa. 2. verſ.6. coll.(pulchrè explicans quomodo ſeſe habeant ſicut excedentia & excelſa)idemq́ue Iaſon in l.ſi duo,§.ſi quis iurauerit,ſub numero 4.quem ſequitur ibidem & Zaſ.verſ. quęras hic. ff.de iureiur.idemque Iaſon in §.item ſi quis poſtulante.num.2.3. & 17. & inibi Gomeſ.numero 2.inſtit.de action.Roman.ſingul.195. Tiraq.ad l.ſi vnquam,verb.largitus,numero 104.C.de reuoc.donat Marc.deciſ 518.numero 8.in fin.cum ſeq.libro 1.Oſaſc.dec.92.numero 17.cum 85.& deciſ.134. numero 2.& poſt Dec.conſilio 682.numero 6 alioſq́ue Decian. conſilio 39. numero 86.libro 2. Iuramentum quoque & tranſactionem æquiparari,textus eſt,ibidemq́ue poſt Iaſ.& alios Zaſ. in d.l 2. verſ. 5. coll.(conuenientiam eorum & differentiam eleganter explanans,idemq́ue Iaſon in l.ſi quis cum aliter.ſub numero 15.ff.de verb. obligat. Gaill lib. 2.obſer.70 numero 10. Decian.conſilio 92.ſub numero 1.lib.3.quæ & ipſa tranſactio æquiparatur ſententię,vt hic inferius tit.tranſactio.ſic & pactum iuramento firmatum æquiparári ſtatuto,reſpondit ex ſententia Bart.in l.fin.numero 6.in fin C.de pact. Dec.conſilio 516. numero 5.& conſilio 655.ſub numero 12.voluitq́ue Viuius dec.255.numero 7. Decian conſ. 32.numero 75.libro 1 & d conſilio 39.numero 34.cum ſeq.qui conſilio 24.numero 91. libro 1.poſt gloſſ. in l 1. Cod quando prouoc.non eſt neceſſ.etiam ſcribit,idem operari ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam quòd ſtatutum. quibus locis de viribus iuramenti & ſententiæ latius.

Sententia cum quantitate.

I*N ſententia certam quantitatem exprimere, & ſententiæ verba ad acta certam quantitatem exprimentia referre, paria ſunt.* l. Ait prætor. §. Si iudex. ff. de re iudicat. Et ibi Bartolus & Iaſon de Mayno, qui ex illo textu etiam colligit ſententiam dicendam eſſe certam, ſiue expreſſe contineat certum in ſeipſa, ſiue implicite certitudinem in ſe contineat, per relationem ad aliud certum (a) expreſſum. Quare in hoc vtroque caſu ſententia ad executionem mandari poteſt. Nam generaliter ſententia dicitur eſſe certa, quæ certum continet, vel quę ad certum (b) ſe refert. Item à ſimili: Illud dicitur conſtare ex tenore ſententiæ, ſeu eſſe expreſſum in ſententia,quòd conſtat ex atteſtationibus, (c) ad quas iudex in ſententia ſe retulit,textus eſt in ca. Cum Bertoldus, in verbo. Ex tenore ſententiæ, & ibi D. Abbas in 2 column. ad hoc notat,extra. eodem de re iudicat. & ſic corrolariè notat ex præſcripto. §. Si iudex, tres regulas, ad quas regulas hic Abbas frequenter allegatur, quæ tamen tres regulæ in effectu quaſi conformes ſunt,

ſunt, & in idem tendere videntur. Prima eſt, quod paria ſunt: Aliquid eſſe certum per ſe, vel per relationem ad aliud, d. §. ſi Iudex, & l. vbi autem nõ apparet. § illud, in verſic. ſed qui vnum, & ibi Bart. & vt recentiores ad hoc notant, ff. de verborum obl. & l. hæc venditio. §. huiuſmodi, ff. de contrahen. emptio. Secunda regula eſt: Paria ſunt, aliquid eſſe expreſſum per ſe, & per relationem ad aliud, d. §. ſi Iudex, & l. In ſumma, in prin. in 2 reſpon. eodem tit. & l. penult. C. de ſent. quæ ſine certa quantita & in c. præterea, & ibi notat Gemin in 3 notab 23. diſtin & Tertia regula eſt qua dicitur certò contineri in ſcriptura referente quicquid cõtinetur in alia ſcriptura ad quam fit relatio, (d) iuxta præfatum §. ſi iudex & l. Aſſe toto. ff. de hæred. inſt. & l. ſi ita ſcripſero. ff. de condit. & demonſtra. & l. Inſtitutio talis. ff. de cond inſtituen. Huc quoque ſpectat, quod apertè decidit Bar. in d. l ſi ita ſcripſero, per illum textum, quod ſi teſtator in teſtamẽto dicat: Grauo hæredem meum, vt det totum illud, quod continetur, in ſchedula manu mea ſcripta, (e) quam reliqui apud Guardianum fratrum minorum. Nam ex hac relatiua teſtatione perinde peti poterunt omnia contenta in d. ſchedula, per teſtatorem ſcripta, & per ipſum Guardianum exhibita, ac ſi ea ipſa ſpecificata fuiſſent in ipſo teſtamento, iuxta regulam d §. ſi Iudex & iuxta reliquas allegationes prædictas, dummodo conſtet illam ſchedulã eſſe ſcriptam aut ſubſcriptam ipſius teſtatoris manu propria, idque vel per legitimam cõparationem literarũ ad inuicem vel per alia legitima & certa indicia, quia licet in teſtamento nuncupatiuo, voluntas teſtatoris debeat exaudiri à teſtibus, vt l. hęres palam, in princ. ff. de teſtam. ſatis tamen eſt, ſi teſtes teſtamentarij eam teſtatoris voluntatem audiant, & cognoſcant vel explicitè, vel implicitè, per relationem ad aliam ſcripturam certam ad quam teſtator ſe expreſsè retulit. Idem etiam confirmat Bartol in l. fin ad fin. Et idem Salicet. C. de fideicommiſ. & in l. Quem hæredi. ff. de reb. dub. & Bald. in authent. Quod ſine, C. de teſtam. & in l. Captatorias in 5. q. C. de teſtamen. milit. Et Pet. de Anchara, in c. Cum tibi, de teſtament. Et Imola, in l. Inſtitutio ff. de hæred inſtituẽ. Et Nicolaus de Neapoli, in l. His verbis, in principio per illum textum ff. de legat. 3. Et Paulus de Caſtro, in l Vbi autem non apparet. §. Sed qui vnum, per illum textum, & ibidem D. Alexan in §. Illud Et idẽ Paulus de Caſtro, in l Hac conſultiſsima. in § per nuncupationem Cod de teſtament. & in d l. Hæredes palam, in principio. Et dicit D. Alexand. in d. §. Si iudex, quòd iſta deciſio eſt ſatis communis Reliqua videre licet in ijs quæ abundè allegat D. Iaſon in d l Ait prætor. §. Si iudex, num. 3. circa medium, ad quem vnumquemque curioſitatis auidum remitto. De his reliqua vide ſupra titulo, Certum.

ANNOTATIO.

(a) Certum. Dum tamen certum huiuſmodi inſtrumentum, ad quod relatio habetur, productum fuerit in actis illius cauſæ, in qua lata eſt ſententia; alias ſecus. Alexand. conſilio 1 9 numero 3. lib 5 neque enim ad aliud quàm ad acta, pro eius certitudine, ſententia ſe referre poteſt. vt commune refert Vant de nullitat. ſenten. ex defectu proceſſ. ſub numero 1 3 latius explicans præſens axioma & quando item incertitudo vicietſententiam; de quo & Alex conſilio 187. numero 1. cum ſeq. lib. 2. Myinſing. obſeruat. vlt. cent. 4. latiſſ. Panor. numero 45. Felin. numero 40. in c. cum venerabilis, de except.

(b) Car-

(b) CERTVM. Felin.in cap.inter cæteras. ſub numero 2. de re iudic. vbi è diuerſo tradit, ſententiam ſe referentem ad acta errorem continentia, dici errorem continere,& nullam reddi. Idemque Alexand. (commune probans) conſilio 123. ſub numero 7. lib. 1. & in l. ex diuerſo §.ſi in iudicio.ſub num. 6.verſ.limitatur .ff. ſolut. matr. & in l. ſi is ad quem. ſub numero 11.ff.de acquir.hæred. Aretin. conſilio 75. ſub numero 2.Afflict.deciſione 47.num 3.Menoch.conſilio 345.numero 34.cum ſeq.

(c) ATTESTATIONIBVS. Idem refert Natt.conſilio 651.ſub numero 5.vbi latius.

(d) RELATIO. Dec.conſilio 27 ſub numero 5.& conſilio 434.numero 3. Alex. conſ. 35.numero 8 ibidemque apoſtill.lib.4. VVeſenbech conſilio 2.numero 8 Leonin.conſilio 95. ſub numero 4. Tiraq.ad leg.connub.gloſſ.7. numero 183. Menoch. conſilio 539. numero 1. Rouat. Luc. deciſione 94.verſ.nec refert.

(e) SCRIPTA. latiſſ. Iaſ.in adducto §.per nuncupationem numero 1.Alexand. conſilio 76.& inibi apoſt.numero 5.lib.3. Reliqua abundè ſuperius, tit.exprimere per relationem ad verbum.

Sententia lata.

Sententia lata eſt,& concluſum eſt in cauſa, vt ſententia mox feratur, paria (a) *ſunt*. Vt voluit Cynus in l. Alia. C. de his quibus vt indig. Et Ioan. Andr. in c.2. De in integ.reſtitu. lib.6. Et Bartol. in l. Si mater. §. eandem, in fine. ff. de except. rei iudicat. per text. & gloſſam, in l. Si rem. §. Vltimo ff. de euictio. Item Bartol & Bald. in l. Quamuis indubitati, in fine. C. de Adulter. Et in l. Error. in 2. & 4. quæſtionib. Cod. de iur. & fact. ignorant. Et in l. Incerti. colum. 6. Cod de interd. Et in l.1. column.3. C. Ne ex delict. defuncto. Et Panorm. in c. Paſtoralis, de exceptio. Et Roma.in Repetitione legis Admonendi. column. 12. & ibi Paulus de Caſtro. column. 10. Et Iaſon column. 11. verſic. Sum in ſecund. ſolut. ff. de iureiurando. Et idem Romanus, in l. Si Titius. ff de verbor obligat. Et Alexand.in l. Si mulier. ff. Solut, matrim. Et Felinus, in ca. Cum dilectus, in princip. extra, de fide inſtrument. Et Philippus Decius, in l. Edita. column. 6. verſic. Et licet. C. de edend. Vide ſupra titulo, Proxima.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Iaſ.in adducta l.error.ſub numero 11.Felin.in c.vlt. ſub numero 3. verſ. conſiderabam de conſtit. Marſil.in l.maritus numero 27.ff. de quæſt. Boër.deciſ.206.ſub numero 1.cum ſeqq. Tiraq ad leg connub.gloſſ.2.numero 6.Gaill.lib. 1 obſeruat.127 numero 7.Cephal.conſilio 77.numero 55. Menoch.de arbitrar.iud. lib. 2. caſu 51.numero 23.cum ſeq. declarans æquiparationem vniuerſalem non eſſe: quòd lata ſententia, non poſſint in prima illa inſtantia produci inſtrumenta de nouo reperta l. Imperatores.de re iud. & probat Tiraq. de retract.conuent.§ 1.gloſſ 5.ſub numero 23.quum tamen poſſint poſt concluſionem cauſæ. verùm hoc, idem Menoch de arbitrar. iud. lib 1.quæſt.35.numero 13. intelligit, quando ſine culpa & negligentia ſunt de nouo reperta, poſt Felin. quem ſequitur, in adducto cap.cum dilectus.ſub numero 15.de fid. inſtrum.qui tamen Fel.in integrum reſtitutionem ad hoc requirit; qua mediante, idem etiam poſt ſententiam, quod poſt concluſionem cauſæ, aſſeuerat. quam opinionem apertè confirmat & Marc.deciſione 312 in fin.lib 2. in nouis. contrarium tamen, quod in repertis poſt concluſionem non requiratur reſtitutio, commune ſentiente Maſcard. de probat. concluſ 925.numeris 7 & 10. vbi hac de re latiſſ. Addit præterea Menoch. d. caſu 51.poſt concluſionem in cauſa iudicem iudicis nomē obtinere, adeoque in cauſa aliquid agere poſſe,

poſſe, cum tamen non obtineat iã lata ſententia l. iudex poſteaquã. ff. de re iud. pulchrè Ang. conſ. 196. ſub nu. 4. Sic videmus (inquit) quod ius ſuperueniens propè ſententiam conualidet iudiciũ, & tamen non conualidet ſententiam l. quod ſi in diem. ff. de pet. hær. Sic ſuperueniẽs exceptio poſt concluſionẽ in cauſa poteſt opponi, cũ tamen non poſsit lata ſentẽtia. hęc Men. qui tex. in hanc æquiparationẽ adductos, propter paritatẽ rationis in vtroq; ęquiparatorũ ſolummodò procedere aſtruit. id quod & Dec. placuit, in adducta l. edita nu. 33. Veruntamẽ poſtremum illud quod de opponenda exceptione, poſt cõcluſionem cauſę ſuperueniente, adfert Men. etiam tutum non eſt, quum contrarium tradat poſt alios Fel. in d. c. cum dilectus. nu. 8. & ſub n. 15. & Marſil. (ſcepticus) in praxi crim. §. ſequens n. 30. qui varios caſus diſcernunt in quibus æquiparatio hæc procedat, & in quibus item fallat. vt & pulchrè Gaill. vbi ſupra. & Men. in d. quæſt. 35. ex quibus patet, non rectè reſtringi eandem æquiparationẽ, ab Alex. in l. 3. §. ſi ſeruus. n. 10. ad fin. ff. de acq. poſſ. quòad hoc ſcilicet, vt non poſsit vlterius cognoſci per iudicem ſuper alijs producendis, non in alijs. licet id ſequatur etiam Vinc. deciſ. 286. n. 4. & 8. qui videatur quoque latius.

Serò facere.

DE *ijs quæ in iudicio ſerò fiunt*. Vide ſupra, Fieri ſerò.

Seruitus, Mors.

S*Eruitus morti æquiparatur*. (a) l. Seruitutem, & ibi Philippus Decius, & l. Quod attinet. ff de reg. iur. Et habere vel in modico conditionẽ ſeruilem, (b) ad mortis ciuilis accedit veſtigia, quòd certè inter maxima detrimenta numerari cõueniet, quum libertas ſit res inæſtimabilis. (c) l. Non eſt, in fine, & l. Libertas 1. ff. de reg. iur. cum concord. in gl. ibi Zaſ. lib. 1. conſiliorũ, conſ. 19. pagina. 353. n. 15.

ANNOTAT.

(a) AEQVIPARATVR. Vant. de nullita. proceſſ. tit. de nullit. ex defect. iuriſd. deleg. num. 74. Burſat. conſ. 48. num. 26. Decian. tract. crim. lib. 3. c. 25. nu. 45. voluitque Sichard. in l. 2. ſub numero 8. Cod. de poſth. hered. inſtit. pulchrè adijciens, poſt Bartol. in l. hoſtes. in fin. ff. de capt. & poſtl. reuerſ. quod, licet hodie dicatur, inter Chriſtianos deſijſſe iura illa quæ volunt captiuos redigi in ſeruitutem: verum quidem ſit quòad perſonas captorum: tamen in rebus, id eſt, in patria poteſtate, in condendis teſtamentis, & ſic quantùm attinet ad diſpoſitionem fortunarum iura vetera maneant incorrecta, qua de re latè etiam Boër. ad conſuetud. Bituriſ. rub. 1. §. 1. & deciſione 178. numero 2. & ſequentib. Rebuff. ad l. hoſtes. ff. de verbor. ſignificat. Viui. deciſione 43. exactiſſ. Alua. Valaſc. iuſta deciſione 30. præſertim numero 11. cum ſequentib.

(b) SERVILEM. Licet autem largo modo, pro mercede ſeruientes, vt famuli, dicantur etiam ſerui, à ſeruiendo, vt poſt Panormitan. in rubr. de iud. alioſque tradit Viui. deciſione 371. numero 6. nullatenus tamen ſeruis æquiparatur, vt apud eum ibidem latius.

(c) INAESTIMABILIS, Declarat pulchrè Vincent. deciſione 432. numero 2.

Si, Cum.

S*I & Cum inter ſe conueniunt, atque inter ea verba non debet eſſe aliqua differentia, cum apponuntur actui extrinſeco*. (a) Vel ſic. Quando ſi & cum pactui qui neceſſariò (b) ineſt adijciũtur, eo caſu conditionem nõ faciunt, ſed ſine dubio parificantur, quia in fine, in vnam metã currunt, nempe in metã incertam, text.

Digitized by Google

in l.3.ff.de lega.1.vbi ſi teſtator legat Titio fundum, ſi hęres adeat hæreditatem, vel cum hęres adierit hęreditatem, hoc legatum non eſt conditionale. Nam ſi legatarius moriatur, legatum tranſmittitur ad hæredes reliquos, per d.l.3. Et ratio eſt, quia iſta verba, Si hæres adierit, vel cũ hęres adierit, tacitè inſunt in cuiuſuis hęredis inſtitutione, l. quodcunque, §. non ſolum. & ibi Bartol. nec non Vdalri. Zaſ. & idem Zaſius in l. ſtipulatio iſta. §. inter certam. nu.11. & l. huiuſmodi ff. de verb. oblig. l. ex his. C. quando dies legati ced. & l. quibus diebus, ff. de conditio. & demonſtrat. l. nam ſi cum, & l. cum promiſit, & ibi Bartolus, ff. de condic. indeb. & l. qui duos, ff. de manu. teſta. Et melior textus, in l. ſi Titio, ff. quando dies legat. ced. De quo latius, in l. Centeſimis. §. fin. ff. de verb. oblig.

ANNOTATIO.

(a) Extrinſeco. Et ſic, regulariter procedere æquiparationem, voluit Iaſon in adducto § non ſolum, numero 3. ibidemque Zaſ. numero 5. Alc. numer. 1. & 8. Coraſ. num. 2. idemque in adducto §. inter certam, numero 4. Fichard. libro 2. conſilio 45. numero 6. aliter atque ſi dictiones hæ actui intrinſeco apponantur, vt cum quis promittit decem, cum voluerit: ſi enim intelligeretur idem ſignificare quod, ſi voluerit, ſtipulatio eſſet nulla, vt apud Iaſ. vbi ſupra, ſub d. numero 3. Zaſ. numero 4. Alciatus numero 9. Coraſ. ſub d. numero 2. aliter etiam declarantes. vt & fuſè Imb. in enchir. verb. conditio. verſ. igitur permultum intereſt. & verb. ſeq.

(b) Neceſſariò ineſt. Tunc ſine dubio hæ dictiones non faciunt conditionem, prout loquitur Zaſ. vbi ſupra, numero 3. confirmatque latius Iaſon numero 2. ſed non ſolum eo caſu, verum & alijs multis. adeo vt Fichard. qui ſupra, contendat, dictiones has non ſtatim inferre conditionem, ſed ſecundum materiam ſubiectam, moram ſolummodò temporis & dilationem. ſed præſertim cum tempus certæ ætatis, non ſubſtantiæ legati, ſic & præſtationi adijcitur, conditionem non inducunt: quamuis hic in dictione, ſi, aliud velint alij, quos reprobat rectè Iaſon ſub d. numero 3. Zaſ. ſub d. numero 4. & Alciat. ibidem nu. 7. aliud docentes quando tempus incertum adijceretur. vt & Alex. conſ. 55. numero 2. ibidemque apoſtil. libro 2. Fichar. pleno conſil. 39. lib. 2. licet contrarium reſponderit Hotoman. pleno conſ. 21. lib. 2.

Soluere.

S*oluere, & obligationem cancellare, paria ſunt.* Vide ſupra Cancellare, & Dare.

Soluere per cautionem.

R*Ealiter ſoluere, & promittere ſolutionem cum cautione de ſoluendo, paria ſunt.* l. vlt. C. ad l. Falcid. & l. Fuit queſtionis, & ibi Alexand. in vltimo notabili, ff. de acquir. hære. vt latius videre licet ſtudioſis lectoribus apud D. And. Tiraquel. in lib. de vtroque retractu. ad finem tituli *Du retraict conuentionel*, nu. 30. Qui ibidem poſt Baldum notat, quòd prohibitũ vendere, & prohibitum ne quis promittat vendere, cenſeantur eſſe paria. Atque hunc videtur ſequi Alex. conſ. 106. incip. Super alio, colum. 1. libro 7. & Iaſon in l. 2. column. vlti. verſ. Secundo modo ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. vlt. charta vlt. nu. 134. per prædicta plenè C. de iure emph. & optimè probatur in l. ſi ad reſoluendã. C. de prędi. minor. Ex quibus colligunt DD. quod is qui alienare rem quampiam non poteſt, is quoque eãdem promittere

alienare

alienare non poteſt. Sic quoque ſimpliciter verum eſt, & paria ſunt: promittere de ſoluendo. & ſoluere: ſatis declarat d. D. Andreas Tiraquellus, titulo quo ſupra, nu. 56. & 57. allegans illud Ouidianũ ex lib. 1. de arte amandi.

Promittas facito, quid enim promittere lædit?
Promiſsis diues, quilibet eſſe poteſt.

Item.

T*Anquam ſolutum habetur, quod per cautionem eſt promiſſum.* Vt habet l. finalis. C. ad l. Falcid. veluti ſi hæres promiſit ſoluere integra legata, per eã promiſsionem expreſsè, & ſine Falcidiæ detractione, ad promiſſam ſolutionem tenetur. In vtroque enim caſu dicit l. ſiue ſoluerit, ſiue ſuper hoc cautionem fecerit æquitatis ratio ſimilia ſuadere videtur. Idem tenet gloſſa, in d. l. finali, in verbo, Soluerit. Et poſt eum Dominus Philippus Deciûs, in ſuis conſilijs, conſilio 24. (a) numero 4 volum. 1. idque non præter rationem. Vbi enim eadem eſt ratio, ibi quoque ius idem exiſtat oportet, & qui actionem habet rem ipſam habere videtur l. qui actionem, ff. de reg. iur. Vide ſupra, Dare, & Soluere.

ANNOTAT.

(a) CONSILIO 24. Non inueni. ſed de omnibus his ſupra, ſub titul. Promittere, & Soluere, cum ſeq.

Soluere per alium.

S*Oluere creditori, & ſoluere creditoris procuratori, vel alteri ex eiuſdem creditoris mandato, paria* (a) *ſunt.* l. Nihil intereſt, & ibi Bal. C. de ſolut. Nam mihi ſoluere videtur, qui alicui alteri ex mea voluntate ſoluit, & l inuito. C. eod. titul. de ſolut. & l. ſolutum. §. ſolutam, & ibi plene per Bartol. ff. de pignorat. acti. & l. Vero procuratori, in princ. & ibi Paulus & alij ſcribentes, ff. de ſolut. & libera. Sed hic oriri poteſt dubium: An debita erit ſolutio: Si ſoluam creditoris mei procuratori, qui me inſcio paucis ante diebus reuocatus fuiſſet. Ad quod dubium reſpondendum eſſe videtur, ſolutionem hanc debere eſſe inualidam, vt quæ facta ſit iam procuratorium non habenti, attamen Bald in d. l. inuito. cenſet talẽ meam ſolutionem eſſe debitam & ratam, potiſſimũ ſi mihi de reuocatione procuratorĳ non conſtitiſſet, (b) cuius reuocationis ignorantia facilè prætexi poſſet, & ratificari ſolutio, propter prioris mandati reliquias, quæ talis reuocationis ignorãtiam facilè aſtruere poteſt. Ideoque licet tunc fuerit reuocatum, durant tamen ſemper prioris mandati reliquiæ, & eiuſdẽ æſtimata cognitio, per quam iure prætẽditur reuocationis factæ ignorãtia. De hia quoque vide ſupra, Dare, Mandatum.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Cacher. Oſaſc. dec. 44. nu. 11. Crauett. conſ. 955. nu. 7. & 12. accedat Ceph. conſ. 56 1. nu. 40. cum ſeqq.

(b) CONSTITISSET. Quomodo autem conſtare, vel notificari debeat, videatur apud Alex, conſ. 83. nu 6. cum ſeqq. lib. 7. Crauetta conſilio 76. numero 3. Cephal. pleno conſi. 354. vbi nu. 15. & ſeqq. pulchrè diſtinguitur ex ſententia Felin. in c. ex parte Decani, numero (mihi) 7. & ſeqq. de reſcript. aliorumque.

Digitized by Google

Soluere ſine pecunia.

SOluere (a) cum numerata pecunia, & quocunque alio modo ſatisfacere, paria ſunt. Angel. in §. Venditæ, in exordio inſtitu. de rerum diuiſio. & ibi D. Nicaſius in ſua inſigni lectura, ſuper inſtitutis, eodem titulo, & §. Hic enim alius ſoluendi modus variè fieri poteſt, nempe traditione fundi alicuius, aut domus, aut redditiuum, aut mercium, aut commutatione rerum, aut libera remiſsione vel condonatione debiti, aut cancellatione, vel laceratione obligatoriæ ſchedulæ, qui modi omnes, & ſimiles cum ſolutione pecuniaria pares habentur.

ANNOTATIO.

(a) SOLVERE. l. ſi ſe non obtulit. §. ſoluiſſe, vbi poſt alios Zaſ. & Rip. ff. de re iudic. Rebuff. in l. liberationis. præſertim in verſ. etiam ſoluere. & in l. ſolutionis. ff. de verb. ſignif. vbi in princ. poſt Alber. in l. ſolutionis. ff. de ſolut. docet, quòd, licet ſatisfactio non ſit propriè ſolutio, per l. ſatisfactio. d. tit. de ſol. tamen ſi ſtatuto caueatur, non poſſe opponi contra inſtrumentum, niſi exceptionem ſolutionis, poſsit nihilominus opponi liberatio, quocunque modo fuerit ſatisfactum debito. idemque ſentit Angel. pleno conſilio 132. quem refert & Tiraq. de retract. proxim. §. 1. gloſſ. 3. ſub numero 4. & Gabr. recept. ſent. lib. 2. reg. 7. ſub tit. de iureiur. infertque Reb. & alios huiuſmodi effectus; ac tandem limitat, ex ſententia Alex. conſilio 95. numero 8. lib. 3 quando ſolutio proferretur non ſimpliciter, ſed cum adiuncto, vt ſoluere pecuniam, vt tunc non recipiatur alia ſatisfactio. idemque Rip. vbi ſupra. Natt. conſilio 54. numero 6. & conſilio 60. numero 4. declaratque aliter etiam Reb. vt & Oſaſ. deciſ. 18 ſub numero 4. cum ſeq. poſt Roland. conſilio 52. numero 43. cum ſeqq. lib. 1. Sic porro, ſoluere & compenſare paria eſſe, reſpondit Caſtrenſ. conſilio 328. ſub numero 4. lib. 1. voluitque conſilio 128. numero 2. lib. 2. Corn. conſilio 111. numero 5. lib. 4. Bart. in l. auferetur §. qui compenſationem numero 2. ff. de iur. fiſc. Felin. in c. ſuborta ſub numero 2. de re iud. & in c. cum Ioannes. ſub numero 52. de fid. inſtr. Afflict. deciſ. 124. numero 4. Marc. deciſ. 148. num. 3. lib. 2. in nouis. Natt. d. conſ. 60. nume. 3. Rebuff. in d. l. ſolutionis, verſ. 5. Ocd. conſilio 61. numero 7. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. caſu 14. numero 3. & de præſumpt. lib. 3. præſ. 142. num. 1. Gaill. lib. 2. obſeruat 17. ſub num. 10. latiſſ. Oſaſ. deciſ. 92. præſertim nu. 14. Tiraq. vbi ſupra numero 2. cum ſeqq. & de leg. conn. gloſſ. 7. numero 187. Molin. ad conſuet. Pariſ. §. 13. gloſſ. 7. ſub numero 10. aſſerens compenſationem, dummodo ſit de liquido, æquipollere veræ & reali ſolutioni: adeo vt quamuis ſit ficta ſolutio, quemadmodum probat & Tiraq. d. gloſſ. 3. numero 6. Oſaſc. d. deciſ. 92. numero 11. Natt. d. conſilio 54. numero 5. Capyc. deciſ. 167. numero 6. Menoch. lib. 2. præſumpt. 48. numero 35. tamen in ea verificetur ſtatutum, vel alia diſpoſitio ſtricta, loquens in vera ſolutione, vt apud eum latius. voluitque Tiraquel. vbi ſupra. Et Menoch. d. præſumpt. 48. numero 34. Alia etiam ſuperius, tit. dare, & acceptum ferre. & titu. Cancellare.

Soluere non poſſe.

ALiquem non eſſe ſoluendo, & ab eo non facilè ſolutionem impetrare poſſe, paria (a) ſunt. l. 2 in principio, & ibi gloſſa, & doctores. ff. Qui ſatiſda. cogantur. D. Iaſon in l. Pro hærede, §. 1. nume. 20. ff. de acquir. hæredita. Quid enim intereſt an quiſquam tam ſit tenax, vt ab eo nullam ſolutionẽ impetrare poſsis, an prorſus ſoluendo non exiſtat dummodo à neutro ſolutionem recipere valeas.

ANNOTAT.

ANNOTATIO.

(a) Paria. Socin.ſen.conſilio 44.ſub numero 6. lib.1. Annotauimus ſupra ſub titul difficile.

Soluere cum adulterina pecunia.

Non ſoluere, & ſoluere per adulterinos vel reprobos nummos, paria ſunt. Reproba enim iniqua, aut indebita ſolutio debitorem nequaquam liberat, (a) vel ſic, Reproba enim pecunia nõ liberat ſoluentem l. Eleganter. §. Qui reprobos, & ibi gloſſa. in verbo. Non liberat. Et Bartol. & eius ſequaces. ff. de pignora, action. Et l. Paulus 2. & ibi Bartolus ff. de ſolut. & liberat.

ANNOTATIO.

(a) Liberat. latè Rebuff. ad l. paulus. verſ. item falſus. ff. de verbor. ſignif. Tiraq. de retract. proxim §. 1. gl. 10. numero 11. cum ſeqq. vbi numero 14. poſt Alexand. conſilio 104. ſub numero 1. lib. 1. aliosque tradit, ſtatutum diſponens de moneta intelligi de vſuali & expendibili, idemque Gramm. deciſ. 74. numero 25. & copiosè hac de re Menoch. de arbitrar. iudic. libro 2. caſu 316. numero 19. cum ſeqq. poſt Marſil. in l. qui falſam numero 35. ff. de falſ. Pariſ. conſilio 169. numero 27. lib. 4. Couarr. de collat. vet. numiſmat. cap. vlt. numero 3. ad fin. aliosque commemoratos.

Soluere non debitum.

Soluere rem non debitam, & dare mutuum, effectu (a) quidem ſunt paria. Vnde bonum argumentum ducitur à mutuo ad indebitum ſolutum, & ediuerſo ab indebito ſoluto, ad mutuum, vt licet videre per D. Vdalric. Zaſium in l. Ex maleficijs 4. Is quoque, nume. 5. ff. de act. & obligat.

ANNOTATIO.

(a) Effectu. Scilicet, quòad obligandum recipientem, vt ait Sfort. Odd. de reſtit. in integ. part. 2. quæſt. 52. artic. 10. ſub numero 75.

Spoliatus.

Spoliatus omnibus bonis, is cum perdito, atque adeo cum ipſo mortuo eſt comparandus. Barthol Chaſſen. in conſuetud. Burgund *Des mainſmortes.* Rub. *Lhomme de mainmorte.* folio 303. numero 2. ad medium. Hæc inquam comparatio in hoc cõſiſtit, quod ſicut is qui mortuus eſt ab omni humano ſubſidio alteri præſtando ſubtractus eſt, ita & is qui bonis omnibus exuitur, & ſpoliatur, ad naturam & conditionem nõ ſolum ſerui, ſed & mortui quodammodo redigitur, ſic vt re nec ſibi ipſi, nec ſuis vllo modo prodeſſe queat. Dico re, quia quamuis conſilijs, & ſolatijs ſpoliati ſuis prodeſſe poſſunt, re tamẽ ipſa à qua ſpoliati ſunt, nulli ſuorum patrocinari poſſunt. Vnde & hoc ſolo nomine ſpoliati tanquam mortui cenſendi ſunt, nõ autem ratione perſonarum, quia ſpoliati à loco relictis bonis recedere poſſunt, quòd ſeruis nõ licet l. 3. C. de donat. Quæ quidem perdit.

Sponſus inutilis, Sponſalia irrita.

Digitized by Google

NOn *habere ſponſum, & habere, ſed prorſus inutilem, paria ſunt*. cap. 2. de frigid. & malefic. vbi paria ſunt: Non habere ſponſum, vel habere puerum ad matrimonium inhabilem. Quia ſicut puer qui non poteſt reddere debitum, non eſt aptus coniugio, cum ad eam matrimonij legem prorſus inutilis ſit, ita quoque ad ipſum matrimonium contrahendum inidoneus reputatur qui aut ætate puer eſt, aut qui naturali impotentia coniugij legibus ſatisfacere non poteſt. Quocirca ſi cum tali mulier contraxiſſet ſponſalia, ea iure dirimi, atque diſſolui poſſent. Sic quoque ſi mulier contraxiſſet ſponſalia cum aliquo, & ille poſt ſponſalia leproſus, aut paralyticus, aut ad matrimonium impotens fieret, aut fœtidum anhelitum contraheret, talis vir aut maritus futurus cogendus eſſet, vt ab iis vitiis ſeſe curandum traderet, & vbi curatus conſpiceretur, tunc ad matrimonij conſummationem pergere poſſet. Si verò incurabilis denunciaretur, ipſa inita ſponſalia reſoluenda forent. Et hęc tam de muliere quàm viro intelligi debent, quia paria ſunt, habere ſponſum aut ſponſam inutilem, & nullum habere ſponſum vel ſponſam, ſicuti & de marito ſupra diximus, & vt habet ca. Quemadmodum, de iureiurando.

Sponſalia.

S*Ponſalia tantum ſunt matrimonia conditionalia*. vide ſupra, titulo. Potentia.

Statuta.

E*Piſcopi, (a) Cardinales, (b) Duces, Marchiones, Comites & ſimiles alij, qui ſuperioribus ſubſunt, & parent (ſiue hi ſuperiores ſint, vel Papa, vel Imperator, vel Rex, vel Ciuitas, vel Reſpublica) in iure conſtituendo prætoribus comparantur, (c) & ipſorum ſtatuta cum ſtatutis iuris pratorij habenda ſunt*. Horum verò ſtatuta, qui ſuperiorem de iure, vel de facto neſciūt, quorumque ſtatuta vel ad iudicandum, vel ad decernendum ſunt edita, & ius ciuile conſtituunt, quales ſunt ipſi Reges, (d) vel potius Imperatores ipſi: horum inquam ſtatuta, ac mandata de iure Præſidum ſunt edita, & ius ciuile conſtituūt, & publica edicta in eo regno habentur, vti teſtatur Vdalric. Zaſius, in l. Stipulationum aliæ, numeris 7. 8. & 9 ff. de verbor. obligatio. Vbi explicat differentiam effectus prætoriæ cautionis, & iudicialis, quòd cautio iudicialis ſit perpetua, vt habetur inſtitu. de perpet. & tempora. act. deinde quod in ea nuda promiſsio ſufficiat, niſi iudicis poteſtas aliud faciendum ſenſerit. Prætoria verò cautio, quæ anno finitur (anno enim durabat poteſtas prętoris) pignora requirat, (e) vel fideiuſſores, quibus ſolis ſatiſdetur, vt habet Zaſius loco ſupra narrato, quem per ocium videre licebit.

ANNOTAT.

(a) EPISCOPI. Epiſcopum æquiparari præfecto prætorio, ſecundum l. epiſcopalè. ibidemque Salyc. numero 2. in fin. C. de epiſc. aud. reſpondit Alciat. conſilio 397. ſub numero 1. idemque in adducto §. ſtipulationum aliç. num. 30. & 32. ſed videatur. ibidem poſt alios Iaſ. numero 10. Gemin. numeris 4 5. 6 & in fin. Franc. & alij, in cap. 1. de offic. ord. in 6. Marant. de ordin. iud. part. 4. diſt. 5 numero 13. Rebuff. in l. ſpecioſas verſ ſpectabiles. ff. de ver. ſignif. VVeſenbech. conſilio 27. numero 28. & conſilio 43. numero 50. & ſub numero 57. & qui nouiſſ.

ulſſ. multa de epiſcopi dignitate congerit Viui, deciſ. 230. præſertim numero 33.

(b) CARDINALES. Cardinalatus dignitatem comparari regiæ dignitati, ſcriptum re liquit, ex aliquorum ſententia Barbat. tract. de præſtant. Card part. 1. quæſt. 1. num. 24. Clar. ſent. lib. 5. §. fin. quæſtione 98. ſub numero 5. & poteſtati præfecti prætorio comparari nunc reges & Cardinales reſpondit Natt. conſilio 84. numero 7. adeo vt quemadmodum confugiens ad ædes regis tutus eſt ne pro ſcelere patrato puniatur, ita & qui ad Cardinalem ſe contulerit, vt poſt Manfred. de Card. cap. 8. in 14. priuil. tradit Menoch. conſilio 201. num. 129. & latè hac de re poſt Tiraq. de pœn. temper. cauſa 55. alioſque Clar. d. quæſtio 58. numero 5. Blanc. cautel. crim 1. numero 2. cæterum Alciat. in l. imperium numero 117 ff. de iuriſd. omn. iud. poſt Alexand in rubr. ibidem, declarat æquiparari quoad dignitatem, non autem quoad omnes alios actus. idemque Menoch. vbi ſupra; & non procedere æquiparationem, quando non reperitur facta in puncto quo de agitur, maximè ſi diuerſa reperitur ratio, vt apud eum latius. Cardinalium quoque collegium ſenatui Romano æquiparari, iuxta ca. Conſtantinus. 2. verſ. viris etiam. 96. diſtinct. aſſerit Marc. deciſ. 71. numeris 5. & 75. in fin. lib. 1. Roman. conſilio 498. numero 2. ibidemque apoſtill. Capyc. deciſ. 114. numero 4 Felin. in cap cum te. ſub numero 11. de re iud. vbi latiſſ. vt & apud Boër. in 3 addit. ad tract. de auctor. magni conſilio. numero 184.

(c) COMPARANTVR. Quanquam aliter ſentiat Alc. in d. l. ſtipulationum aliæ, numero 29. cum ſeq. idem tamen poſt Alex. ibidem numero 13. & ſeq. alioſque Iaſ. numero 10. Matthesillan. ſingul. 190. & inibi apoſtill. Sichard. poſt alios, in Rubr. C. qui admitt. ad bon. poſſ. numero 15. Decian tract. crim. lib 2. cap. 32. numero 7. vbi numero 6. poſt Alex. in d. §. ſtipulationum aliæ. numero 15. Iaſ. numero 9 alioſque, probat etiam, ſtatuta populi magis æquiparari iuri ciuili quàm iuri prætorio: à magiſtratibus verò condita (dummodò ſimul non interuenerit populus) habere vim iuris prætor j. idemque Guid. pap. in l. receptitia numero 1. in fin C. de conſtit. pecun. Rebuff. ad conſtitut. reg tom. 1. tract. de ſent. execut. artic. 1. gloſſ 16. ſub numero 5 ſenſitque per omnia Strach de mercat. 1. partic. vlt part. princip. tit. quomodo proced. ſit in cauſ. merc. ſub numero 50. cum ſeqq. copioſè Viui. deciſione 221. numero 1. cum ſequentib.

(c) REGES. Regem in regno ſuo Imperatorem eſſe, probauimus ſupra, tit. Rex Imperator. Schurpf conſilio 40. numero 28. centur. 3. Dec. in Rubr. de conſtitut. 1. lect. numero 12. & in cap. paſtoralis numero 14. de appellat. vbi numero 12. idem dicendum probat, de inferioribus qui ſuperiorem non recognoſcunt. vt & Alex. conſilio 2. ſub numero 9. lib. 1. conſilio 15. numero 4. & conſilio 30. numero 9. lib. 5. Cephal. conſ. 579. numero 11. latè conſilo 58. numero 65. cum ſequent copioſè Decian. conſilio 47. numero 4. libro 1. & in tractat. crimin. lib. 4. cap. 52. vbi lib. 2. cap. 9. tradit etiam ciuitatem non recognoſcentem ſuperiorem æquiparari principi. voluitque Dec. conſilio 518. ſub numero 1. conſilio 649. numero 3. Roland. conſilio 91. numero 4 lib. 2 & conſilio 4. numero 56. lib. 3. Cephal. d. conſ. 58. numero 71. latè Menoch. conſilio 2 præſertim numero 62. Quinimo idem dicendum in inferioribus ſuperiorem recognoſcentibus, quando iure proprio in perpetuum habent dignitatem & adminiſtrationem, vt ſunt Duces, comites & Marchiones aſſerit poſt Caſtren. conſilio 34. lib. 2. Dec. in d c. paſtoralis numero 15. in conſilio 192. in princ. & conſilio 403. numero 6. cum ſeq. Alexand. d. conſilio 2. numero 9 & conſilio 1. numero 29. cum ſeq. lib. 5. Guid. in d. l. receptitia numero 2. Bellon. conſilio 51. ſub numero 3. & conſilio 59. numero 10. vbi commune probat. Gramm. conſilio 93. numero 15. in ciuil. Natt. conſilio 487. numero 9. Oſaſc. deciſione 155. numero 2. & conſilio 9. numero 2. & conſilio 25. numero 24. Soarez recept. ſent. theſaur. in lit. D. numero 171. Cephal. conſilio 608. numero 27. Burſat. conſilio 16. numero 55. Crauett. conſilio 335. numero 2. & conſilio 412. numero 48. VVeſenbech. d. conſilio 27. nume-

Digitized by Google

27.numero 29.dicens,in ducibus præſertim Imperij, veriorem ſententiam Bald. in d. l. receptitia.in princ.nempe quòd aſſimulentur principi magis,in ſuo ducatu vel comitatu,quàm præſidi.idemque Oſaſ.d.conſilio 9.numero 4. cæterum Caſtrenſis hanc ſententiam, falſam ait apoſtill.ad Dec.in d.c.paſtoralis. in verb. proprio. & ſuſpectam habuit Sichard. vbi ſupra numero 16.& Pelin.in cap.quę in eccleſiarum,ſub num.32.cum ſeq.de conſtit. in tribus caſibus eam ſaluari poſſe docens.

(c) REQVIRAT. Rebuff.d.gloſſ.16 præſertim numero 8.

in Statuto contineri.

IN *ſtatutis paria ſunt. Hoc expreſsè continetur in ſtatuto, & hoc virtualiter vel æquipollenter (a) continetur in ſtatuto*.l. Iul.de conditione & demonſtra.iuncta. l.In ijs & l. Cui fundus, eodem titulo. Paulus de Caſtro in ſuis conſilijs, conſilio 44.incip. videtur dicendum dictum promiſſum,in prima parte,num.9.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPOLLENTER. Semper enim æquipollens ſubaudiri, & fieri ſufficere, tradit poſt Bart.in l.ab emptione.ſub numero 13.ff.de pact. Zaſ. conſilio 6 numero 18. in fin.lib.2. neque id in ſtatutis ſolummodò,vt ex ſententia Bart.in l. nemini. in fin. C. de aduoc.diuerſ.iudici,reſpondit & Leonin.conſilio 96.ſub numero 7. ſed in omni etiam alia diſpoſitione,vt ibidem latius commonſtrat Leon.qui omnium vnam eandemque generalem rationem eſſe ait,quòd æquipollentium eadem ſit diſciplina, idem iudicium, & idem implementum,nec referat quid ex æquipollentibus fiat,vt apud eum ibidem,& conſilio 12. numero 10.latius.& poſt Curt.Iun.conſilio 191.numero 3.cum ſeqq.lib.3.alioſque Gaill.lib.1.obſeruat.2.numero 3.cum ſeqq.qui hinc paria eſſe dicit,aliquid impleri formaliter vel æquipollenter:& an aliquid fiat nominibus proprijs vel æquipollentibus indicijs.additque,poſt Curt. vbi ſupra. Felin.in cap.tranſlato numero 5.de conſtitu. alioſque, pro regula obſeruandum, quòd quando lex vel ſtatutum requirit aliquid expreſſe fieri,tunc verba generalia, ex quibus neceſſariò illud inferatur,ſufficiant:quod confirmatur ex annotatis hic ſuperius tit. Certum eſſe per relat.ad verb.intelligatur.ſed ſi pro forma certam expreſſionem,aut verborum tenorem exigat,tunc illa forma ſeruanda ſit,& non ſit ſatis fieri per æquipollens, & per viam intellectus.id quod comprobat & Vallar.Luc.deciſ. 90. verſus fin. Et quod requiſita à ſtatuto pro forma,debeant impleri formaliter,& non in æquipollenti, reſpondit poſt Alex. conſilio 137.numero 15.cum ſeqq.lib.1.& conſilio 212.numero 3.lib.6.alioſque Dec.conſilio 455.ſub numero 8.voluitque Tiraq.de retract.proxim.§.1. gloſſ.21.ſub numero 10.& ſeq. Vallar.d. deciſione 90. verſ.poſſet etiam. Oſaſc. deciſione 165. præſertim numero 7. cum ſequentib. Vaſq. de ſucc. part. 1. lib. 1. §. 4. numero 12.

Stipulari inutiliter.

NOn *ſtipulari, & ſtipulari, ſed inutiliter, paria ſunt*. l. Cum enim. ff. de nouat. & ibi D. Alberi.de Roſate,nu.1.& C.de rei vxor.actio.l.1.in principio.

Stipulatio, Iudicium.

STipulationes & iudicia æquiparantur. Bartolus in l.Licet. §. Idem. ff. de peculio. Vbi Vlpianus, Sicut in ſtipulatione contrahitur cum filio, ita & in iudicio

dicio cum filio contrahitur: Proinde in iudicijs contractuum non originem iudicij, ſed ipſam iudicati veluti obligationem ſpectare debemus, vnde dicimus, quod ex ſententia aliquis obligetur, ſicut ex contractu. l. Quoties. ff de noxalib. gloſſa in d. §. Idem, quem textum etiam ad hanc æquiparationem inducit Fulgoſius, in ſuis conſilijs, conſilio 183. incipiente. Circa primum, colum. 1.

Studiorum ſumptus.

S*Tudiorum ſumptus, & dos æquiparantur.* (a) Per Bartol. in l. Dotis cauſa, in fine, poſt gloſſam. ff. ſolut. matrim. quem ſequitur eodem loco D. Iaſon. Idê etiam confirmant Bald. & Alexander in d. l. Dotis cauſa. Vel ſic. Studiorum cauſæ, dotis cauſis in iure pares habentur. teſtante D. Andrea Alciato, in l. 1. incipiente Dotis cauſa, num. 8. ff. Solut. matrimo. Et omnibus eſt notiſsimum, quòd ſtudiorum cauſa multa in iure noſtro indulgeantur. Authentica, Habita, C. Ne filius pro patre. Vnde ſicut dos, prælationis priuilegium habet, ita & ſtudioſi (b) videntur habere priuilegium in ijs quæ cauſa ſtudiorum ſibi debentur, quòd Bartol. in d. l. 1 ſentit; quem cœteri ſequuntur argumento l. Aſsiduis. C. Qui potiores in pign. habeantur. Et inſtrumẽtum continens Doctoris honorarium, præſumitur prius (c) celebratum, ſicut de dotali (d) dicitur, quòd in d. l. 1. Alexan. tradidit, & ſicut incertitudo legatum dotis non vitiat, ita nec legatum (e) diſciplinæ cauſa factum, l. Stichus. ff. de legat. 3. Et ſicut petenti dotem non obſtat exceptio compenſationis, l. 1. §. Taceat. C. de rei vxor. action. ita nec doctori (f) ſua ſtipendia petenti: l. 3. vbi Alber. C. de compenſat. Et ſicut donatio filiæfamiliâs facta à patre cauſa dotis (g) valet. l. Pomponius. ff. Famil. Herciſcun, ita valet donatio (h) ſi facta ſit cauſa ſtudij, quòd Bald. Raphaël, Iaſon in d. l. 1. tradiderunt. Si quis tamen deſideret qualeſcunque inter dotem & cauſam ſtudij differentias, is videat d. l. 1 ff Solut. matrim.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARANTVR. Dec. in cap. 1. numero 84. de probat. Maſc. deciſ. 634. nu. 5. & ſub numero 7. lib. 1. VVeſenb. conſilio 26. ſub numero 42. Decian. conſilio 38. numero 7. lib. 2. late Alc. reg. 3. præſumpt. 43. numero 8. Tiraquell. de priuileg. piæ cauſ. in præfat. verſ. item relictum cauſa ſtudij. vbi etiam quod dicatur cauſa pia. vt & apud Rebuff. conſilio 168. verſ. ſed iſta. Maſcard. concluſione 1171. ſub numero 23. late Decian. conſilio 14. numero 12 lib. 1.

(b) ITA ET STVDIOSI. late Rebuff. ſcholaſtic. priuileg. 118.

(c) PRIVS. Dec. in d. c. 1. numero 85. Alc. d. præſumpt. 43. numero 8. Maſc. d. concl. 1171. numero 23. cum ſeqq. late Rebuff. ſchol. priuil. 82.

(d) DE DOTALI. Alc. vbi ſupra, numero 7. Maſcard. de prob. concluſione 1218. numero 36. & concl. 1194. numero 19. cum ſeq. vbi declaratur.

(e) ITA NEC LEGATVM late Rebuff. ſchol. priuil. 133.

(f) NEC DOCTORI. Rebuff. ſchol. priuil. 168.

(g) CAVSA DOTIS. Alexand. in l. ſi extraneus numero 4. ff. de cond. ſine cauſ. Bald. conſilio 360. ſub numero 1. lib. 2. Dec. conſilio 414. numero 13. Crauett. conſilio 611. numero 2.

(h) VALET DONATIO. Tiraq. vbi ſupra. Rebuff. priuil. 60.

Digitized by Google

Subhaſtatio, Subhaſtare.

SVbhaſtatam rem eſſe, & praconizatam, paria (a) *in iure ſunt.* l. Ordo, coniuncta gloſſa, in verbo, Subhaſtatas. C. de execut. rei iudic. & l. Edicto. C. Si aduerſ. fiſc. reſtitu. poſtule. cum aliquot aliis iuribus ſimilibus. De hac ſimilitudine ipſe etiã memini in mea Subhaſtationum compendioſa exægeſi in prima editione, fol. 3. n. 11. & in poſtrema mea editione, eodẽ numero, ſed col. 3. & fol. 160.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Viui, deciſione 34. ſub numero 40.

Subſcribere.

SVbſcribere per ſe, ſiue manu propria, & ſubſcribere per alium ipſius nomine, vel alterius ſcripturæ ſubſcribere: in iure ſunt paria, ſunt & eiuſdem effectus. (a) l. Vice donatricis. Cod. de donat. & ibi Bald. Salicet. & Fulgoſ. in 2. parte. Et l. ſcripturas, num. 2. Qui potior. in pigno. habean. Ex his itaque notandum, quòd cuiuis liceat, & per ſe, & per alium poſſe ſubſcribere.

ANNOTAT.

(a) EFFECTVS. latè Crauett. conſilio 73. numero 1. Menoch. præſumpt. 66. ſub numero 9. lib. 3. voluitque Rebuff. ad conſtit. reg. tom. 1. in præfat. de chirog. ac ſcedul. recog. numero 57. cum ſeq.

Succeſſio ex ſubſtitutione.

POrtionem ad fratrem ex legitimæ ſucceſsionis conſeruatione peruenire, & ex ſucceſsione adiici, paria ſunt. Vel ſic: Portio venit ad fratrem ex legitimæ ſucceſsionis conſeruatione, & ex ſubſtitutione, paria ſunt: vt l. Si fundum per fideicommiſſum. §. Finali, cum l. ſeq. ff. de legat. 1. hoc pacto Raphaël Cumanus, ad l. Qui duos, numero 3. ff. de vulg. & pupil. ſubſtitu.

Succeſsionis excluſio.

IN materia ſucceſsionum, *Non eſſe in rerum natura, & eſſe, ſed non ſuccedere poſſe, ſiue à ſucceſsione excludi, in iure ſunt paria,* (a) *vt locum faciat filio excluſi.* Vel breuius ſic. Non eſſe & eſſe, ſed excludi, paria ſunt. l. 1. §. Vltimo. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. Et l. Si necem. §. Si deportatus ff. de bonis liberto. vbi dicitur. Si filius quiſpiam deportatus ſit, atque ob id inhabilis effectus, nec plures ſint legitimi filij, tunc ad ſucceſsionem admitti debet, non filius deportatus, quia is mortui loco habetur, ſed filius ipſius deportati, vel excluſi: nempe nepos aui ſui morientis ad bonorum ſucceſsionem & poſſeſsionem recipi, & ſuo patri. (ſi quis tunc eſſet) præferri debet. Hic enim nepos, quia patrem ſuum excluſum, ac veluti ciuiliter mortuum repræſentat, certè in hæreditarium ius ſui patris mortui ſuccedere debet, nec ipſi ſuus pater impedire poteſt, quòd adhuc extet, & viuat, quia viuens (b) pro mortuo in iure habetur,

tur. Vide de his D. Andream Tiraquellum, in ſuo lib. de iure primigeniorum, 13 queſtione, numero 15. de his quoque vide ſupra, Extare.

ANNOTAT.

(a) Paria. Burſat. conſilio 329. numero 35. cum ſeq. Mantic. de coniect. vlt. voluntat. libro 8. cap. 18. ſub numero 50.

(b) Vivens. Quomodo autem è regione, mortuus & viuus æquiparetur, tractat copioſè Marſil. ad l. qui ſine. ex numero 43. vſque ad 55. ff. de quæſt. quem refert & Gramm. deciſione 82. ſub numero 3.

Tacere.

T*Acere & contra ſe reſpondere, in iure paria eademque ſunt.* Fulgo, ad l. Quotiens. §. Interrogationis, numero 2. ff. de probat. Vide de hoc etiam ſupra, Confiteri nihil, & Conſenſus.

Tale eſſe poſt euentum.

E*SSE tale ab initio, & eſſe tale poſt euentum rei, vel peruenire ad tale, vel fieri tale poſt factum rei, in iure paria (a) ſunt, & eadem prorſus.* l. Nihil refert, & ibi Barto. Angel. & Iaſon. ff. de condictione ſine cauſa, & ſimilis eſt textus (D. Iaſone teſte) in l. 1. verſic. penultimo & finali, ſupra eodem. ff. de condict. ſine cauſa. Atque à ſimili huius colligitur, quòd etiam nihil referat, an ab initio aliquid ſit tale, an idipſum poſtea fiat tale l. Iuriſgentium. §. Siue autem ff. de pact. l. Si mihi. & Alber. de Roſate ad hanc Rub. num. 4. ff de ſeruitut ruſtico. prædio. Et l. Finali. ff. Rerum amota. Et l. Sed Iulianus. §. Proinde. ff. Ad Macedo. Et l. Finali. Cod. eodem titulo, cuius etiam meminit D. Anton. de Roſellis in ſuo tractatu de ſucceſsionibus ab inteſtato, numero 69.

ANNOTATIO.

(a) Paria. Latè Crauett. conſilio 201. numero 18. Cephal. conſilio 725. numero 9.

Talem eſſe ex opinione.

E*Sſe talem, & haberi pro tali, in iure paria (a) ſunt.* l. Item apud Labeonem §. Si quis virgines, & ibi Bart. ff. de iniur. & famoſ. libel Talis enim quis eſſe præſumitur, qualis in habitu reperitur, (b) vt ſi fœmina in nõ matronali habitu, ſed in meretricia veſte reperiatur, præſumitur meretrix, non autem honeſta matrona. Item ſi domina ancillari veſte veſtita reperiatur, præſumitur ancilla, nequaquam domina. Sic Thamar, vt ſuffuraretur concubitum ſoceri ſui Iudæ, mutauit habitum, aſſumens veſtem ſcorti, & pro ſcorto habita eſt à ſocero ſuo, illamque cognouit, non vt nurum ſuam, ſed vt ſcortum. Geneſis cap. 38. Item ſi clericus, presbyter, aut religioſus, in habitu militari reperiatur, præſumitur miles, non clericus, non presbyter, aut religioſus, & ita de infinitis ſimilibus exemplis, breuitatis cauſa hic omiſsis, præſumendum eſt & dicendum. Hoc loco tamen aduertendum, & expendendum eſt, quod ex rationa-

Digitized by Google

bili cauſa liceat aliquando dominæ ſumere veſtem ancillę, aut religioſo ſiue presbytero alium habitum, vel ſimulare ſe talem eſſe, vtputa ob vitandum periculum captionis, vel inſidiarum, ſicuti legimus in primo libro Regum capit. 21. in fine de Dauide, quòd tum moribus, tum habitu ſimularit ſe furioſum, & inſanum apud Achim Regem Geth, quum tamen eſſet ſanæ mentis, eum enim furorem ſimulauit, tantum, vt mortem euaderet. Præfatus etiam §. Si quis virgines magnopere ſeruit ad hoc (teſte eodem Bartolo) ibidem. Quod ſi quis clericum in laico habitu incedentem, ſiue deambulantem verberet aut puniat, is talem clericum non contemnit, nec per talem verberationem iniuriarum tenetur, (c) vt notatur in l. Si ignorans, & ibi etiam gloſſa, in verbo contemnit, ff. loca. & conduc Habemus pręterea ad huius confirmationem, textum hanc legem allegantem, in cap in audientia, extra de ſentent. excommunication. Idem quoque tenet D. Dynus, in l. Gerit. ff. de acquirend. hęreditat. & argumento l. Generaliter, C. de epiſcopis & cleric. Neque etiam excommunicatus (d) cenſebitur, qui clericum verberat, qui eo habitu, & modo ſeculari incedit, & ſeſe gerit. Quæ tamen ſolummodo vera ſunt, quãdo per talem habitum veriſimiliter ignorauit (e) ipſum eſſe clericum, quem vt ſecularem verberauit. Nam ſi is verberans non obſtante ſeculari habitu certò ſciuiſſet (f) ipſum fuiſſe clericum, tunc habitus ſecularis ipſum verberantẽ non excuſaret, ſed ipſe iniuriarum teneretur, & doli, quia tunc dolus culpæ præponderat, vt eſt in l. Item ſi obſtetrix, & ibi in gloſſa finali, ff ad l. Aquiliam. Sed hic ex contrario euentu quæri poſſet. Si quis verberaſſet indutum habitu clericali, & cum tonſura clericali incedentem, qui tamen non erat clericus, an is inquam verberans teneatur? Ad hanc quæſtionem reſpondet D. Dynus in d. l. Gerit. ff. de acquir. hæredita. & tenet negatiuam (g) partem, argumẽto l. Finalis, de crimi. expila. hæred. & l. Eum qui §. Si iniuria. ff de iniurijs. idéque dicitur in ca. 1. Quibus mod. feud. amitta. Et ibi Baldus poſt gloſſam (h) dicit. Quod ſi quis inſultat dominum, quem neſcit eſſe dominum ſuum, is ob id non perdit feudum ſuum, niſi in eo facto prætenderetur ignorantia craſſa, & ſupina: quia paria ſunt ſcire, & ſcire debere. l. Quod te. ff. Si cert. petat. Idem ſimiliter dicit ibi in eadem gloſſa. Quod ſi quis concubuiſſet cum vxore domini ſui, neſciens eam fuiſſe vxorem, quòd non perdat feudum ſuum. Item quod cognoſcens monialem, neſciens tamen fuiſſe monialem, non puniatur tanquam de ſtupro monialis. Quę gloſſa in hoc caſu memoriæ eſt inſcribenda, vt ait idem Baldus. Et ad hanc facit d. l. Si quis ignorans. ff. loca. & l. Penultima. ff. Ad l. Iuliam de adulter. Hinc notate (vt reſumamus) talis enim (vt dixi) aliquis eſſe præſumitur prima facie, qualem ipſum indicant eſſe veſtes, aut qualis ex habitu, & ornatu veſtimentorum pro ſtatu, iuxta vulgarem exiſtimationem eſſe præſumitur. De hac re vide Speculato. in titulo. De aduocatis. §. 2. & in adiuncta gloſſa, in ca. 1. in 1. titulo. Quomodo diui. offic. ſit cele. in prægma. ſanc. Et Philippum Decium in ſuis conſilijs, conſilio 275. num. 7 qui ibidem iuxta prædicta ſic infert. Quod ſi ſtatutum decernat, vt filia nupta habeatur eſſe ſui iuris, quod tunc nupta, iuxta hoc ſtatutum verè erit ſui iuris. Item ſi ſtatutum eſſet, vt legitimatus habeatur pro legitimo, tunc is legitimatus verè dicendus eſſet legitimus, & hoc ipſum tenet Bald. in l. Nuper. in fine. Cod. de na-

tural.

Digitized by Google

tural.liber. Et Alexand. in conſilio 2. incipiente. Viſis codicillis column.4 lib.1. & Paul. de Caſtr. in conſilio 180. ſecundum nouam formam incipien. Super eo quod primo loco quæritur, column. penult. in antiquis, & in conſilio 34. incip. Super primo dubio, column. 3. in nouis. Vnde licet ſtatutum debeat propriè (i) intelligi, l 3 9. Hæc verba, vbi Bartol ff. de negot. geſt. hoc tamen ſtatutum de agnatis videtur habere locum etiam in legitimatis, qui iuxta idem ſtatutum verè & propriè ſunt æſtimandi legitimi. Ad quod optimè facit, quòd de legitimatis idem iudicatur, quòd de legitimè natis reſpectu agnatorum & familiæ. Nam legitimatus alijs agnatis ſuccedit, vt ſentiunt Bartolus & Baldus in l. Communium. C. de natura. liber. Et idem confirmat Alexand. in ſuis conſilijs, conſilio 2. lib.1. ſupra allegato, colū. 5. in verſicu. Ad prædicta quoque confirmanda faciunt, quæ allegat Ioan. And. in titulo de ſucceſsio. ab inteſtat. §. Finali, column. penultima. Et quæ annotauit Anton. de Butrio in ca. Per venerabilem. Qui filij ſint legiti. Et hanc eandem ſententiam tenent Paul. de Caſt in d. conſilio 34. & Alexand. in conſilio præallegato, dicentes, quòd agnatis etiam per legitimatos conſeruatur agnatio, ſicut per legitimos & naturales. Vnde ſuccedunt naturales legitimati iure agnationis in hæreditate agnatorum: ſicut faciunt legitimi & naturales. Idem quoque diſputat latè D. Philippus Decius in præcitato ſuo conſilio 275. nume. 7. in 2. parte. Hæc autem haſtenus dicta, ſuaſerim diligenter notari, quia frequenter vſuueniunt, & in quotidianis conſultationibus, propoſitis admodum ſeruiunt.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. In his ſcilicet, quæ iuris ſunt, vt reſpondit Rebuff. conſilio 123. ad fin. Roland. conſ. 83. num. 16. lib. 3. Cephal. conſilio 210. nu. 3. conſ. 339. nu. 14 cum ſeq. conſ. 451. nu. 32. cum ſeq. & cōnſilio 705. numero 23. cum ſeq. Card. Put. deciſione 257. in fin. lib. 4. Decian. conſilio 5. numero 32 lib. 1. voluitque Crauett. conſilio 764. numero 14. latè Schurpf conſ. 1. ſub numero 18. & numero 21. lib. 1. nam alioqui regulariter aliud eſt, eſſe tale, aliud loco talis haberi, ſecundum gloſſ. in l. mercis appellatione. ff. de verb. ſignif. Alex. conſilio 212. ſub nu. 10. lib. 6. Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore. ſub numero 304. de vſucap. & latius in l. prætor ait. § 1. numero 2. ff. de oper. nou. nunc. Tiraquel. ad l. ſi vnquam. verb. liberos. ſub numero 15. C. de reuoc. donat. Pariſ. conſilio 22 numero 17. cum ſeq. lib. 2. Molin. ad conſuet. Pariſ. § 1. gloſſ. 8. ſub numero 1. & §. 13, gloſſ. 5. ſub numero 46. Treuiſan. deciſione 25. numero 24. lib. 2. Oſaſc. conſilio 68. ſub numero 59. Natt. conſilio 602. ſub numero 5. & conſilio 624. ſub numero 18. Menoch conſilio 35. numero 21. id quod multis exemplis commonſtrat Rebuff. in d. l. mercis appellatione. & Bartolus in l. ſi maritus. 2. § 1. ff. de adulter. declarantes procedere in ijs quæ facti ſunt, vt & Iaſ. in l. lex Cornelia. ſub numero 3. ff. de vulgar. & pupillar. Rebuff. vbi ſupra. cum illa per legem infecta fieri non poſsint, ſed per fictionem duntaxat pro infectis habeantur: aliter atque in ijs quæ iuris ſunt, vt quæ poſsint verè induci à iure, adeoque ſi in ijs lex fingat, pro veritate habeatur, vt exemplis latius cōprobat Rebuff. vbi ſupra. Rolandus d. conſilio 83. numero 17. & poſt Dec. adductum hic auctor. voluitque Alciat. præſumpt. parte 1. ſub numero 9. Menochius conſilio 164. numero 5. & conſ 266. num. 45. cuius etiam diuerſitatis effectus colligere eſt, ex annotatis noſtris ſuperius ad verb. Ciuis.

(b) REPERITVR. Eleganter Dyn. conſ. 53. ſiue fin. verſus fin. Triuiſ. d. lib. 2. deciſ.

33. ſub

Digitized by Google

33.ſub numero 3. Tiraq. de retract. proxim. §.1. gl. 8. numero 25. Menoch. lib. 3. præſumpt. 64. numero 4. & lib. 6. præſ. 89. numero 5. & præſ. 76. numero 9. cum ſeqq. & conſilio 898. numero 21. cum ſeqq. & conſilio 927. numeris 5. & 6. latè Montan. de auctorit. magni conſ. ſub numero 150. Maſcard. de probat. concluſ. 264. numero 6. cum ſeq. concluſ. 848. numero 2. cum ſeq. concl. 302. & concl. 1066. numero 29. cum ſeqq.

(c) Tenetur. Maſcard. d. concluſ. 848. numero 4. & concl. 879. numero 30. tenetur tamen tanquam de laico offenſo, vt probat commentator conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 30. quæſt. 41. ſub numero 152. & Couarr. ad c. alma mater. part. 2. §. 10. numero 15. de ſent. excommunic. lib. 6. totam hanc rem elegantiſſ. explicantes. videatur etiam Blanc. in praxi crimin. §. ignorantia. numero 195.

(d) Excommunicatus. Menoch d. lib. 6. præſ. 76. numero 12. & d. conſilio 898. numero 25 Iul. Clar. ſent. lib. 5. §. fin. quæſt. 77. numero 6. addens etiam poſt Aret. conſ. 163. numero 16. Clericum inuentum ſine habitu & tonſura miſcentem ſe enormibus ſceleribus, poſſe occidi abſque eo quod occidentes incurrant pœnam excommunicationis. idque commune teſtatur & Barſat. conſilio 443. numero 1.

(e) Ignorauit. Iuſta ac probabili ignorantia, ſecus ſi craſſa ac ſupina, vt eſt gloſſ in cap. ſi verò. in verb. ignorauit, de ſent. excommuni. quam ab omnibus receptam, tradit etiam Clar. d. quæſtione 77. ſub numero 7.

(f) Sciuiſſet. Maſcard. d. concluſ. 848. numero 5.

(g) Negatiuam. Maſcard. d. concluſione 848. numero 6. & poſt gl. in adducto c. in audientia. in verb. iniuriarum. quam communiter receptam ait, Couar. d. §. 10. ſub numero 15. verſ. 12. libet. De pœnis autem vtentium habitu clericali, aut alieno, Menoch. de arb. iud. lib. 2. caſu 561. numeris 7. 10. & ſeq.

(h) Gloſſam. huius gloſſ. dicta omnia ſubſequentia, ſequitur Maſcard d. concluſione 848. numero 7. cum ſeqq. explicatque Couarr. d. §. 10. ſub numero 13. commentator conſuet. Pariſ. d. quæſt. 41. numero 154.

(i) Proprie. Ita vbique noſtros conclamare, ait Tiraq. de retract. proxim. §. 3. gloſſ. 3. ſub numero 7. latè Cephal. conſilio 210. numero 14. & conſilio 519. numero 1. Menoch. conſilio 227. numero 40. nos dicemus alibi. & ad ea quæ de ſubſtitutione hic ſubſequuntur, videantur annotata noſtra ſuperius ſub tit. Arrogatio, legitimatio. ad verb. Ita quoque.

Tempore prohibito, aut permiſſo fieri.

Tempore prohibito aliquid fieri, & fieri tempore permiſſo. ſic vt eius effectus in tempus prohibitum conferatur, in iure ſunt paria. (a) Item contra, tempore permiſſo, vel non prohibito aliquid facere, & aliquid facere tempore prohibito, cuius tamen effectus confertur in tempus permiſſum, vel non prohibitum, paria quoque in iure cenſentur, l. Quod ſponſæ. C. de donat. ante nupt. l In tempus. ff. de hæred. inſtituend. Et cap. de Vxore, & ibi D. Panor. idem notat, num. 2. extra de ſepultu. Et l. Si ſponſus. §. Si vxor. ff. de donat. inter vir. & vxor. Et ibi Bartol. Vide quoque eundem Bart. in l. Si conſtante. §. Quotiens. ff Solut. matri. Et in l. 1. § Nunciatio. ff. de oper. noui nunciat. Et in l. Alia. §. Eleganter ff. Solut. matri. Vide etiam & Bald. in d. l. Quod ſponſæ. Quam legem nihilominus D. Panorm. limitauit loco præallegato, num. 4 in c. de vxore, extra, de ſepultu. Quam limitationem hic breuitatis cauſa omittimus.

ANNOT.

Digitized by Google

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Zaſ. in l. eum qui. verſus fin. ibidemque Dec. numero 4. ff. de iuriſdict. omn. iud. Coraſ. in l. 2. ſub numero 23. ff. ſolut. matrim. Tiraquell. de iur. conſtit. poſſeſſor. part. 3. limit. 2. numero 3 plures ibidem numero 4. & ſeq. inſerens effectus. Suarez allegat. 19. numero 3. Euerard. conſilio 60. numero 17. Schurpf conſilio 41. numero 7. cent. 3. Crauett. conſilio 175. numero 8. conſilio 197. numero 8. conſilio 712. numero 2. & conſilio 976. numero 28. Viui deciſione 34. numero 46. Valaſc. Luſit. deciſione 77. ſub numeris 3. & 6. & deciſione 102. ſub numero 16. Olaſc. conſilio 24. numero 11. & conſilio 77. ſub numero 15. Cephal. conſilio 638. numero 55. referens & Bart. in adducta l. quod ſponſæ numero 1. in fin. dicentem hanc regulam nunquam fallere. quam tamen declarat Crauet. d. conſilio 712. numero 4. locum habere, quando ſubſtantia ipſius actus in tempus inhabile confertur, non executio.

Tempore habili, vel permiſſo fieri.

Fieri tempore habili, & conferri ad tempus habile, paria (a) ſunt. Vt notat Bart. in l. Alia §. Eleganter, colum. 2. verſic. Non obſtat quod dicit. ff. ſolut. matrim. Sunt item paria: Aliquid fieri certo tempore. & aliquid conferri in certum tempus Fulgoſ. ad l. Verum eſt. §. Labeo autem, numero 2. ff. Pro ſocio, potiſſimum quando non requiritur certa habilitas in tempore quo actus fit, ſi enim tempore quo fit actus requiratur certa habilitas, tunc ipſa eo interuenire debet tempore, quo requiritur, & fieri debet Nec ſufficit, quòd conferatur ad tempus habile, nam ſicut is qui alienare cupit, debet eo alienationis tempore eſſe habilis (ea enim habilitas non pro futuro tempore, ſed pro præſenti alienandi tempore conſideranda eſt) ita quoque neceſſaria eſt ad quemuis actum habilitas in præſenti tempore, qui præſentem habilitatem requirit, vt l Si alienum ſeruum. § In extraneis ff. de hæred. inſtituend. Et l. Si minor. ff. de ſeruis export. Et D. Carolus Ruinus, in ſuis conſiliis, conſilio 90. incipiente. Ad ea quæ, num. 6. volumine conſiliorum. 4. Et idem in conſilio 192. incipiente. Quæritur quis ſuccedat, nume. 16. 2. volumine conſiliorum Et Petr. Paul. Pariſius, in ſuis conſiliis, conſilio 110. numeris 35. 36. & 37. in ſua 4. parte conſiliorum, vbi reperies quomodo, & in quibus caſibus procedat præfata paritas.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Tiraquell. de iure conſtit. poſſ. part. 3. limit. 2. numero 3. cum ſeqq. Viui. deciſione 34. ſub numero 46. Milanenſ. deciſione 16. numero 37. libro 2, latè etiam Euer. in loco, de ſeruo ad Monach. verſ. 2. quod iuuenes.

Territorium.

Extra territorium eſſe, & eſſe in territorio, ſed in loco exempto, paria (a) ſunt. Qui enim eſt in loco territorii, ſed exempto, is & extra territorium eſſe cenſetur, cap. Cum Epiſcopus, & ibi gloſſa, De offic. ordina. in 6. Et Ioan. Andr. in ca. 2. & ibi Gemi. in 5. column. de conſtitu. libro 6. Vbi dicunt, quòd ſicut ſtatutum Epiſcopi non ligat delinquentem extra territorium, ita nec delinquentem in territorio in loco exempto. Idem quoque tenet Pet. de Ancha. in repetitione ca. Si

propter

propter tua debita, in 31. columm. de reſcript. lib. 6. Et Calderi. in conſilio 13. in titulo de foro competen. quem refert Geminia. in cap. 1. in vltima column. de priuileg. in 6. vbi æquiparat exiſtentem in loco exempto, & exiſtentem extra diœceſim. Et idem confirmat D. Iaſon in l. Extra territorium, numero 5, ff. de iuriſdict. omnium iudic. Et Gaſpar Calderinus, in ſuis conſilijs, conſilio 13. de foro competenti. Reliqua vide ſupra, Forum.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Zaſ. in addncta l. extra territorium, verſ. extendar. 3. regulam. ibidemque Dec. numero 2. Caſtrenſ. conſilio 187. ſub numero 9. lib. 2. Viui. deciſione 34. numero 45. VVeſenbec. conſilio 9 numero 5. conſilio 33. numero 20. & conſilio 37. num. 10. Decian. tract. crim. lib. 4 cap. 17. numero 31. Natt. pleno conſilio 643 poſt Ang. conſilio 233. numero 2. hinc ſuſtinens teſtamentum in monaſterio exempto ab extraneo conditum, non ſeruatis ſolemnitatibus, per oppidorum ſtatuta, requiſitis. idemque Roland. conſilio 31. numero 23. lib. 3. pleniſſ. autem æquiparationem hanc expendit & diſcutit Felin. in cap. graue. ſub numero 2. de offic. ordin. concluditque non procedere in modum regulæ, ſed quò ad certos tantummodo effectus, vt per eum ibidem, poſt Feder. conſilio 2. quem allegat, latius.

Teſtari.

TEſtari falſum, & veritatem ſupprimere, paria (a) ſunt. Bal. in l. Presbyteri. C. de Epiſc. & cleri. Gloſſa & Angel. in Authent de teſtib. in principio. Ideoque qui recuſat apertam dicere veritatem, ſed eam malitiosè, vel obſcurè deponit, is tenetur vt falſarius, (b) Bal. in l. Ea quę commendandi, ff. de contrahen. empt. in l. Præſcriptione in fine. Cod Si contra ius &c. Officium enim teſtis eſt deponere ſuper integro ſuperque toto facto, & non ſuper aliqua rei parte, ſed plenam rei veritatem ſine fuco deponere, gloſſa & Doctores in l. Lucius. ff. de infa. quam gloſſam allegat Bald. in l. perēptorias, circa finem. C. Sent. reſcind. non poſ. Ita tenet D. Franciſc. Curtius in ſuo inſigni tractatu. de teſtib. 15. concluſione.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Felin. in cap. ſicut numero 23. ad fin. de ſentent. & re iud. voluitque Dec. in cap. ſi duobus numero 28. de appell. Maſcard. de probat. lib. 1. quæſt. 5. numero 72. cum ſeq. Viui. deciſione 365. numero 6. & poſt Alexand. conſilio 2. numero 6. lib. 7. Guid. conſilio 231. numero 2. Marſil. ad Rubr. ff. ad l. Corn. de falſ. numero 8. aliosque Tiraq. de pœn. temper. cauſ. 44. numer. 15. 16. 21. 42. 71. & ſeq. vbi declaratur latius.

(b) FALSARIVS. Felin. (declarans tribus modis) in cap. cauſam, ſub numero 2. cum ſeqq. de teſt. cogend. Marc. deciſ. 425. libro 1. Decian. tractat. crim. libro 6. c. 10 numero 30. Viui. iuſta deciſ. 389. præſertim numero 5. Triuiſ. deciſ. 53. numero 15. cum ſeqq. lib. 2. Burſ. conſ. 404. nu. 14. latiſſ. Boſſ. tract. crimin. tit. de falſ. nu. 63. 139. & ſeqq. dum explicat, quid in ſtatuto puniente dicentem falſum teſtimonium.

Teſtes, Inſtrumenta.

TEſtes & inſtrumenta æquiparantur in exercendis litibus. Videte ſupra, in verbo, Inſtrumenta.

Teſtes

Digitized by Google

Teſtes impedire.

NOtarium vel teſtes impedire ne ad teſtatorem teſtamentarium adeant, (a) & notarium vel teſtes coram teſtatore exiſtentes reuocare, & præcipere ne ad ipſum reuertantur, paria ſunt. Vel aliter, Prohibere teſtes ad teſtatorem accedere, & teſtes ad teſtatorem adductos, aut reuocare, aut oſtium ipſis claudere, ne introire ad teſtatorem poſsint, paria ſunt, vti notatur in l. 1. & 2. ff. Si quis aliq. teſta. prohibuerit. In l. Marcellus. §. Finali. ff. Ad Trebellia. Et idem habet Pet. Paul. Pariſius, in ſuis conſilijs, conſilio 67. numero 46. in 3. parte. Et quod hic probatur de teſtibus impeditis accedere ad teſtatorem, idem quoque de quibuſuis alijs teſtibus impeditis intelligi poteſt.

ANNOTATIO.

(a) ADEANT. Maſcardus de probationibus libro 3. concluſione 1355. numero 2. & poſt Ancharan. conſilio 337. ſub numero 4. aliosque Menoch. de arbitrar. iudic. libro 2. caſu 395. numero 36. vbi hac de re pleniſſ.

Teſtamentarij.

TEſtamentarius & Tutor in cautione præſtanda, & in quibuſdam alijs, æquiparantur. (a) Argumẽto eius quod notatur in l. Diuus. ff. Si cui pluſquã per leg. Falcid. Vbi dicitur, quòd ſicut executor teſtamento deſignatus (quem Accurſius ibi Fideicommiſſariũ eſſe putat) non cauet, nec tutor qui teſtamento datus, vel cõſtitutus eſt cauere debet. Et quibus caſibus tutor non poteſt emere res pupilli, quas ipſe cum decreto vendit, ijſdem caſibus executores non poſſunt emere res, quas ex officio vendunt l. Si in emptione. §. Tutor. & ibi Barto. ff. de cõtrahend emptio. & Bald. ad l. Cum ipſe. C. eodem titulo. Et ſicut tutor poteſt ſe excuſare propter numerum liberorum, propter adminiſtrationem fiſci, propter abſentiam futuram, propter poteſtatem publicam, &c. ita & executor teſtamenti, ſecundum Ioann. à Canibus in tractatu de Executio. vlti. volunta. §. Quæro, nu. 14. Et ſicut morte tutoris finitur officium ipſius tutoris, & etiam officium ab ipſo tutore cõſtituti, iuxta l. Si per epiſtolam. ff. de acquirend. hæred. ita quoque mortuo executore finitur (b) officium ipſius executoris, & etiam officium ſubexecutoris ab executore conſtituti, (c) excepto executore ad pias cauſas (d) deſignato, vti confirmat D. Ioã. à Canibus loco iam citato n. 16. & l. Si quis pro redẽptione. C. de dona. coniuncta gloſſa, in l. Vxori. ff. Ad l. Cornel. de falſ. Quæ quidem gloſſa apertè Fideicommiſſariũ & Tutorem æquiparat. Quã æquiparantiam, & ipſe tenui in meo Pupillorum patrocinio, titulo, de tutorum & curatorum rationis iuſtificatione cap. 1. folio 84. num. 38 in poſtrema editione.

ANNOTATIO.

(a) AEQVIPARANTVR. Roman. conſ. 119. in princ. & conſ. 428. nu. 7. Fulg. conſ. 75. nu. 3. Signor. de homod. conſ. 35. ſub nu. 4. Dec. conſ. 72. ſub num. 1. Crauett. conſ. 323. ſub nu. 1. Burſat. conſ. 133. nu. 15. & conſ. 299. nu. 6. voluitque Alexand. conſ. 12. nume. 15. libro 3. Bertrand. conſ. 193. ſub num. 8. libro 1. per Portan.

(b) FINITVR. Viu. commune probans, dec. 305. n. 4. poſt Rom. conſ. 69. n. 6. aliosque.

Digitized by Google

(c) Constitvti. In caſu ſcilicet, quo poteſt conſtitui, vt loquitur Ioan. à Can. in adducto tract. de exec. part, 3. ſub numero 15. quum alioqui non poſsit, vt latius probat, ex deciſione ſenatus ſui Viui, vbi ſupra, numero 1. & ſeqq.

(d) Ad pias cavsas. Roman. d. conſilio 119. ad fin. & inibi copioſè Mandoſ. veriſſ. & commune probans. Tiraq tractat. *le mort ſaiſit le vif* part. 7. declarat. 5. numero 12. dum exemplis commonſtrat, executores in relictis nuncupatim ad pias cauſas, multò fauorabiliores eſſe, quàm in cęteris. Vnde etiam fit, quòd quando doctores dicunt, executores vniuerſales, nullo alio hærede ſcripto, haberi loco hæredum, vt per Signor. d. conſilio 35. nume. 4. Iaſon ſub numer. 22. & Zaſ. in verſ. ſupra declarauimus. in § ex maleficijs. inſtit. de action. Crauetta conſilio 440. numero 9. ſemper intelligendum ſit de executoribus datis ad diſtribuendum inter pauperes, prout loquitur Tiraq. vbi ſupra, numero 14. & ex ſententia doctorum, in c. cum tibi, de teſtam. Alex. conſilio 45. ſub numero 10. libro 1. conſilio 4. numero 16. conſilio 98. numero 10. libro 2. & conſil. 12. numero 12. libro 3. Boer. deciſione 204. numero 47. Menoch. adipiſc. poſſeſſ. remed 4. numero 268. aliorumque, aſtruit late Valaſc. deciſ. 68. numero 4. & ſeqq. dicens, quòd, licet ſenatus ſupremus Luſitaniæ contrarium decreuerit, tamen non poſſe ſibi perſuadere, de iure iudicatum: quia percurriſſet omnes quos ſibi licuerit legere Doctores, loquentes de huiuſmodi executoribus, & nullus eorum doceret eos habere vicem hæredum inſtitutorum, niſi in caſu quando ſunt executores vniuerſales ad pias cauſas, in teſtamento, in quo relinquitur hæres vel anima defuncti vel pauperes Chriſti. Videatur idem etiam Valaſc. deciſione 52. ſub numero 46.

Teſtamentum vi codicillorum.

Dicere: *Si non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum* & dicere: *Habeat hoc pro donatione inter viuos, vel habeat tanquam ab inteſtato, paria* (a) *ſunt.* Vt notatur in l. Ex teſtamento. Cod. de fideicommiſ. & l. Quia autem, in principio. ff. Si quis omiſ. cauſ. teſta. Et per Dinum, in l. Codicillis, in fine. ff. de legat. 2. & Barto. ad l. 1. numero 9. ff de iure codicillorum.

ANNOTATIO.

(a) Paria. Caſtrenſ. conſilio 394. numero 6. libro 1. Dec. conſilio 242 nnmero 2. & conſilio 320. numero 2. Roland. conſilio 71. numero 57. libro 2. pleniſſ. Oſaſc. conſilio 11. nu. 18. & ſeqq. quod duplatur conſilio 70. vbi etiam Surd. in ſubſcript. ſentitque Dec. conſil. 431. ſub numero 9. conſilio 478. ſub numero 5. Mynſing. conſilio 79. numero 46. & conſilio 96. numero 5. cum ſeqq. Laur. Auenion, deciſ. 45. numero 16. Soarez theſ. recept. ſent. in litter. C. numero 80. late Sichardus in adducta l. ex teſtamento, numero 8. Ludou. Luc. dec. 53. numero 15. Crauetta conſilio 440. numero 6. in fin. & numero 18. vbi numero ſeq. probat, clauſulam codicillarem operari, non ſolum vbi eſt defectus ſolennitatis teſtamenti, ſed etiam in alio defectu, puta ſi non aditur hæreditas. voluitque Dec. conſilio 369. numero 3. Leonin. conſilio 78. ſub numero 6. Menoch. conſilio 106 numero 395. Euerard. conſilio 222. numero 9. & conſilio 135. ſub numero 14. vbi ait communem opinionem eſſe, quòd quomodocunque irritetur teſtamentum, ſiue ratione ſolennitatis omiſſæ, ſiue ratione exhæredationis vel præteritionis, ſemper clauſula codicillaris habeat vim fideicommiſsi vniuerſalis. idemque Caſtrenſ. conſilio 411. ſub numero 1. lib. 1. Clar. ſent. lib. 3. §. teſtamentum. quæſt. 46. numero 1. Soarez vbi ſupra numero 83. latè Gomeſ. ad l. 3. Taur. numero 75. cum ſeqq. & ad l. 24. ſub numero 2. Viui. deciſione 422. numero 1. cum ſeqq. & deciſione 541. numero 22. cum ſeqq. Gaill. lib. 2. obſeruat. 134. numero 3. & obſeruat. 114. numero 1. cum ſeqq. dicens iſtam deciſionem nullum

habere

Digitized by Google

habere dubium, ſed quò ad teſtamentum poſthumi natiuitate ruptum, ſequitur ac comprobat latè diſtinctionem Bart. in adducta l. 1. ſub numero 10. vt ſi ſciuerit teſtator prægnantē vxorem ſuam fuiſſe, clauſula codicillaris operetur prædictum effectum (& nullam de eo inter doctores ait eſſe dubitationem) ſi verò hoc ignorauerit teſtator, nullius momenti ſit ea clauſula, neque poſthumo præiudicet. & hanc Bart. opinionem ſe ſemper indiſtinctè tenuiſſe, tanquam æquiorem ac veriorem, & quæ hodie ſit magis communis, ab eaque non recedendum, & ſecundum eandem iudicatum fuiſſe, teſtatur etiam Clar. d. quæſt. 46. quem laudat & Soar. d. theſ. in lit. P. numero 243. cum ſeq. & Menoch. pleno conſilio 499. & ex præiudicijs ſenatus ſui Viui. d. deciſione 421. numero 5. cum ſeqq. quanquam aliter diſtinguat & Crauett. conſilio 47. Mynſing. d. conſilio 79. ſub numero 46. Card. Put. deciſione 234. libro 2. extenſiſſ. hac de re Burſat. conſilio 15. numero 3. cum ſeqq. conſ. 88. ſub numero 17. cum ſeqq. conſilio 39. ſub numero 40. cum ſeqq. & conſ. 436. numero 1. cum ſeqq. Oſaſc. d. conſ. 11. per totum, & ad d. conſ. 70. Rol. & alij ſubſcribentes, idemque Rolan. (d. ſubſcript. memor) pleno conſil. 7. libro 4. Menochius de præſump. libro 4. præſump. 32 Et prædicta procedere quando etiam in teſtamento non habetur clauſula codicillaris, ſed æquipollens, vt eſt clauſula, omni meliori modo, voluit Euerard. d. conſ. 222. ſub numero 9. & Leonin. d. conſ. 78. numero 6. cum ea clauſula pari paſſu ambulet cum codicillari, vt apud eos, & Sfort. Odd. conſ. 89. numero 25. Menoch. d. libro 4. præſumpt. 31. numero 9. vbi de alijs etiam vim clauſulæ codicillaris habentibus, vt & iuramento, de quo item Gaill d. obſer. 114. num. 14. Ceph. conſ. 420. num. 28. Gomeſ. ad d. l. 3. Taur. nu. 74. & ad. d. l. 24. num. 2. in fin.

* Paria quoque ſunt, poſſe teſtari, vel codicillos facere, ſiue fideicommiſſum relinquere, vt notat Guid. Pap. in l. 2. per illum text. numero 1. ff. de leg. 1. ibidemque Alciat. declarans latius numero 2. in fin. cum ſeqq. & ſub numero 20. hinc aſſerentes, ſi minor 25. annis, ſtatuto prohibeatur teſtari, neque etiam fideicommittere, neque codicillos facere poſſe. id quod poſt Bart. numero 4. ibidem confirmat & Alex. num. 2. 3. & 4. Iaſon numero 31. idemque Alciat. de verb. ſignif. lib. 2. num. 39. in fin. Io. de Imol. conſ. 145. ſub num. 5. Marc. dec. 826. ad fin. libro 1. Ant. Gomeſ. ad l 24. Taur. ſub numero 1.

Teſtamentum inualidum.

TEſtamentum inualidum, & teſtamentum nullum, paria ſunt. Vel ſic, Teſtamentum nullum fuit factum, & teſtamentum fuit factum, ſed ipſum eſt inualidum, paria (a) ſunt. Teſte Capra, conſilio 64. num. 3 Teſtamentum autem vocamus inualidum, quòd non eſt legitimum, hoc eſt, quod non eſt factum à debita ac legitima perſona, quæ teſtari poſſet, aut pro ea perſona cui teſtari liceat, aut pro tali re cui vtiliter teſtari non debeat: nempe reclamantibus iuribus, aut naturæ legibus, l. Non putauit. §. Non quæuis. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabulas, & ibi Barto. Et in l. 2. ff. Quemadmod. teſta. aperi. Et l. 4. §. Condemnatum ff. de re iudica. Sic tenet Philippus Probus in addit. ad D. Ioannem Monachi. in cap. Si tibi conceſſo num. 22. De præbend. & dignita. lib. 6.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Menoch. conſ. 695. numero 18. Oſaſc. conſ. 11. numero 26. Ceph. conſil. 585. numero 21. voluitque Euerard. conſ. 222. numero 7. Alciat. in l. inteſtatus. ſub numero 4. ff. de verborum ſignif. neque enim teſtamentum nullum dicitur teſtamentum, vt ait idem Alc. in l. 1. §. ſed ſi mihi. ſub num 2. ff. de verbor. obligat. & in l. Paulus reſpondit. ibidemque

Rebuff. verſic. itaque ſicut. & verſicul. intelligite falſa. ff. de verborum ſignificationib. Bellon. conſilio 74. ſub numero 3. Crauetta conſilio 993. ſub numero 37. idemque in reſponſo 2. pro genero, ſub numero 483 poſt Butr. conſilio 25. in primo dubio. voluit, inteſtatum deceſsiſſe, qui decedit cum teſtamento, quod nullum ſit, vel ratione prę teritionis, vel ſolemnitatis omiſſę. idemque Decianus conſilio 46. numero 3. & conſilio 86. numero 2. libro 2. late Alciatus & Rebuffus in dicta l. inteſtatus qui aduerſus Bartol. in l. 1. numero 3 ff. de ſuis & leg. aſtruunt, etiam proprie inteſtatum dici, qui teſtamentum ex ſe quidem validum fecit, ſed quod ex eo corruit, quia inſtitutus noluit adire. vt ſic etiam, paria eſſe, quod nullum ſit teſtamentum, vel teneat ſed non ſortiatur effectum, recte ſcripſerit Burſat. conſilio 432 numero 67. proinde ſtatutum, diſponens filias contentas eſſe debere, quocunque ſibi per patrem relicto in teſtamento, intelligi de teſtamento valido, reſpondit, poſt Corn. conſilio 126. numero 6. & ſequent. libro 1. Decianus dicto conſilio 46. numero 4. cum ſequent. & dicto conſilio 86. numero 3. cum ſequent. Quanquam autem Dec. in l. 1. ſub numero 3. ff. quod quiſque iur. in l. finali, in fine, ff. de officio eius. in l. finali, numero 10. Cod. de ſucceſ. edict. in l. vt liberis numero 2. Cod. de collat. in capit. ex tenore, numero 29. de reſcript. & in capit. oblatæ. numero 18. de appellationib. ex ſententia Roman. conſilio 190. velit, non proprie inteſtatum dici, qui decedit cum teſtamento nullo; atque aliud eſſe, nullum factum eſſe teſtamentum, aliud factum inutiliter. tamen Romanus ibidem reſpondit in diſpoſitione per verba factum denotantia loquente; quod tunc ſufficiat actus facti, licet non iure validi, prout ille ibidem numero 3. declarat: alias contrarium prę ſupponens. Calderin. verò (quem etiam Dec. allegat) in conſilio 6, titulo de conſtitut. diſtinguit latius. Plane ex inualido teſtamento voluntatem teſtatoris declarari comprobat Dec. vbi ſupra, & conſilio 176. ſub numero 2. Aretinus conſilio 149. ſub numero 12. Marſil. ad Rubricam, C. de probationib. numero 305. Zaſius conſilio 3. numero 54 libro 1. Crauetta conſilio 113. ſub numero 6. conſilio 293. ad finem, verſicul. poſito igitur. & conſilio 856, numero 20. Decianus d. conſilio 46. numero 81. Cardinalis Put. deciſione 92. numero 2, libro 2. Viuius deciſione 281. numero 5. Burſat conſ. 28. numero 1. & conſilio 307. (incipiente, Nobilis Dominus) numero 140 exactiſsime Menochius libro 4. præſumptione 15. Mantic. de coniectur. vltimarum voluntat. libro 3. titul. 20. Maſcardus de probationib. concluſione 417. numero 22. cum ſequentib. & concluſione 1415. numero 40 vbi in alijs etiam actibus inualidis idem probatur. Vt & accurate per Aluar. Valaſc. Luſit. deciſione 61 præſertim numero 15. & ſequentib. Surd. deciſione 205. numero 21. & ad Oſaſc. conſilio 70. in ſubſcript. verſ. in pagano.

Teſtamentum relatiuum.

D*E teſtamento expreſſo, & relatiuo.* Vide ſupra, ſub titulo. Sententia cum quantitate, circa medium.

Teſtatoris mors dubia.

T*Eſtatorem viuere, & dubitare de eius morte, ſunt paria.* Gloſſa magna in l. 1. Cod. de pact. Atque paritas iſthęc in hoc conſiſtit, vt quod de neutrius bonis paciſci liceat: ſicut enim de bonis viuentis paciſci non licet, ita neque de bonis illius, cuius mors nondum certò conſtat, quia is viuere adhuc creditur (a) cuius mors certò probata nõ fuerit, l. Sed ſi mors. ff. de donat. inter vir. & vxor. ibi. Quia & mors eius expectãda eſt, l. Nec nos prætereijt. C. de poſtlimi. Et

mi. Et l. Vxor quæ. C. de repud. Nouel. de diuerſ. capitu. §. Cæterum, & in conſtitut. 117. Quod autem de bonis adhuc ſuperſtitis paciſci non liceat, ratio eſt, quia tale pactum contra bonos eſſet mores, odioſum, & plenum triſtiſsimi & periculoſi euentus, l. Finali. Cod. eodem titulo. de pact. Et quia eadem ratio concurrit in pacto de bonis eius de cuius morte dubitatur, ideo nec de huius bonis paciſci licet, donec certa mora ipſius probata fuerit, quod diligenter eſt notandum. Et hanc opinionem quoque ſuſtinuit Louanij inſignis ac præclarus vir, I. V. Doctor. D. Nicolaus de Capella, aliàs Heenis à Bruxella, quondam meus obſeruandus præceptor, in ſuis lecturis, d. l Final Cod. de pact. & in d. l. 1. Cod. eodem titulo, de pactis.

ANNOTATIO.

(a) CREDITVR. Pro vita enim præſumendum eſt, non pro morte, vt poſt Bart. in l. ſiquidem C. ſolut. matr. alioſque probat Burſat. conſilio 367. numero 21 voluitque Viui deciſ. 43 numero 3. & ſeq. Pichard. conſ. 56. nu. 1. lib 1 Menoch. conſ. 40. nu 36. latiſſ. de probatione mortis agens ibidem, & conſilio 389 numero 36. de adipiſcend. poſſeſſ. remedio 4. numero 661. cum ſeqq. & de præſumpt. lib. 6. præſ. 49. Dec. conſilio 652. Cephal. conſilio 65. numero 44. cum ſeqq. & conſilio 776. (incip. dicitur ad fauorem) Natt. conſilio 59 numero 5. cum ſeq. & conſilio 241. Card. Put. deciſione 520. lib. 2. Viui. deciſione 289. numero 24. cum ſeq. & iuſta deciſ. 243. pleniſſ. Maſcard. de probat. concluſione 1073. cum ſeqq.

Teſtimonij dati ratio.

E*Xprimere cauſam impertinentem, & nõ ſatis dignã, & exprimere cauſam nullã, paria (a) ſunt.* Vt habetur in c. Præterea, extra de teſtibus, arc in ca 2. extra de tranſact. Vbi in d. cap. Præterea, dicitur: Si teſtes dicant ſe eſſe conſcios carnalis copulæ, quam tamen non viderunt, neque ſic teſtando certa vlla ſigna copulæ vicina deſignant, quia cauſam non ſatis iuſtam teſtantur, videntur nullam cauſam expreſsiſſe, vt ibidem etiam notat D. Antonius. Et ratio eſt, quòd iſthæc iam dicta cauſa in tali teſtimonio prorſus eſt neceſſaria. nempe quæ ſit talis quę limitet & conſtringat vniuerſum teſtimonium, adeo vt in hoc teſtimonio magis attendatur cauſa, quam dictum ipſum, vt plenè notatur per doctores in l Solam. C. de teſtib. & in l. cum hi. §. Nihil. ff. de tranſact & in cap. cum cauſam de teſt. Vnde ſi teſtis interrogatus, quid ſciat de contentis in tali articulo, reſpondeat vera eſſe in eo contenta: & ſi mox interrogatus, quomodo & qualiter ea ſciat, reſpondeat, quia ſic audiui dici à pluribus perſonis, iſta cauſa, & reſponſio inſufficiens confundit, & annullat dictum precedens, quia eſt cauſa non iuſta, inſufficiens, & perinde habenda, ac ſi nullam, ſuæ ſcientiæ cauſam depoſuiſſet, vt notatur in cap. licet ex quadam, extra de teſtibus. Et ad l. Teſtium. C. de teſtibus. Sic quoque paria ſunt: Nullam cauſam exprimere, & impertinentem vel iniuſtam declarare, teſte Ioan. Petr. Ferra. in forma oppo. contra teſtes poſt publica, ad verbum, Reddunt rationem, circa medium. Et idem notatur in cap. 2. de tranſactio Cauſa teſtimonij depoſiti prorſus debet eſſe talis, quę neceſſariò concludat dictum ſuum eſſe verum, alioqui teſtimonium eſſet nullum.

ANNOT.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Grammat.conſ.30.numero 4.in ciuilib.poſt Specul.tit de teſt. §.1.ſub numero 60.& poſt eundem Spec. Henr.Bouhic in c.cum cauſam. nu. 3.de teſtib. ibidemque Voluit late Felin.numero 5.cum ſeqq. Maſcardus de prob.concluſ.1369 numero 52.& ſeq. Sed tamen ſtatutum,quod loquitur quando teſtes nullam rationem reddunt,haud obtinere quando malam reddunt,reſpondit Dec.conſilio 57.numero 5. probatque Tiraq.de nobilit. c.37. numero 99.cum ſeqq. quinimo non valere ſtatutum,quo cauetur, credendum teſtibus malam rationem reddentibus,aſtruunt,ſequiturque poſt alios Menoch.de arbitrar.iud.libro 2. q.25. ſub numero 3.addens poſt Iaſ.in l.de quibus,nu.67.ff.de leg.nec conſuetudine id effici poſſe.

Titulus poſſeſsionis.

N*On habere titulum,& habere titulum, ſed eum non poſſe oſtendere, aut probare eum eſſe legitimum, paria* (a) *ſunt*. Ita vult expreſse gloſſa, in verbo, Prætor enim. in fine ibi. Si quidem probat bene eſt, ſi verò non probat præſumitur,quod pro poſſeſſore poſsideat,in l. Cogi.C.de petitio.hæredita.

ANNOTAT.

(a) PARIA. Luc.de Penn.in l.ſi quis decurio.1.verſ.contrarium ſic oſtenditur. C.de decur.libro 10.Cacheran.Oſal.deciſ.160.numero 13.VVeſembech.conſ.6.numero 99.Viui. dec.34.ſub numero 3. idemque deciſ.22.numero 8.tradit titulum inualidum minimè haberi pro titulo.voluitque Affli. dec.228.numero 2.& dec.271.numero 3. Maſcard de proba.lib. 3.concl.1371.numero 70.Gramm.dec.65.num.40.& ſeq.Rolan.conſ.41.num.31.cum ſeqq. libro 3.Cephal.conſ.312.numero 71.& conſ.773.(incip.communitas) numero 24.qui tamen conſ.4.ſub numer.39.cum ſeq.probat,titulum etiam inutilem prodeſſe,quoniam auferat doli præſumptionem;præter id quod declaret voluntatem,& ex eo præſumatur quis poſsidere. id quod reſpondit & Natta conſi.510.ſub numero 7.poſt Socin.conſ.13.libro 4. Videatur ad hæc nouiſſ.Triuilan.deciſ.55.ſub nu.63.& ſeqq.præſertim num.70.lib.2.

Tortura.

T*ortura ſiue tormenta, & mors in iure æquiparantur*. Prout latius meminimus ſupra, ſub litera M.& themate Mors & Tortura.&c.Vbi vide.

Totum, Omne.

T*otum & omne æquipollent.* (a) Per gloſſam,Inſtitu.de ſocieta. in princip.Bart.in l.Serui electione, §.fin. ff.de legat.1. eaque tota haberi dicuntur, quæ integra(b)habentur,l.decē.in verb. tota decerni,de fideicommiſſ.libert. Vbi tota decem pro integris decem accipiuntur. Specu. in titu.de loca.§.nunc aliqua verſi 69.Et perfectum & plenum id dicitur cui nihil deeſt l. 1.in primo ibi gloſ. de orig.iur. gloſ.Clement.1. ibi Cardin. de re iudica.gloſſ.in l.Iulianus,in fine,& ibi Bald cum concord.& Barbat. in addit.l. Mater. C.de rei vendicat.Vide latius per D.Vdal.Zaſ. in ſuis conſiliis, ſecundi li.conſ.18. pag.337. num.6.

ANNOTAT.

(a) AEQVIPOLLENT. Mantic.de coniectur.vltim.volunt.lib.7.tit.12.ſub numero 17.dictio

17. dictio tamen omnis, vniuerſalis eſt ex pluribus verificanda, tota verò integralis ad vnam rem tantùm referenda, vt voluit Dec. in l. omnia numero 2. ff. ſi cert. petat. alijque quos refert Tiraq. ad l. ſi vnquam. in verb. totum. numero 8. C. de reuoc. donat. Rebuff. ad conſtit. reg. tract. de liter. obligat. art. 1. gloſſ. 1. numero 2. tom. 1. & latius in l nominis & rei ad fin. verſ. hæc dictio. ff. de verbor. ſignificat. addens tamen vtrobique, vnam dictionem ſæpius pro alia poni.

(b) INTEGRA. latè poſt Corſet. ſing. in verb. integrè. Boër. deci. 44. nu. 31. cum ſeqq. alijque relati à Tiraq. de retract. proxim. §. 15. gl. 1. numero 8. & ſeq. adeoque paria eſſe, dicere integrum, & dicere totum, reſpondit Alexand. conſilio 201. numero 6. lib. 6. quem ſequitur & Mantic. d. tit. 12. ſub numero 15.

Tradere.

T*Radere, & cedere, quam inter ſe affinitatem habeant.* Vide ſupra, Cedere.

Tranſactio.

T*Ranſactio cum ſententia parem (a) effectum obtinet.* Quę quidem paritas intelligēda eſt, quantum (b) ad decidendas lites & ad parandas exceptiones, argumento l. Poſt rem. ff de tranſact. & l. Non minorem. Cod Illo titulo. Et ibi Cynus, Alexander, & Iaſon. Nam ſicut ſententia retractari (c) nō poteſt, ita nec tranſactio l. 1. C. de condict. indeb. D. Vdalricus Zaſius, in l. Diuus Adrianus. ff. de re iudica. Ad hæc facit, quòd ſicut per ſententiam receditur à lite, & lis ipſa finitur, ita & per tranſactionem receditur à lite, & lis ipſa finitur: ſic vt ob nullam allegandam deceptionem ea litis tranſactio reſcindi debeat. Parem enim hanc cum ſententia efficaciam tranſactionibus iura tribuunt propter odium litium, quas iura ita exoſa habent, vt ijs quoquo iuſto modo finem conſtitutum velint, & optent l. Fratris. C. de tranſaction. Idem tenet gloſſa. in ca. Cum cauſa, extra de empt. & vendit. Et allegat pro argumento optimum textum in cap. Conſtitutus de religioſ. domib. ibi enim Epiſcopus per tranſactionem remiſit omnia iura ſua pro ſolis octo denarijs pro penſione ſibi reſeruatis, & valida fuit tranſactio, & optima cum hac ratione cōfirmatur, quia quamuis exiguum per eam trāſactionem conſecutus fuit commodum, eo ipſo tamen & reſpectu eius quod per eam tranſactionem à lite receſſit, & à litis moleſtijs liberatus fuerat, permagnum cenſebatur conſecutus commodum, quantumuis prima facie enormiter deceptus videbatur. Quarę is qui pro externo damno commutat, & conſequitur gratum commodum, internum, ſcilicet aut corporale aut ſpirituale, is de deceptione ſibi facta conqueri non debet, ſed potius de acceſſione ingentis lucri ex animo ipſi gaudēdum eſt. Vnde nec ipſius tranſactio, quæ cum moleſtæ litis liberatione contingit, reſcindi debet, neque tranſactor ob id incommodum prætenſum deceptus dici poteſt, quòd à lite receſſerit, quum pro eo longe maius conſecutus ſit commodum, nempe quietum animū, & à vexatrice lite liberationem fœliciſsimam l. 2. Cod. de tranſact. & l. In ſumma. ff. de condict. indeb. quæ ad hoc allegatur. Vnde ex horum conſideratione dici vulgo ſolet tritiſsimo prouerbio. Si quis à me peteret pallium & tunicam, litis redimendæ gratia, dimitterem ipſi potius pallium, & tenerem tunicam: & in Gal.

Digitized by Google

in Gallico dicitur, *Il gaingne aſſez qui ſe mect hors du proces.* Atque ita in l 2. Cod. de reſcinden. venditio. tenent (d) Dinus, Iacobus de Aretio, Rey. Cy & Bald. Ita & iam ſuſtinuit D. Nicolaus Nicolai I.C. in ſua inſigni repetitione d. l. 2. Louanij me præſente & audiente. anno (ſi bene memini) 1517.

ANNOTATIO.

(a) PAREM. Felin. in c. Eccleſia S. Mariæ, ſub numer. 13. verſ. 2. adducitur. de conſtit. Dec. conſ. 216. numero 4. Schurpf conſ. 65. numero 9. libro 1. & conſ. 32. præſertim numero 5. centur. 3. Ceph. conſ. 133. numero 84. conſ. 210. numero 71. & conſ. 648. numer. 6. Menoch. conſ. 412. numero 95. & conſ. 439. numero 40. Gaill libro 2. obſeruat. 70. numero 9. Fichard. conſ. 31. numero 7. libro 1. Iaſon poſt alios, in l. ſi quis cum aliter numero 15. ff. de verborum oblig. vbi diuerſum diuerſa ſubſiſtente ratione ſentit. vt & Rebuff. ad conſtitut. reg. tomo 2. tract. de reſciſſ. contract. art. 1. gloſſ. 15. nu. 19.

(b) QVANTVM. In alijs enim multis differunt, vt apud VVeſenb. conſ. 3. nu. 27. & latius Mynſing. conſ. 28. nu. 34. cum ſeqq.

(c) RETRACTARI. Ampliſſ. Boer. dec. 307. Marc. dec. 312. libro 2. in nouis. Leon. conſ. 2. ſub numero 15. & ſeq. centur. 1. Oſaſc. conſ. 18. numero 1. & ſeqq. Menoch. de arbitrar. iud. lib. 2. caſu 15. Odd. de reſtit. in integ. part. 2. q 77. præſertim art. 5. & art. 10. num. 55. cum ſeq. & quæſt. 78. art. 3. Valaſ. dec. 51. nu. 12.

(d) TENENT. Tiraq. de retract. proxim. §. 24. gloſſ. 1. ſub nu. 4. Decian. conſilio 39. numero 123. lib. 2. Euerar. conſ. 241. ſub numero 6. verſ. reſtat nunc. latè poſt Alexan. conſ. 42. numero 11. ibidemque apoſt. libro 1. aliosque, Crauetta conſ. 151. ſub numero 26. & conſi. 886. numero 12. Menoch. conſ. 603. numero 27. vbi ita ſcripſiſſe ait (etiam ſi adſit enormiſſ. læſio) plus quàm 60 doctores quos ſumma fide enumerauerat in conſ. 401. numer. 157. & ſeq. exactiſſ. Viuius deciſ. 429. numero 4. cum ſeqq. Gaill d. obſer. 70. aſſerens ab hac ſententia, ſi ſubſtantialia tranſactionis adſint, iudicando non recedendum; eamque tanquam veriorem aliquotiens Cameram Imp. ſecutam eſſe: quemadmodum & Mynſinger. libro 6. obſeruat. 91. niſi (ſecundum eum ibidem numero 5. & ſeqq.) intercellerit dolus, vel enormiſſ. læſio. idemque in ſummo Pariſ. ſenatu teſtatur Papon. libr. 16. tit. 3. arreſt. 6. ſic etiam enormiſſ. læſione accedente, & inſpecto litis euentu, omni conſenſu concludi, reſcindendam eſſe tranſactionem ſcribit Grammat. deciſ. 66. numero 44. eamque ſententiam (quam quotidie, inquit, creſcere, & incaleſcere videmus) in caſu huiuſmodi difficili ſequendam eſſe, ſuadet late Strach. de mercat. tit. de ſponſion. part. 4. verſ. fin. quæſt. incip. Quæro igitur. ſub numero 4. cum ſeq. & ſequitur eam Cephal. conſ 137. nnmero 57. d. conſ. 210. numero 77 cum ſeqq. d. conſil. 648. numero 21. & conſ. 677. numero 5. Menoch. conſi. 412. numero 96. Fichard. conſ. 30 numero 7. & d. conſ. 31. ſub numero 7 libro 1. Card. Put. dec. 230. numero 5. in fine, cum ſeq. libro 1. Sfort. Odd. conſ. 37. numero 60. cum ſequen. libro 1. alijque quos refert Pinel. in adducta l. 2. par. 1. c. 4. numero 26. quanquam ille ibidem contrariam Bart. affirmatiuam ſententiam, quod remedium d. l. 2. obtineat & in tranſactione, magis amplexus videatur. vt & Rebuff. vbi ſupra numero 13. cum ſeq Iob in enchir. verb. euictione. verſus fin. Mynſing. obſeru. 33. centur. 1. Leonin. communius receptam dicens, d. conſ. 2. ſub numero 2. Suares allegat. 22. numero 5. Schurpf. conſ. 17. numero 8 cum ſeqq cent. 1. conſ. 16 ſub numero 16. cum ſeq. cent. 2. conſi. 50. ſub nu. 15 cum ſeqq. & conſ. 69. ſub nu. 2. cent. 3. Soar. quoque (vt aliàs plerunque) recept. ſent. theſ. in lit. T. nu. 299. cum ſeq. ſequitur Pinel. vbi ſupra.

Tutela diuiſa.

T*Vtelam non eſſe diuiſam per aliquem, & eſſe diuiſam à ſolis tutoribus inter ſe, ſunt paria* (quia hæc tutelæ diuiſio, & etiam in alium tranſlatio, per ſolum magiſtratum

giſtratum fieri debet) Et hanc paritatem notat Bartol. ad l. 1. §. vſque adeo numero 1. ff. de tutel. & rationib. diſtrahend. Et hanc legem explicat & confirmat gloſſa ipſa, quæ duobus modis dictum textum intelligit, ex quibus etiam apertè colligitur, quòd pares ſint & eædem habeantur: Tutela diuiſa, & tutela indiuiſa, eo quòd contutores in quos tranſlata eſt tutelæ diuiſio, ſiue eiuſdem tutelæ adminiſtrationem habeant, ſiue non habeant, ſemper ad omnia tutelæ onera & ad debitas rationes reddendas per leges non minus obligati teneantur, quàm primi tutores. Nec his obſtat, quod ibidem textus diſputet, & aſſerere videatur, quòd quamuis tutelæ actio prius in ipſum magiſtratum, (ne in contutorem non gerentem vertenda videatur) eſt tamen nihilominus eadem actio contra vtrunque, ſcilicet tutorem & contutorem vertenda, ſiue hic gerat, ſiue non gerat, (a) quia expreſſe lex ambos ſimul teneri voluit l. 1. §. Plane ſi. ff. de tute. & ratio. diſtrahend. Vnde ſatis apparet (vt dictum eſt) nihil differre diuiſam, ſiue indiuiſam eſſe tutelam.

ANNOTATIO.

(a) NON GERAT. Sic tutorem etiam omnino non gerentem ſeu ceſſantem, pariſicari gerenti ſeu adminiſtranti, quò ad tutelę iudicium, reſpondit, ex l. ſi quis tutor. §. quin autem. ff. de rit. nupt. Schurpſ conſilio 51. ſub numero 11. centur. 2. qua de re latius apud eum ibidem. Boër. deciſione 59. numero 2. cum ſeqq. & Leonin. conſilio 38. ſub numero 1. cum ſeq.

Tutor vltra commiſsionem agens.

ALiquid fieri per verum tutorem in rebus quarum adminiſtratio non eſt cōmiſſa, & illud fieri per ſurreptitium, vel falſum tutorem, in iure ſunt paria l. Si duo. ff. de adminiſtrat. & pericu. tutor. & cura. & Raphaël Cumanus, in l. Huius edicti. §. verbis, num. 1. ff. Quod falſo tuto. & curato. geſt. eſt.

Tutoribus qui ſint comparandi.

TVtores, Curatores, Reipublicæ rectores, Hoſpitalium rectores, Eccleſiæ prælati, Fabricæ magiſtri, Prouiſores bonorum pauperum (quales in primis Eccleſijs fuerunt diaconi) & ſimiles piorum locorum adminiſtrationem habentes, in iure paſsim æquiparantur, ſimilitudinemque inter ſeſe habent. Vti latius memini in meo Pupillorum patrocinio, titulo, de tutorum & curatorum munere. cap. 7. folio 131. numeris 55. & 56. ad quem locum breuitatis gratia lectorem remitto, vbi abundè multas allegationes comperiet. Vide de his etiam ſupra: Fideicōmiſſarius, & etiam, Teſtamentarij.

Vacare.

SEdem, vel dignitatem aliquam vacare, & habere prælatum qui impediatur, vel occupetur in ſede adipiſcēda, paria (a) ſunt. Per optimum text. in ca. Cum veniſſent, extra de in integ. reſti. qui textus eſt notatu digniſsimus, ſecundum Io. And. in c. Olim & in c. 1. de reb. Eccl non alien. in 6. Et idem etiam citatur ibi per Dominicū in 1. colum. Et per Butriga. in c. Cum deportati, extra de iudic. Et per D. Carol. Ruinum, in ſuis conſilijs, conſil. 63. incip. Videndum eſt, nu. 2. volu. 5. conſilior.

Digitized by Google

ANNOTATIO.

(a) Paria. Videatur noſtra annotatio vltima verſ. poſtremò inducit. ſupra, ſub tit. Proxima, vel proximè futura.

Vendere iniquo precio.

NON vendere, & immodico precio vendere, in iure paria (a) ſunt. l. Nō dubium, in fine. ff. de leg. 3. Sed ſi cui (inquit Caius) legatum relictum eſt, vt alienam rem redimat vel præſtet, ſi redimere non poſsit, quòd dominus non venderet, vel immodico precio vendat, iuſtam æſtimationem inferat. iuncta gloſſa, in verbo. Immodico: quæ notat, quòd non vendere, vel immoderato precio vēdere æquipollent, vel vendere precio minimo, iniquo, & infra, vel ſupra iuſtū precium, & non vendere æquipollent, & ibi Bartol. etiam notat paria eſſe: Nolle vendere, & non iuſto precio velle vendere, vnde de eo qui rem ſuam nimio indicat, vulgo dicimus, hic rem ſuam vendere non vult, quia ipſam nimio licetur, quod iudicium eſt ſe nolle vendere, niſi exceſsiuum, & nō condignum preciū pro ea habeat. Iuſta enim, & regularis quęuis venditio omnem deceptionem excludit, æquo, ac condigno precio contenta eſſe debet, quòd precium ſi venditio aut excedat, aut ſit inferius, ea venditio iniqua, & nulla cenſeri debet.

ANNOTATIO.

(a) Paria. latius, poſt Luc. de Penn. in l. 1. præſumpt. 81. C. de apoc. publ. libro 10. Menoch. lib. 3. præſumpt. 78.

Venefica, Incantatrix.

VEneficæ, & artis amatoriæ magiſtri, in iure ciuili æquiparantur. Vt & videre licet ſupra, in litera, A. ſub capite, Amatorius.

Venire ad iudicium.

NOn venire ad iudicium, & venire, ſed non perſeuerare (a) vſque ad finem, paria ſunt. cap. Cum nobis, & ibi Panor. nu. 10. extra de electio, & in c. 1. de iudic.

ANNOTAT.

(a) Non perseverare. Alexander in l. ſi finita, §. Iulianus, ſub numero 25. ff. de damno infect. latè Iaſon in l. qui ante, numero 5. ibidemque apoſt. ff. de verborum obl. Anchar. conſilio 75. ad finem. fingitur enim (inquit ille) non fuiſſe in loco, qui manet ad breue tempus, qua de re latè Marſil. ad l. fin. ſub numero 153. ff. de iuriſdict. omnium iudic. & ad rubr. de fideiuſſ. num. 373. cum ſeqq. Tiraq ad l. ſi vnquam. verb. liberos. numer. 176. & 178. C. de reuoc. donat. Ceph. conſilio 528. numero 17. & ſeqq. Leonin. conſilio 7. in prin. conſil. 56. numero 4. & conſ. 64. ſub numero 2. Royz. Lituan. dec. 3. ex numero 161. vſque ad 170. apud quos ſimilia tantùm non infinita videre eſt. Fallit autem præſens axioma, vt poſt Ioan. Andr. in c. ſi poſtquam. verb. licentia. de elect. in 6. & Imol. in l. quæſitum, nu. 3. ff. de re iud. tradit ibidem Zaſ. in prin. Royz. Lituan. deciſ. 4. ſub nu. 355. cum ſeqq.

Veritas,

Digitized by Google

Veritas, Fictio.

VEritas & fictio, quantum ad obligationem æquiparantur. (a) Vt notatur in l. Si filius ff. Si certum pet. Nam ſicut vera voluntas, & verus conſenſus inducunt obligationem, ita & ficta voluntas debet inducere obligationem, dummodo ipſa apertis verbis ſit expreſſa, tunc enim non tam internus conſenſus, quàm verba ligare dicuntur. Bartol. in l. Licet. §. Idem ſcribit. 4. colum num. 12. in verſicu, Et ſi tu dicis. Veritas & fictio æquiparantur. ff. de peculio. & Bertachi. in ſuo repertorio, in verbo, Veritas.

ANNOTAT.

(a) AEQVIPARANTVR. Alc. in c. gratum, numero 6. de off. deleg. Triuiſan. dec. 60. numero 11. libro 1. latè poſt Pariſ. conſ. 22. numero 36. libro 2. Cephal. conſ. 339. numero 26. & conſ. 210. numero 5. pulchrè declarans ibidem ſub numero 41. quòd, licet fictio legis pro veritate habeatur, eſt tamen fictio & improprietas: ideóque non contineatur ſub diſpoſitione ſtatutorum. id quod poſt Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore, numero 171. ff. de vſucap. tradit & Menoch. de præſumpt. libro 1. q. 8. numer. 26. aliud in præſumptione docens, vt & conſilio 227. nume. 29. & 42. in fin ſentitque Surd. dec. 272. numero 28. Aliter etiam præſens axioma declaratur per Zaſ. conſ. 3. num. 39. lib. 1. Ludou. Luc. dec. 53. num. 51.

Veritatem celans.

VEritatem celans falſidico comparandus eſt. De qua comparatione videte in mea Praxi rerum ciuilium, cap. 172. numero 4. Vide item in hoc libro ſupra ſub titulo, Teſtari.

Vincula carcerum.

SVb vinculis eſſe, & eſſe ſub cuſtodia cum datis fideiuſſoribus, in iure, paria (a) ſunt. Lucas de Penna. in l. Si grauius. C. de dignita. lib. 12. & in l. ſeq. eodem libro. De hac paritate ipſe quoque memini in Praxi mea rerum criminalium recognita, titulo, De priuatis carceribus faciendis, num. 3. pagina 161.

ANNOTATIO.

(a) PARIA. Idem voluit Guid. Pap. dec. 251. Roy2. Lituan. dec. 3. numero 33. & poſt Boſſ. titul. de car. & car. fideiuſſ. numero 3. VVeſembech. conſ. 43. ſub numero 165. Carceri quippe mancipari dicitur, etiam qui extra carcerem, ita anguſtè certo loco circumſcriptus eſt, vt ab eo recedere ei non liceat, Gaill. de pignorat. obſeruat. 9. Burſat. conſilio 72. ſub numero 34. Menoch. de arbitr. iud. caſu 301. numero 7. & ſeqq. & caſu 530. numero 22. cum ſeq. Mago. Luc. deciſione 90. ſub numero 5. cum ſeqq. videatur tamen & Capyc. de interpretatione ſtatuti hac in re agens. deciſione 154. numero 4. Et paria eſſe, facere contractum in carcere, vel extra carcerem, quando euadere aliter non potuiſſet, comprobat Marc. deciſione 377. nume. 2. lib. 2. in nouis vbi latè, quatenus cum incarcerato initus validus ſit contractus. de quo item Guid. & Burſ. vbi ſupra. Marſil. in praxi crim. §. attingam numero 22. cum ſeqq. Afflict. deciſione 149. numero 1. cum ſeqq. Alciat. conſilio 367. numero 8. cum ſeqq. & in l. qui neque §. ſolutum. ibidemque Rebuff. & in l. verum eſt. ff. de verb. ſignif. Euerar. conſ. 64. Pariſ. conſ. 5. num. 172. cum ſeqq. libro 4. Natta conſ. 32. numero 23. Roland. conſ. 2. numero 61. & conſ. 57. num. 38. cum ſeqq. libro 1. Decia. conſ. 102. num. 1. & ſeqq. libro 3. Peck. de iure ſiſtend. c. 29. accedat Valaſ. deciſ. 30. num. 2. & 6.

Viduus.

V*Iduus quando vxoris bonis priuandus fuerit*. Vide ſuperius, Medicus.

Violentia.

V*Iolentia, Clandeſtinitas, & Precaria poſſeſsio, ſub vnā copulatiuam (a) æquiparantur*. Ita D. Vdal. Zaſ. in l. Pōponius. §. Cum quis, n. 18. ff. de acqu. vel amit. poſſ. quia dicit ibidē textus. Denique addimus &c. quē videre poteritis.

ANNOTATIO.

(a) COPVLATIVAM. Sentit & Iaſ. in adducto §. cum quis. num. 16. diximus ſuperius, tit. poſſeſsio violenta.

Vita humana.

V*Ita noſtra humana, ſimilis eſt nauiganti*: Quia ſicut is qui nauigat, ſiue ſtet, ſiue ſedeat, ſiue iaceat, ſiue incedat, nauis ductu, impulſuque ſemper regitur, ita & nos miſeri mortales, ſiue vigilemus, ſiue dormiamus, ſiue iaceamus, ſiue ambulemus, ſiue edamus aut bibamus, coacti, volentes, nolenteſque per momenta temporum quotidie ad finem vitæ rapimur: vt non temerè dixerit Seneca, nos mori quotidie, quia quotidie nobis aliqua pars vitæ clam ſucciditur, vti & Horatius teſtatur, cum ait. *Tacitis ſeneſcimus annis*. Porro vitam humanam, tum in multis locis, tum præcipuè cap. 9. graphicè depingit diuinus ille propheta Iob: Dies mei (inquit) velociores fuerunt curſore, fugerunt, & non videbunt bonum, pertranſierunt quaſi naues poma portantes, & ſicut aquila volans ad eſcam. Plura, eademque clariora videre licet apud eundem prophetam, cap. 14. Homo natus (inquit) de muliere breui viuens tempore, repletur multis miſerijs, qui quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. &c. Similiter Sapientiæ: cap. 5. impij ſic loquuntur: Quid nobis profuit ſuperbia, aut diuitiarum iactantia? quid contulit nobis? tranſierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuncius præcurrens, & tanquam nauis quæ tranſit fluctuantem aquam, cuius cum pertranſijt non eſt veſtigium inuenire, neque ſemitam carinæ illius in fluctibus, aut tanquam auis quę tranſuolat in aëre, cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius, ſed tantum ſonitus alarum verberans leuem ventum. &c. ſic & nos nati continuò deſinimus eſſe, & virtutis quidem nullum ſignum valuimus oſtendere. In malignitate autem noſtra conſumpti ſumus. Quin & D. Iacob. cap. 4. vitam noſtram comparat vapori vel fumo, Vita (inquit) noſtra vapor eſt, ad modicum apparens, & deinceps exterminabitur.

Vitioſa cautio.

D*E cautionibus vitioſis*. vide ſupra, Rector inutilis.

Vocatus non auditus.

V*Ocari, ſed non audiri*. Itē. *Audiri ſed non vocari, & non admitti, hæc tria in iure paria ſunt*. l. Qui crimen, & ibi Bald. nu. 11. C. de his qui accuſa. non poſſunt, c. Obeuntibus 63. diſtinct. iuncta gloſſa ibidem in verbo. Excludant.

Voluntas.

Voluntas.

V*Oluntas, negligentia, & mors (a) æquiparantur, quantum ad effectum deuolutionis, ſeu ad ſubleuationem obſtaculi prioris, habentis altâs melius ius*. vt notatur in l Vnica. C. quando non peten. part. petentib. accreſcunt. In l. Meminimus. §. finali. C. de legiti. hæredib. & in §. Penultimo, inſtitu. de bonor poſſeſſ. Et Petr. Paul. Pariſ. in ſuis conſilijs, conſilio 119 num. 27. in ſua quarta parte conſiliorum. De voluntate vera & ficta, vide paulò antè, Veritas.

ANNOTATIO.

(a) MORS. Diximus ſupra, tit. Mors, voluntas, neglectus.

Vſurarius.

V*Surarius ſimilis eſt vermiculo ligni*: Sicuti enim vermiculi lignorum aut fructuũ totum lignũ totoſque fructus paulatim corrũpunt, exedunt, emolunt, & carie ſua tandem abſumunt, ita & vſurarij, & fœneratores vniuerſam Rempublicam ſua edacitate paulatim abſumunt, & tandem deuorant, quod quibuſuis per exempla, & euentus rerum notius eſſe doleo, quam vt multis authoritatibus confirmetur. Si enim quis roget quomodo multi ciues, quomodo multi mercatores, multi principes ad egeſtatem redacti ſint, imò quomodo multæ Reſpublicę, atque adeo quomodo multæ ditiones corruerint, ac planè collapſæ ſint, in promptu erit vera reſponſio. In cauſa fuiſſe harum miſeriarum vnicam ac ferè ſolam vſurariam illam edacitatem, quæ veluti vermis nunquam moritur, ſed aſsiduè priuatas quaſque perſonas, & etiam Reſpublicas permolendo exedit, & abſumit, ſic vt tandem ex ijs nihil relinquat reliquum. Quocirca optarem quibuſuis principibus acutiorem eſſe mentem, & oculum in iſtos fœneratores & vſurarios (vulgo finantiarios) eſſe intentiorem, vt certius cognoſcerent quid agant, quomodo ſuis finantijs, & voraginibus Reſpublicas perdant, & abſorbendo deglutiant, ne ſcilicet ijs malis cognitis diutius habenas laxent, ſed vt ipſorum edacibus (vt ita loquar) charybdibus forte excogitent, & adhibeant remedium: ſic vt ipſorum vorandi libidinem, aut cohibeant, aut ipſos vſurarios planè aut exterminent, aut tollant, qui tam licenter hactenus contra omnia iura, tam diuina, quàm humana, plus æquò liberius omnes hominum ſtatus perdiderunt, & adhuc (quantum in ipſis eſt) annihilare pergunt. Deinde optarem vt Principes paſsim in ſuis ciuitatibus curent habere doctos & cordatos paſtores qui diuitibus ex verbo Dei perſuadeant, ſuas opes non tam eſſe ſuas, quàm Dei, (vtpote cuius eſt terra & plenitudo eius) & præterea ipſos non tam eſſe bonorum Dei poſſeſſores, quàm diſpenſatores, qui in neceſsitate ſuis copijs fraternæ inopię ſuccurrere debeant, mutuent, & opem præſtent neceſſariam, non tam ſpe lucri temporalis, quam ſpe lucri æterni, & præcipuè quia Chriſtus hoc ipſum ita iuſsit, & hoc vnicum mandatum nobis pridiè paſsionis reliquit, & commendauit dicens: *Mandatum nouum do vobis. &c. Et in hoc cognoſcent omnes quòd mei eſtis diſcipuli, ſi charitatem habueritis ad inuicem. &c.* Hæc charitas Chriſtiana quid exigat, nemo non nouit, qui fidei veritatem, non tam verbis, quã guſtu perſentit. Hæc charitas ſi inter Chriſtianos, ſolidè inculcaretur, vt diuites

 opem

opem benignam præſtarent miſeris, & miſeri viciſsim ſine fraude grati eſſent benefactoribus, profecto non opus eſſent in Republica vſurarij, fœneratores, aut finantiarij, qui ob defectum Chriſtianæ charitatis cum magno multorum incommodo, ac pené cum multorum pernitie in Republica nunc tolerantur, ob qualemcunque opem expetitam, & præſtitam nempe poſtquam mandata charitas non tantum inter Chriſtianos refrixit, ſed prorſus emortua cõſpicitur, ſic vt omnes quæ ſua ſunt quærant, & ex omnium mẽtibus eraſum ſit illud Pauli: Vnicuique mandauit Deus de proximo. Si quis certiorem ſimilitudinem vſurarij cum tinea (a) aut alio ligni vermiculo cognoſcere velit, is legat Bald. in ſuis conſilijs, conſilio 449. in 3. parte vbi etiam cõparatur ſcorpioni. Item legat repertorium Bertachini, in 3. parte, ſub litera. V. Legat poſtremò huius materię ſtudioſus D. Carolum Molinæum, in tractatu commerciorum & vſurarum, vbi latiſsimè quid vſura ſit definit, eandem diuidit, & naturã ipſius per comparationes ad beluam argentiparam, ad morſum (b) aſpidis, ad ignẽ, & ad latronẽ legalem explicat, & quomodo iure tum humano, (c) tũ diuino ſit prohibita monſtrat, quantumque diſpendium in Rempublicã inferat, multis documentis exponit Lege quæſo lector hunc librum, in eo enim & varia, & grauia comperies.

ANNOTATIO.

(a) Tinea. Menoch. conſ. 343. nu. 39. in fin. accedit Schurpf conſ. 50. ſub numero 8 cent. 2. & conſilio 79. numero 8. & ſeq. centur. 3.

(b) Morsvm. Menoch. de arbitrar. iud. lib. 2. caſu 398. numero 1.

(c) Tvm hvmano. Menoch. lib. 3. præſumpt. 122 numero 3. copioſè poſt Couarr. variar. reſolut. lib. 3. cap. 1. numero 6. cum ſeq. alioſque Oſaſc. deciſione 137. præſertim numero 6. cum ſeqq. Schurpf d. conſilio 50. ſub numero 3. cum ſeqq. VVeſenb. conſilio 14. nu. 95. Natt. conſilio 369. numero 5. Gaill. lib. 2. obſeruat. 5. numero 3. Soarez recept. ſent. theſ. in lit. V. numero 76. cum ſeq. Burſat. conſilio 320. (incip. colligo) numero 1. cum ſeqq.

Vti malè proprijs.

Male *vti rebus proprijs, & aliena poſſidere paria ſunt.* vt habet vulgare axioma iuridicorum, & cap. Ius dictum, & ibi D. Petr. de Anchara. extra de verbor. ſignificat. Sed iſtud axioma videtur tantum habere locum de prodigis alieno ære multum grauatis, qui ſua profundunt & creditoribus non perſoluunt. Sicut enim illud malè poſsidetur, quod poſſeſſum alienum eſt, ita is quoque malè ſua poſsidet, qui alieno ęre grauis, ſuis interim malè vtitur, & nulli exoluere curat. Id enim eſt ac ſi aliena inuaderet, alienaque ſibi vſurparet. Et verè talis aliena poſsidet. Aliena enim ſunt, non ſua, quæ quis alteri iuſtè debet. Ideo que is aliena poſsidet, & alienis verius abutitur quàm ſuis: quę enim quis debet, ea propriè non ſua, ſed verius aliena eſſe cenſentur. Atque in hoc duntaxat ſenſu locum habet prædicta paritas, non autem ſimpliciter in omnibus. Quiſquis enim nulli debens, ſua tantum profundit, is nec aliena poſsidere, nec aliena profundere putandus eſt. Si enim aliena poſsideret, ea alteri reſtituere teneretur, quòd in malè ſuis vtente, nullique debente locum habere non poteſt. Quocirca ex iſtorum conſideratione notandum eſt, quòd duobus modis malè poſsidemus.

ſidemus. Primò habito reſpectu ad iniuſtam cauſam poſsidendi, & tunc propriiſsimè dicimur malè poſsidere, quia detinemus alienum. Secundò reſpectiuè, habito ſcilicet reſpectu ad ipſam rem quã tractamus, & qua vtimur, nempe ſi eam tractemus, & vtamur, non vt oportet, & ſicuti debemus, tunc enim eam rem quodammodo vt alienam, & ob id etiam malè poſsidere dicimur. Et ad hunc ſenſum, ſi auarus non expendat propria, quando & vbi debet, tunc is dicitur malè poſſidere ſua, & eo modo & ſenſu detinet aliena, nempe aliis debita. Et pro hoc facit cap. Sicut hi 47. diſtinct. & ideo gloſſa, in verbo. Malè autem, in d. cap. Ius dictum, vbi allegantur hi verſus. *Qui ſunt qui rebus nunquam potiuntur? Auari. Qui ſunt qui minui ſua non patiuntur? Auari.* Quin & hæc quoque intelligẽda ſunt nõ tantum de auaro, ſed etiam de prodigo c. Penultimo, iuncta gloſſa, in verbo. Prodigalitas vitio &c. extra, de Conſuetudine, de quo prodigo ibidem habentur hi verſus. *Prodigus eſt animi vitio retinenda profundens. Qui retinet cupidè, quod & æs depoſcit auarus. Largus qui ſumptum facit ex ratione libenter.*

Vulneratus lethaliter, die feſto.

DE *vulnerato vſque ad mortem.* Vide titulum. Mortuus, de vulnerante ſacro die, vide ſuperius, ſub titulo, Poſthumus.

Vxor mala.

VXor mala, diabolo eſt conferenda, & ideo dicit gloſſa ſingularis, in c. Ieſus 50. diſtinctione, ibi Diabolus ſtet à dextris eius, id eſt, vxor, pro quo optimè facit textus, Eccle 25. Vbi de muliere ſic loquitur. Non eſt caput nequius ſuper caput colubri: & non eſt ira ſuper iram mulieris. Atque hæc confirmat Chryſoſt. in ſermone de decollatione Ioannis Baptiſtæ, vbi inquit: Ego quidem exiſtimo nullam eſſe in hoc mundo beſtiam mulieri malæ comparabilem. Inter quadrupedia enim animantia leone nihil eſt ſæuius: eius tamen ſęuitiam & ferociam mala mulier ſuperat. Inter ſerpentes nihil eſt dracone acrius: ſed huius virus cum muliere mala conferri non poteſt. Quocirca leo & draco in malo, muliere mala, inferiores ſunt, quæ his exemplis (a) apertiora fiet. Daniélem enim in lacu læones ſunt reueriti: iuſtum verò illum Naboth peſsima Iezabel interfectũ curauit. Cœtus Ionam prophetam in ventre conſeruauit. Verum Dalida Samſonem illecebris & fucis circunuentum, & capite raſo deformatum, alienigenis capiendum & occidendum tradidit. Ioannem Baptiſtam viuentem in deſerto dracones & aſpides cornutæ ſubdita feritate extimuerunt. Vna Herodias verò, eidem caput abſcidit, & tãti viri mortem pro precio ſaltationis accepit: ô malum ſummum, & acutiſsimum telum diaboli: &c. Sed hic candide Lector, nolo putes nos de bonis mulieribus iſthæc loqui, ſed de malis tantum. Vt enim mala muliere nihil nocentius nihilque perniciofius, ita bona muliere nihil beatius, adeo vt mulieris bonæ vir ipſe etiam dicatur beatus, & numerus annorum ipſius duplex cenſeatur. Eccleſ. 26. Has tamen bonas mulieres raras eſſe dicit gloſſa, in l. Ex his. ff. de legib. imò tam raras vt pro bonis mulieribus nulla lex ferri poſsit.

poſsit. Et ideo bonas mulieres veris Philoſophis comparare ſolemus, qui vt rari ſunt, iuxta l. Sed & reprobari. ff. de excuſatio tuto. ita & bonæ mulieres multò ſunt rariores. Imo phœnice rariores, teſte Diuo Hieronymo, in epiſtola centeſima vigeſimaquinta ad Ruffinum, ne vxorem ducat, diſſuaſoria, ante medium. Et ſi quis horum plura, huic materiæ conuenientia deſideret ad ſatietatem: videre poterit Ioannem de Terra Rubea, contra rebelles ſuorum regum, in ampliſsima gloſſa, ſuper verbo, Meretricibus: neque enim conſtitui omnia omnium ſcriptorum loca huc transferre, ne in immenſum hic liber abeat.

ANNOTAT.

(a) EXEMPLIS. Plurima à noſtris in fœminas conſtituta; & contra, cum facta tum dicta illuſtria, ab ijs relata, videre eſt, apud Neuiz. in ſylua lib. 1. in princ.

Vxoratus.

V*Xorem habens, aut matrimonium contrahens cum eo, qui in periculis nauigat, comparari* (a) *ſolet*. Nam qui matrimonium init aut contrahit, is tanquam iaciens aleam fortunę dubio euentui ſe ſubijcit, ignarus qualem tandem ſortietur vxorem, rixoſamne, an morigeram, mœcham, an pudicam, frugi, an decoctricem. &c. Vel is, vt nauigaturus, varijs fortunæ euentibus & periculis ſe ſubijcit, nec proprio arbitrio ſe ſtabilire valet, ſed vt nauigans, qui ventorum impulſibus regitur, vxorijs æſtubus ſæpe numero quaſſatur, & ipſius virulentijs, ac tempeſtatibus quoquouerſum velit, nolit, impellitur, de qua paritate eſt gloſſa, in verbo. Nauigaſti, in cap. Nos nouimus 17. q. 2. Quin vel ipſa experientia perdocet, quàm varij, quàm fœlices alij, quamque infauſti ſint coniugiorum euentus alij. Videmus enim ob oculos quoſdam vxores habere ex animi ſui ſententia, ſibi morigeras, (b) caſtas, moribus, cultuque pudicas, ſermone blandulas, foris inceſſu graues, nunquam non pietate, facilitate, humanitate, cęteriſque amiciſsimis gratiarum dotibus clariſsimas, coniugis honoris amantes, liberorum curæ ſedulò inſiſtentes, rem familiarem prudenter, parceque regentes, habentes ſeruos & ancillas per ſuam benè conſulendi, diſsimulandique prudentiam, omnes ex æquo obedientes, cuncta citra domeſticas lites ſingulari cum dexteritate adminiſtrantes, maritorum vitia obſequio, comitate, lepore, aut patientia, vel vincentes, vel certè mitigantes, quæ naturæ aut prudentiæ dotibus ſuis maritis honori ſunt, & ſolatio admirabili, quæque toti familiæ ornamento ſunt maximo, liberis & domeſticis, virtutum exemplo ſunt certiſsimo & amabili: quales fuerunt, Sara, Rebecca, Berſabea, item Fabritia, Cornelia Gracchi. &c. & de quibus, Salomon in prouerbijs 31. Mulierem fortem quis inueniet? Procul. & de vltimis finibus precium eius. &c. Contra verò pro huiuſmodi coniugijs tam raris, centena fortaſsis offerentur coniugia infauſtiſsima, in quibus vxores ſuis maritis ſunt difficillimę, immorigerę, rixoſæ, aſpernabundæ, imperioſæ, libidinoſæ, clam & apertè infidæ, impudicæ, verbis, moribuſque laſciuæ, liberorum, totiuſque familiæ negligentes, effrenes, voluptatis cauſa quocunque diuagantes, domi foriſque ſumptuoſiſſimæ. Quid plura? Maritorum hoſtes perpetuæ,

perpetuæ. & maledictio coniugalis peſſima. De quibus Symonides: Vxor (inquit) aut mulier mala, naufragium eſt viri, domus tempeſtas, quietis impedimentum, vitæ captiuitas, pœna quotidiana, pugna ſumptuoſa, beſtia contubernalis, canis ornata, animal malitioſum, ac tandem (vti concludit) neceſſarium malum. Hinc Philoſophus quidam (c) rogatus cur paruam duxiſſet vxorem: reſpondit, quia ex malis eligendum eſt minimum. Sed hic quæri poſſet vnde tanta coniugiorum naſcatur diuerſitas? dicam: Ea mihi contingere videtur, alias ab vxoribus innata ingeniorum vel bonitate, vel malitia: alias ab ipſorum maritorum vel imperitia, vel ſapientia. Illæ enim aliquando natura tam ſunt bonæ, faciles, conſtantes, & prudentes, vt maritos bonos, reddant meliores. Nactæ verò malos, obſequio & patientia frangant, conſtantiq́ue prudentia vincant, ac meliores reddant. Sed de talibus vxoribus verè dici poſſet. *Rara auis in terris*. Aliç contra ingenijs præditæ ſunt tam moroſis, vt etiam ſi ipſis mariti contingant benigni, placidi, & prudentes, ſuam fœlicitatem non agnoſcant, quin potius eoſdem procaciter ſpernunt, eiſdem inſultant, contraque ipſorum lene imperium, contra dulcem maritalem commonitionem, contraque ſanum omne conſilium, male ſanè & nequiter ſe quoquouerſum efferunt, mœchantur, laſciuiuntq́ue vt libet. Altera vero tantæ diuerſitatis ratio, eaque potiſsima, ab ipſis maritis proficiſcitur, qui in contrahendis matrimonijs, mihi bifariàm peccare videntur: nempe electione, & maritandi imperitia. Electione quidem, (quæ prima habenda fuerat) peccatur plurimum: dum alij ſolam formam, alij diuitias, alij ſanguinis nobilitatem ſpectant, & quid non: Quidam verò tam corrupto iudicio dementantur, vt compoſitos greſſus, morum aulicam gratioſitatem, garrulitatem petulantem, diſertam facundiam, faſtum ac ſuperbiam, magnanimitatem iudicent: imo vt incompoſitos mores, ipſam etiam laſciuiam, feſtiuos, lepidoſque mores prædicent: vt non mirum ſit, ſi ex hiſce maritorum corruptis iudicijs, perſæpe infauſta naſcantur coniugia: quum qui dignum inire cuperent coniugium, hi vxorem in connubium aſciſcendam, prius deligerent, quàm diligerent, ſpectarentque paritatem, & virtutem (d) internam potius, quam dotes illas externas longe fugaciſsimas, quibus tamen interim vxores plærumque ita efferuntur, vt ex illarum inani gloria, & fallaci fiducia, maritos aut ſpernant, aut pro fungis habeant, & ſi quis has pro iure maritali ad morum ſuorum commoditatem placide perducere conabitur, is adeo nihil efficiet, vt eas magis efferatiores redditurus fuerit. Porrò in regendi peritia à maritis quoque peccatur plurimum, dum quidam mariti imprudentes nacti vxores prudentes, gnaras, & pudicas vxores, non eis præſunt vt mariti, vt coniugalis thori ſocij, vt vna caro, ſed tales pro abiectis & contemptis mancipijs ſæpe habent, domi tonant, vxorculaſque tales feſtiuis moribus tractandas, lepidis dictis potius fallẽdas, & dexteritate quadam obſequiorum ſibi coniugaliter aſſociandas, tyrannicè premunt, præſentibus alijs obiurgant, domi verberant, dehoneſtant, & ita coarctant, vt eædem tandem omni pudore excuſſo, deſperabundæ in omnem malitiam exardeſcant. Alij verò mariti, qui malas ſortiti ſunt vxores, tales ſunt, vt talium vxorum ſuarum iurgia, conuitia, ac reliquas moleſtias, diſſimulanter (nõ dico exemplo Socratis viri omnium patientiſsimi) aut prudenter ferre, aut ſuo tempore commodè mitigare,

gare, vel corrigere non norint, ſed tales potius ſint qui malitiam malitiæ ſtatim hoſtiliter opponunt, quique verberibus potius, quàm obſequijs oblectantur, hi profectò domeſticum bellum magis irritant & accendunt, dum vxoris gubernādæ vera peritia vacant, qua vxoris (quam malum neceſſarium eſſe diximus) malitiam, reliquaque vitia, ſi non prorſus tollere, ſaltem mitigare potuiſſent. Sed de hoc labyrintico negotio concluſurus, hoc tantum addere placuit. Eum terque quaterque beatum, cui contingit vxor benigna, facilis, blanda, commoda, vtilis, caſta, prudens, apta, dignaque ſuis moribus. Eum verò multis nominibus infœliciſsimum, qui ex cœco iudicio nactus eſt vxorem immorigeram, rixoſam, procacem, dominatricē, imperioſam, & moribus impudicā: in qua ferenda ſi quis Socraticam patientiam exhibere poterit, eum recta poſt hanc vitam, ad ſuperos peruolare crediderim, vtpote qui ſatis duro in hac vita excarnificatus fuerit purgatorio. Hinc fit vt tria mala ſint quę hominibus imprecari ſoleant, nempe vxor rixoſa, lis perpetua, & extructio aſsidua. Proceſſus ſeu lis hic purgatorij cuiuſdam vim obtinet, purgat enim animam ab impatientia, corpus à torpore, & burſam à pecunijs. Et hæc pro breuitate temporis ſufficiant, alia deducturus cum ſe neceſsitas latior & commoditas maior ingeſſerit.

ANNOTATIO.

(a) COMPARARI. Meminit huius comparationis etiam Phil. Leyd. noſter, in tract. de cura reip. caſu 54. verſ. nec turbabit.

(b) SIBI MORIGERAS. Non minorem reuerentiam deberi per vxorem marito, quā per filium patri, tradit Iaſ. in l. tranſactionem numero 2. C. de trāſact. qua de re latius apud Tiraq. de leg connub. in 1. l. gl. 1. part. 1. præſertim numero 41.

(c) QVIDAM. Lacon ſcilicet, prout latius etiam refert Eraſm. adagior. chiliadis 2. centur. 2. prouerb. 48.

(d) PARITATEM ET VIRTVTAM. latiſſ. hac de re apud Tiraq. ad leg. connub. 9. gl. 1. part. 5. numero 5. cum ſeqq. & ad l. 7. gl. 1. part. 7. præſertim numero 69. & ad l. 8. numero 8. cum ſeqq. de alijs hic ſubſequentibus, videre eſt. *Hęc habui quę* (inter arma, inter maximas meas in magiſtratu occupationes) magis congruenter hic annotanda putarem, quibus ſi qui aliquantiſper ſe adiutos ſenſerint, Christo opt. max. ferant accepta: ſin (quorſum enim multa?) pro non aſſcriptis habeantur.

Autor ad Lectorem.

SEd nunc tandem ſit explicitus nobis (vt Martialis ait) vſque ad ſua cornua liber, & vtcūque ſuis ſibi numeris, ac partibus conſtans abſolutus: quod nimirum vocabulū (vtcunque) addendū eſſe putaui nō temerè: Teretē enim, ac totum rotundum, imò omnibus numeris prorſus abſolutum libellū edere, in quo nihil redundet, deſideretur nihil, non iactito mearū eſſe virium, quū id præſtare ſummorū ſit artificum, quorū in numerum, memet arrogāter non ingero. Non enim ignoro, & conſcius mihi ſum, quā curta, quamque pertenuis mihi in Iuris eminētiſsima cognitione, ſuppellex fuerit. Deinde quàm graue hoc ſimilium argumentum, atque ob id vel maximè glorioſum, ſi (vt Plautus ait) probum, dignumque nanciſcatur artificem, qui id ipſum ritè perpoliat, digniſsimè tractet, & modis omnibus quibuſuis ſpectaturis cum gratia exponat. Quod tametſi planè conſecu-

Digitized by Google

tus non fuero, neque me hoc præſtitiſſe arrogantius exiſtimem, hoc ipſum tamen argumentum, pro mea tenuitate excolendum, multis ex cauſis libenter aſſumpſi. Primùm vt rudioribus viam qualemcunque ad diiudicationes per ſimilia præſtruerem, ad abſolutiora in eodem ſimilium argumento excitarem, & vt nonnullis amiculis, meam hac in re operam ſuo quodam iure flagitantibus facerem ſatis. Deinde vt meorum qualiumcunque ſtudiorum, rationem ipſe expoſcens, ea candidè cuiuis alteri communicarem potius quam ſupprimerem. Ad hæc, vt (ne vllo ocio planè torpeſcerem) in hoc præclaro argumento ingenij vires ſubinde excolerem, ſatius eſſe ducens in re clara ocioſum eſſe, quam nihil agere in iure, præclaros muſicos aut ſtrenuos imitans milites: Illi enim aſsiduò cantandi vſu ad ſummam muſices artem fœliciter perueniunt, hi quotidianis luctis ac prælijs gnari, ſtrenuique euadunt milites. Itidem in iure me quoque conſecuturū ſperaui, vt longa aſsiduaque iuris excultione, meipſum ab ocio vendicarem, meipſum exercerem, alijſque prodeſſe ſtuderē. Nam vt in omni diſciplina, ita quoque in iure aſsiduo exercitio, non minus opus eſſe putaui, ſi quæ longo labore didiceris, tenere, augereque volueris. Vt enim ferrum ſi non vtaris obducitur rubigine, ſic & ingenij vigor, quod niſi ſtudijs tractandis exerceas, aut perit, aut planè flacceſcit. Et certè (vt Plinius ait lib. 8.) quotus quiſque laboris tam eſt patiens, vt multis cum ſudoribus diſcere velit, quod aliquando in vſu, & aſsiduo exercitio ad commodum Reipub. non ſit habiturus? Poſtremò eo libentius hoc ſimilium argumentum, expromendū aſſumpſi, quod id plurimum vtilitatis iurium candidatis allaturum eſſe conſiderem: in quo certè longè plura potuiſſem ſimilium congerere themata, niſi breuitatis ratio me cohibuiſſet, ne quæuis cura delectum in hunc libellum infarcirē, ſed tantum quæ præcipua viſa ſunt, in hoc albo pro meo inſtituto, nunc referenda putarem. Hæc igitur quæ noſtro marte themata, qualicunque ordine, & forma propoſuimus pro ſe quiſque acriter obſeruet, inque ea diligentem intendat animum, & quæ cuiusque ſit vis ac proprietas, quoque pacto ijs quotidie vtendum, & ex ijs ſimilia iudicia colligenda erunt, exactè & diligenter exploret, & profectò non mediocrem, imò certiſsimam, ex vno alterum iudicandi rationem ſibi comparauerit. Attamen ſi Lectorum votis hic per omnia minus ſatisfecerimus, cogitandum erit ijs nemini vnquam vitio vertendum eſſe, ſi in re præclara ſtudiosè quippiam audebit, & quadātenus prodeat, ſi non datur vltra. Ideoque hac in parte optarem mihi poſſe contingere, quòd & mecum (vt autor eſt Cicero. lib. de Oratore ſecundo.) C. Lucilius ſibi optare ſolebat, nempe vt ea quæ ſcriberet, neque ab indoctiſsimis, neque à doctiſsimis legerentur, quod hi plus fortaſsis, illi prorſus nihil intelligerent. Hæc itaque quę de Paribus ac Similibus in iure, deque ipſorum vtilitate hactenus collegimus, velim vt candidus Lector boni conſulat, & ſuopte marte ad præſcriptam formam adijciat, quicquid ad ſimilium rationem rectè pertinere cenſebit, factum ipſius exoſculabor, & mihi in hoc argumento etiam præuolantē, candidiſsimè amplectar.

FINIS.

IODOCVS DAMHOVDERIVS, PRO Politia ſua Brugenſi, beneuolo Lectori S. D. P.

QVI in publico ædificium aliquod extruere conantur, idque publicis omnium oculis & obtutibus exhibent: hi quoque omnium iudicijs, & cenſuris ſeſe obnoxios reddunt. Alij enim id præclarè, magnificè, & ex omni parte abſolutè extructum iudicant, alijs idipſum ſumptuoſius, alijs parcius, alijs humilius, alijs ſublimius extructum videtur. Sunt qui plures debere ineſſe feneſtras clamitent, ſunt qui pauciores velint: ſunt qui hoc nimis hiulcum, iſtud nimis aſperum culpent: ſunt qui in eodem opere iſtud prodigioſum, aut nimiũ extare, illud nimis contractum eſſe damnent: Alij hoc cubiculum nimis luculentum, alij hoc nimis obſcurum prædicant. Quid multis? Quicquid extruxeris, id nunquam omnibus probari comperies. Nam quòd probabitur vni, idipſum pertinaciter conuellens damnauerit alter: dum tot ſint hominum (vt eſt in prouerbio) iudicia, quot ſint hominum capita: & quot capita tot ſenſus & cenſuræ variæ. Quod in ciborum varietate etiam vſuuenire conſpicimus, vbi nullus vnquam tãtus fuit Apitius, qui eundem cibum quantumuis delicatulum, omnibus ex æquò probari cenſuerit: ſed quem probat vnus, eundem mox pro palati varietate faſtidiet alter. Quin & idipſum cum in alijs, tum etiã in ipſis librorum authoribus accidere videmus, qui ad ſtudioſorum lectionem aliquid edere tentant. Vt enim eadem ſtructura (vti iam diximus) non ſemper probatur omnibus, nec idem cibus omnium palato ex æquò perplacet, ſed de ijs varij variè iudicant: ſic quiſquis in vulgum aliquid emittit, vulgi quoque ſententiam, id eſt, varia hominum iudicia ferat oportet: dum alius damnabit, quod probauit alius, & contra. Quod profectò in meis lucubrationibus pariter vſuueniſſe non dubito: potiſſimum in depingenda pridem Magnificentia politiæ Brugenſis, ad quam ita deſcribendam me tria potiſſimum pertraxerunt. Primum ocij tædium, & eiuſdem odium pertinax, ſtudium amorque Patriæ, & eiuſdem inſtitutionum forma,

Digitized by Google

non minus vtilis quam præclara,& ad alias quoque nationes propagari dignisſima: vtpote per quam,ſi vſpiam terrarum, certè hic omnium Reſpublica conſtituta eſt firmisſimè, & præclarisſimè, nõ minus citra omnem ſuperſtitionem in ipſa religionis debita forma,quã in politiæ debita præſtantia. Dum igitur alij (quòd præter omnem arrogantiam, & citra vllius inculpationem dictum exiſtimes velim) poſt ſeria grauiaque negotia,à cœna aut prandio aleis iaciendis, aut poculis extergendis libentius tempora terunt, vt animos moleſtijs grauatos relaxamento quodam leuent,exonerent,vireſque ingeniorum honeſto exercitiolo quopiam reuocent,& ſtabiliant:ego quidẽ ab hoc exemplo natura alieniſsimus, me ad muſæum confero, vbi aut memoria digna quędam lego,annoto, aut ad locos communes eadem fortaſsis relaturus,conſcribo.Superiori itaque anno,dum varia meditabundus in muſæolo ſolus reſederam, de patrijs inſtitutis, legibus,& honeſtis moribus,multa blandulè animo ſubrepſere meo, quæ dum diutius in animo pertracto, eaque omnia iterum, iterumque,imo magis magiſque perpenſo, ita animum meum exhilararũt, imo potius accenderunt,vt me meo officio non omnino indignum facturum exiſtimauerim, ſi totam illam pulcherrimam Patriæ meæ politiam,ſcripto aliquando traderem.Ecquid quęſo me dignius efficere potero, quàm ſi meum erga ſolum natale, teſtatiſſimũ amorem quoquo modo oſtendero? Verùm hic obſtabat, & diſſuadebat metus,ne eadem ſcripta pari candore à multis, præcipuè ab ipſis conciuibus meis exciperentur,quàm quo à me ſcriberentur: dũ iuxta vaticinium Chriſti ſicut nullus propheta acceptus eſt in patria ſua, ita quoque nullius dictum aut factum æque probari à ſuis notis atque conciuibus dinoſcitur, ſicut idem probatur ignotis,aut exteris. Sed quid vis dicam amplius? vicit tandem hunc metũ dulcis amor Patriæ,& neglectis parum ſynceris iudicijs, me vero candidorũ fauore conſolabar:adeo vt huius ſolatio fretus,me huic politiſſimæ politiæ depingendę accingere placuerit.Eius itaque ornamenta cuncta,mores, inſtituta, leges, magiſtratus, & ciuiles ordines omnes quàm diſtinctiſſimè complector,conſcribo,ac tandem in laudem ac gloriam

Patriæ

Digitized by Google

Patriæ meæ prelo omnia excudenda emitto,partim quòd meis conciuibus hoc tanquam xeniolo quopiam me gratificaturum ſperarē, partim quòd ad huius politiæ imitationem, alias quoque ciuitates me ex huius animaduerſione inuitare poſſe confiderē. Sed hęc euulgata tandem, vulgi quoquē omniumque hominum cenſuras ſtatim tulerunt. Verùm (gratiæ ſint Chriſto) eadem placuere multis, diſplicuere paucis, atque ijs fortaſse potiſsimùm, qui noſtrum ſtudium (ſi placuiſſet) vel omniũ candidiſſimè optimeq; conſulere debuerant. Qui tamen non tam ipſo corpore, quàm ipſius tantum corporis quibuſdam næuulis ſunt offenſi: nempe impingentes ad voculas tantũ quaſdam, quas me æquò liberius confinxiſſe prędicant, quales ſunt Scultetus, Scabeletiius, Ammanus, & ſimilia officiorũ nomina plura alia, quę omnia puriori latinitate, vel potius veris Romaniſq; nominibus, & officiorum Romanorum nomenclaturis (vt dicunt) efferenda fuerant. His autem, hiſque ſimilibus hoc loco reſponſum iri volo, quod idem ipſum cum ipſis per omnia conſentiam, eorumq; ſententiam approbem vtroque pollice. Atque ideo hoc ipſum quoque (quantum ratio, rerumque & officiorum cognoſcendorum perſpicuitas pati videbantur) ſedulò effectum curaui, verùm quid facies ſicubi Romanis deſtituare vocabulis, aut vbi Romanorum officia nobiſcum non erunt paria: qualia ſunt *Schoutetten, Schepenen van partien, Schepenen vanden becommerden, Hooftmannen, Penſionariſſen, Stapelare, Schabeletters, Amman, Deelmannen, Clercken, Den clerck van tafelken, Den clerck vanden berecke, De Rame, De zwser dekens, Vynders, Wynſcroyers, Rijcke pijnders, Balen, Ghilden, Een bakeman, Cranckinders, Dobbeders, Seſtendeel*, & ſimilia alia multa: quę vocabula cũ his ſimilibus, velim vt pius Lector quiſpiam mihi candidè, priſco, proprio, Romanoque efferat vocabulo, & tantum aberit vt eius operam ægrè ſim laturus, vt illi potius immenſas pro beneuolo officio acturus ſim gratias. Nam huiuſmodi propria Romanaque vocabula mihi non occurrebant. Et ſi maximè mihi fuiſſent obuia, qualia nobis abundè ſuppeditat Iacobus Lazius, multum tamen diſcriminis in ijs, & in noſtris cõperire licuiſſet. Quocirca in his fingendis, communi

Digitized by Google

muni nulliq́ue non permiſſa fingendi libertate vſi ſumus, adeo vt ad Germaniſmum libentius noua effingere (vt nunc ſunt in vſu) placuerit, quàm vetera parumq́ue nobis propria, minuſq́ue nobis cognita per incertas, tum rerum, tum vocum origines meis conciuibus obtrudere. Quæ quidem fingendi audacia cum nulli non in ponderibus, numis, officijs, locis, menſuris, rebuſq́ue omnibus priuatis permiſſa fuerit, cur quæſo mihi offenduntur nonnulli ob ſimilem à me vſurpatam fingendi licentiam? Ad hæc cur alij ſunt, qui mihi probro vertant, quod ad tam humilia inutiliaq́ue conſcribenda me conferã? vt qui rebus grauioribus, iiſq́ue magis ſerijs meam ſummã operam æquius impendere debeam? Verum hæc omnia libens, & ingenuè cum ijs fateor, ideoq́ue & idipſum etiam nullo non tempore ſedulò curo. Sed (vt à me dictum eſt ante) hanc politiam tum ocij pellendi cauſa, tum Patriæ ſtudio ad colligendas animi vires ſucciſiuis tantũ horis contexere placuit, nihil minus ſuſpicans, quàm quod in huiuſmodi minutijs aliquis tam ſubitò offenderetur, potiſſimum etiam quod iſthæc præter exẽplum à me facta eſſe nõ credam. Nam Bapt. Ægnatius, Seb. Munſterus, Iac. Meyerus, Vadianus, Galateus & Gilbertus Cognatus Nozerenus, cum pluribus alijs: nónne ad multò humiliora, & ad decuplò minutiora intermiſſis ſerijs, ſeſe demiſerũt, dum in Patriæ moribus, eiuſq́ue inſtitutis extollendis libenter verſati leguntur. Et tamen neminem eſſe puto, qui ipſorum erga Patriæ laudes gratum ſtudium conuulſerit vnquam, quod mihi tamen contingere cum dolore comperio. Deinde nónne hi in iiſdem ſuis lucubrationibus, in confingendis vocabulis (quorum ingentem aceruũ hic expreſſius cõmemorare potuiſſem, niſi breuitatis ſtudium me repreſſiſſet) vſi ſunt pari audendi licentia? quam haud dubiè vnicuique, pro regionum ac ciuitatum varietate prorſus eſſe neceſſariam nemo non clariſsimè perſpicit. Quis enim in rerum nomenclaturis, hodie à Romanorum magiſtratuum vocabulis totus, ac in omnibus pendere cupiat? maximè cùm apud Romanos ipſos nec omnia illa priſca officia forenſia in vſu comperiantur, neque adhuc durent, nedum eorundẽ officiorũ vocabula. Sed apud eos (vt & alibi) quotidie

alia

Digitized by Google

alia atque alia, vt officia, ita alia quoque atq; alia eorundẽ officiorũ inoleſcunt vocabula,priſcis quidẽ illis ſeculis incognita,noſtro verò ſeculo ad intelligentiam rerum neceſſariò conficta atque vſitata.Sed quid de Romanis,exterorumq́ue tum officijs,tum vocabulis diutius perſiſto? Vertamus oculos ad noſtrates ciuitates. Quis non videt in alijs,atque alijs ciuitatibus noſtris,alia quoque atq; alia inſtituta eſſe ad gubernationem Reip. officia, quæ in alijs ciuitatibus deſiderantur,aut certè in vſu non cõperiuntur,& qualia qualia ſunt, profectò priſcis illis Romanis(iterum dico) fuerunt incognita. Ecquis igitur tandẽ tam ſeuerus nobis futurus eſt Ariſtarchus, qui huiuſmodi priuatis officijs, priuata quoque, eaque recens ad intelligentiã conficta vetabit indere vocabula? quando priſca illa Romanorum vocabula multa,tum apud ipſos,tum apud nos cum ſuis officijs interciderint, & nũc introducta ſint noua.Sed de his plus ſatis ſuperq́ue.Iſtud tantum ex enarratorum conſideratione conſequi, & à candidis quibuſque eiuſdem politiæ noſtræ Brugenſis lectoribus,quã poſſum amanter rogando, impetrare cupio,vt eam editionem cum ſuis qualibus qualibus voculis boni conſulant, interpretentur candidè, & ſeſe ab odioſa falſaque cauillandi prurigine moderatè temperent. Super hæc, ſi quid in ea,aut me, aut ea lectione indignum comperiant, id ſcripto aliquando candide indicent,gaudebo de beneuolo ipſorum mihi impenſo ſtudio,& gratias illis acturus ſum maximas, relaturus ſicubi porro.Ex dignioribus enim,magiſque proprijs vocabulis,& doctior & prudentior factus, mea hæc ſcripta fortaſſis aliquando reſtituam,vt eadem digniori ornamẽto recognita, reueſtitaque, lectorum omnium lautiſſimis iudicijs aliquando faciant ſatis. Sed interim tantiſpèr reliqui ea edita boni conſulant, à morſibus ſuperſedeant, ac fœliciter valeant.

FINIS.

TABVLA

Digitized by Google

TABVLA GENERALIS
RERVM ET THEMATVM OMNIVM,
IN HOC SIMILIVM IVRIS LIBELLO CONtentorum, *ordine alphabetico luculentiſſimè diſtincta: cuius numerus tibi folij faciem apertè monſtrabit.*

Abbatiſſa in adminiſtratione cum abbate par eſt. 1.
Abbatiſſa cõfert officia,& beneficia. 1.
Abbatiſſa nec excommunicat, nec interdicit ſacerdoti. 1.
Abbatiſſa veluti diaconiſſa Euangelium canere poteſt 1
Abbatiſſa nec prædicare, nec ſacramenta adminiſtrare poteſt. 1.
Abeſſe cenſetur quiſquis adeſt inefficaciter. 2.
Abeſt à diuino officio, qui eidem negligenter adeſt. 2.
Abeſt,qui impotenter adeſt. 2.
Aborſus procuratus quando cum homicidio par ſit. 2.
Abraham, & Zacharias ſteriles, ope diuina genuerunt. 335.
Abrahæ filij ſumus fide. 335.
Abſens quatenus cum pupillo par ſit. 4.
Abſentia longa in quibus cum morte æquiparetur. 4.
Abſentia à beneficio poſſeſſorem beneficio non priuat 4
Abſentia longa mariti, vxori non tribuit ius nubendi alteri. 4.
Accipere quod reſtituendum eſt, eſt non accipere. 53.
Accipere fraudulenter, eſt furari, non accipere. 54.
Accuſare Tutorem de ſuſpecto, cui mulieri competat. 41. 234.
Accuſare ſacerdotem cui, & quando non liceat. 5.
Accuſatio ſacerdotis non recipitur, niſi cum 2.teſtibus. 5. 15.
Actio inutilis vel inefficax,eſt nulla actio. 6.
Actionem qui inefficacem habet, à iudice repellitur. 6.
Actio ante ſtatutum diem reijcitur, quæ poſt diem reualeſcit. 6.
Actio repulſa, aut repellibilis, eſt actio nulla. 8.
Actio ex contractu cum pacto contractus par eſt. 8.
Actio in factum, orta ex ſententia par eſt cum actione iudicati. 9.
Actio in vtrumque tutorem ſimul vertenda eſt. 165
Actor probare debet quod intendit. 167.
Actore nõ probante reus abſoluitur,167.196.
Actus purificatus pro actu puro habendus eſt. 9.
Actus conditio etiam actus effectui competit. 9.
Actui qui conſentit,is & actum celebrat. 9.
Actui qui conſentit, is & iudicanti conſentit. 84.
Actui propinqua pro ipſo actu habentur. 10
Actui cui nihil opponitur, is actus eſt validus. 11.
Ad actus effectum neceſſaria,etiam ad actum ipſum ſunt neceſſaria. 72.
In actum alterius qui conſentit, is per ſe agere cenſetur. 9.
In actu eſſe cenſentur, quæ ſunt in via ad actum. 9.152.
Poſt actum quod ilicò fit, pro eo quod in ipſo actu fit habetur. 219.
Adeſſe ſuæ cauſæ dicitur, qui non procul abeſt. 313.
Adeſſe, & per contumaciam abeſſe, quando ſint paria. 11
Adoptio cum legitimatione par eſt. 39.

CCC

Adop-

Digitized by Google

Adoptatur qui ſub aliena poteſtate exiſtit. 39
Adoptiuus filius par eſt cum naturali & legitimo 39. 209
Adulterium ex concubitu viſo colligitur 12
In adulterij accuſatione maritus præfertur patri 205
Aduocati & Conſiliarij comparantur militibus 13. 161
Aduocati vtiles ſunt Reip. milites 7
Aduocati moribus, & ingenio diſsident à militibus 13
Aduocati dicuntur etiam poſtulantes 14
Edere vſurpatur pro exhibere, vel reſtituere 145
Edere imperfecte aliquando eſt nullum, aliquando validum 149
Afflicto non eſt addenda afflictio 274
Aliena ſunt, non noſtra, quæ alijs iuſtè debemus 370
Aliena poſsidet qui obæratus ſuis proprijs abutitur 370
Aliena qui non reddit, aut corrumpit, de furto tenetur 16
Alienare ſua non poſſunt pupilli, minores, &c. 17
Alienare qui non poſſunt, hi nec alienationem promittere poſſunt 341
Alienatio cum titulo oneroſo, ea cum venditione par eſt 17
Alienatio cenſetur voluntaria, quę per negligentiam contingit. 205
Alimenta, & dotes pari priuilegio gaudēt 18
Alimenta, & dotes debeutur filijs 18
Alimenta, & dotes negari poſſunt filiabus ingratis 18
Alimenta, & pia cauſa in iure æquiparantur 19
Alimentatio ingrato filio neganda 123
Alimentatio filij cum dote filiæ comparanda 123
Allegare, & non probare, eſt non allegare 14
Alleganti, & non probanti, non eſt credendum 14
Allegatio nuda nihil efficit 14
Amatorij & Venefici pari pœna plectuntur 20
Amici & affines æquiparantur 21
Amicus poteſt agere ſine mandato pro amico cum cautione de rato habita 20
Amicitia & coniunctio æquiparantur 20
Amicus fictus hirundini æquiparatur 21
Amicus verus menſæ, non permanet in die neceſsitatis 21
Amicum experiri vis, calamitoſus fias 21
Amicus fictus & verus inimicus æquiparantur 21
Amicum quiſe fingit, & non eſt, peior eſt eo qui cudit falſam monetam 22
Amici veri verbera ſunt meliora quàm oſcula inimici ficti 22
In amicitia & fidelitate vera nil fictum, nihil ſimulatum 22
Amor comparatur furori 23
Amans comparatur ebrio, & etiam furioſo 23
Amicus familiaris ob familiaritatem aliquando pro hærede habetur 108
Amiſſa cenſentur, quæ recuperari non poſſunt 22
Amiſſum cenſetur, quòd ex conſpectu non recuperabile euanuit 22
Animal quod poſſeſſoris conſpectum effugit habetur pro amiſſo 22
Apocha idem eſt quod Quietantia 251
Apparere quod non poteſt, id tanquam non exiſtens habetur 164
Non apparentia pro non exiſtentibus habentur 164. 22
Non apparentia ſpiritualia veriſsimè tamen exiſtunt 24
Appellandi tempore nihil innouari poteſt 28. 29
Appellandi tempore expirato ſententia exequi poteſt 28
Appellare non licet à Principe, aut à Senatu ſupremo 31
Appellare non licet de cadauere non ſepeliendo 37
Appellare non licet ab Officiali ad Epiſcopum 239
Appellare non poteſt, qui in ſententiam conſenſit 84
Appellare, & appellationem non promouere eſt non appellare 27
Appellatur ab Officiali ad Archiepiſc. 239

Appel-

Appellatio & ſententiæ recuſatio æquiparantur 35
Appellatio temeraria aut ſera, eſt appellatio nulla 26
Appellatio intra 30. dies eſt promouenda 27
Appellationi non eſt obediendum neceſsitatis tempore 313
Appellationis ius tranſactione finitur 27
Approbat qui non contradicit 29
Approbata à nobis nos pro factoribus arguunt 388
Approbatio fit tum factis, tum verbis 80
Arbiter non facit litem ſuam, ſi laudum eſt nullum 30
Arbiter, & Iudex quomodo conueniant & differant 31

Arbiter { requirit libellum.
examinat teſtes.
iudicat de toto, ex ſcripto.
iudicat die feſto.
condemnat in expenſas.
fit obnoxius culpæ.
non iudicat in tenebris.
non iudicat contra iquitum.
non facit hermoditium.
non præbet iudicium appellatorium. } 32

Arbitrium malum arbitrium eſt nullum. 32
Arbitria ſimilia, ſunt contractibus 33
Arbitria, & iudicia ſunt paria 30.339
Arbitramenta verius ſunt contractus, quam iudicia 33
Arma ſua militaria qui vendidit, crimen militare incurrit 35.105

Arreſtari non poſſunt { Studentes, & ſtudentium bona.
Studentium parentes, viſitatores.
Milites, militum arma.
Commeatum ferentes.
Fructus beneficiorum.
Legati, aut Conſiliarij Principum.
Aduocati, medici ciuitatum.
Mulieres debitrices.
Cadauera mortuorum. } 35.36

Arreſtari non poſſunt { Boues, equi aratores, arma ruſtica.
Debitores inſolubiles, aut ſummæ exiguæ. } 36. & ſeq.

Arrogatio cum legitimatione, & adoptatione par eſt 39
Arrogatur qui ſui iuris eſt 39
Auarus poſſeſſor eſt iniquus 370
Auarus quis, & quis prodigus 370
Audiri ſed non vocari in iure ſunt paria 168
Authoritas Tutoris interueniens illegitimè, nihil operatur 100.184

B.

Bancarij quibus alijs nominibus appellentur 34
Banniti cum relegatis ac deportatis comparantur 43
contra bannitos decernitur immiſsio bonorum 43
Baptizandus iamiam gaudet priuilegio baptizati 313
Baptizatus indebitè pro non baptizato habetur 202
Non baptizatus, in clerum ordinari non poteſt 200
Per Baptiſmum incorporamur Eccleſiæ 148
Baſilica iamiam conſecranda, habetur pro conſecrata 313
Beneficium exiguum, aut pertenue, beneficium eſt nullum 45.355
Beneficium pertenue cum altero eſt compatibile 45
Beneficium non perditur ob longam abſentiam 14
Beneficialis gratia cum vltima voluntate par eſt 46. 192. 218
In beneficio impetrando quis ſit præferendus 46
Bis dat qui citò dat 102
Bona ciuitatum æquiparantur bonis Eccleſiarum 49
Bona damnatorum quando nulla ſunt bona 49
Bona Eccleſiæ, quomodo dicantur eſſe bona pauperum 47
Bona Eccleſiæ alienari non poſſunt 139
Bona quorum vendi non poſſunt 47

Bona precioſa pro bonis immobiiibus habentur. 50.
Bona ſua qui viliſsimè vendit, is ea donare videtur. 49.
De bonis omnibus tractare cenſetur, qui tractat de præcipuis. 51.
Bullæ doctoratus, cum dote mulierum confertur. 349.
Bullæ Papales, vide Papalis gratia, & motu proprio. 129. 218.

C.

Cadauera mortuorũ ſepeliẽda ſunt. 36.
Cadauera mortuorum arreſtari non debent. 37.
Cadauera arreſtandi abuſus vnde natus ſit. 37.
Calumniator manifeſtus pro calumniatore damnato aliquando habetur. 231.
Cancellatio ſchedulæ cum quietantia par eſt. 51.
Cancellatio fit tam verbis, quàm factis. 51.
Cancellare ſchedulam eſt ſoluere. 51.
Canonica parochialis cum Epiſcopali par eſt. 52.
Canonicæ portiones quomodo diſtribuendæ. 52.
Capere aliquid quod reſtituendum, eſt non capere. 53.
Capere fraudulenter eſt furari. 53.
Capere innocentem qui reſtituendus eſt, eſt non capere. 51.
Captus in loco priuilegiato, reſtitui debet. 53.
Captus capitaliter quando de innocentia cõſtat, relaxari debet. 162.
Capta quæ ſunt ab hoſtibus, cenſentur perdita. 136.
Capitulum reſtituitur in integrum, vt Pupillus, &c. 55.
Capitulo datur actor ad litem. 55.
A Chriſto vnicum eſt conſtitutum caput in Eccleſia. 55.
Capitis eſt omnia membra in officio continere. 55.
Carcer perpetuus, exilium & mors ciuilis æquiparantur. 55. 271.
Ad carceres perpetuos damnati, ſunt inteſtabiles. 56.
Ex carcere ſunt liberandi, quando innocentiæ cauſa eſt clara. 322.
Carmelitæ olim ridiculè olera cum carnibus cocta, cum ipſis carnibus æquiparabát. 57.
Carnibus olera iuſculenta quibuſdam par fuit. 57.
Caſus ſuperueniens qui actum à principio impedire potuit, is & actum eundem poſtea impedit. 104.
Cauere inutiliter, aut vitioſè, eſt non cauere. 155.
Cauſa ciuilis ardua cum criminali cauſa par eſt. 57.
Cauſa matrimonialis æquiparatur cauſæ criminali. 61.
Cauſa extincta, cauſa eſt nulla. 63.
Cauſa friuola, impertinens, inſufficiens, eſt cauſa nulla. 83. 186.
Cauſa pia non finitur per mandatum re integra. 123.
in Cauſa pia procedendum eſt ſummariè. 123.
in Cauſis criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores. 124
in Cauſa matrimoniali requiruntur probationes luce meridiana clariores. 124.
exprimere Cauſam impertinentem, & non ſatis dignam, & exprimere cauſam nullam, paria ſunt. 359.
nullam Cauſam exprimere, & impertinẽtem vel iniuſtam declarare paria ſunt. 359.
Cauſa recens cognita, pro recenter orta habetur. 61.
Cauſa teſtimoniorum potiſsimum eſt obſeruanda. 361.
Cauſa reducta ad non cauſam, non parit ius retinendi. 63.
Cautela Procuratoribus notanda. 190.
Cautio inualida, vitioſa, aut inidonea, eſt nulla. 186. 63.
Cautio prætoria anno finitur, iudicialis eſt perpetua. 346.
Cautio vitioſa quæ ſit, & quando fiat. 63.
Cautio ſolutionis pro ipſa ſolutione habetur. 342.
Cautionem vitioſam nemo acceptare tenetur. 48.
Cedere, & cedere velle ſunt paria. 65.
Cedere, & tradere etiam in iure ſunt paria. 65.

Cedit

Cedit actioni obligatoriæ, qui ſchedulam obligatoriam reddit. 65.
Ceduntur incorporalia, traduntur corporalia 65
Centurionis fiducia de potentia Chriſti 191
Certa eſt ſententia aut exprefsè, aut relatiuè 338
Certum aliquid eſt, aut per { ſe, nempe expreſsè, relationē ad expreſsū demonſtrationem } 65.339
Certum quod citò fieri poteſt, id pro certo habendum eſt 67
Certus de re habetur, qui certus eſſe debuit 160
Ceſsio coacta, ceſsio eſt nulla 71
Ceſsio tacita denominationis ius eripit 80
Chriſtus per fidem imperat toti orbi 131
duo Chriſtus impetrat pro Petro 131
Chriſtus prætulit Petrum reliquis Apoſtolis 132
Chriſto adſcribendum quicquid ad conſeruationem & vegetationem totius corporis, quòd eſt Eccleſia, per Pontificem tanquam vicarium Chriſti conſtituitur 134
Chriſtus fons bonorum omnium 134
Citari poſſunt ad ſolutionem debitores condemnati 49
Citatus ex iudicio recedens, habetur contumax 86
Ciues ſunt qui pro ciuibus habentur 29368
Pro ciuibus habentur clerici 293
Ciuis ex loco natiuitatis non eſt æſtimandus 37
vt Ciues defenduntur, qui pro ciuibus habentur 68
Ciues per magiſtratum læſi contra eundem magiſtratum agere poſſunt 193
Contra ciues quoslibet proceditur ex facto eiuſdem ciuitatis ibid.
Ciuitas per ſolum magiſtratum quando obligetur ibid.
Ciuitas quomodo citanda ſit ibid.
Ciuitati rebellanti ſuo principi bellum indici poteſt 226
Ciuitatum rebus idem ius datur, quod rebus Eccleſiarum 226
Clauſula generalis in libellis eſt neceſſaria. 178
Clauſula motu proprio, non valet in cauſis non conſuetis 192
Clerici concubinis nil donare, nihilq; teſtari poſſunt 261
Clerici pro ciuibus habentur in commodis, non in oneribus 291
Clerici vagabundi & non miniſtrantes beneficijs ſunt indigni 162
Clericum in veſte ſeculari feriens per ignorantiam excuſatur 352
Non clericum, clericali tamen veſte indutū verberans non excommunicatur 351
Clericus talis cenſetur qualis eſt habitus 351
Clericus indoctus obiurgatur ab Epiſcopo, 328
Clericus veſtem mutare poteſt 351
Coacta omnia ſunt inualida 190
Coacta reſponſio cenſetur quę fit iuſſu iudicis 190
Coactè facere cenſetur, qui coactionibus metu aliquid facit 190
Cognita poſt litem conteſtatam, ea in iudicium proferri poſſunt 61
Cognitum poſtea malum qui facit, hic arguit ſe idem præſciuiſſe 189
Collatores attendere debent, vt ſolis dignis conferant 161
Collegio quod legatur, id & Eccleſiæ legatur 244
Commodatum quomodo poſsidere dicamur 107
Comparere, & mox recedere, eſt non comparere 366
Comparere inſufficienter, eſt non comparere 69
Comparere ſerò, aut non legitimè, eſt non comparere 178
Comparens cum procuratore indebito reijcitur vt contumax 69.201
Compelli qui timuit, is veluti compulſus habetur 71
Comprobamus factis, verbis, & ſcriptis 87
Compromittere non poteſt, qui alienare non poteſt 33
Compromittere Prælatus poteſt, ſed tamen de ſuis 33
in Compromiſſum non veniunt res quæ alienari non poſſunt 33
Concedere

Digitized by Google

Concedere vel conſentire videtur qui non negat 71.80.82

Concilio non ſoluto recedere, eſt in Concilium non comparuiſſe 86

Concubinæ nullum teſtamentum accipere poſſunt; 261

Concluſum eſt in cauſa, par eſt cum ſententia lata 71

Condemnandus iamiam habetur pro condemnato 313.303

Condemnatio in metallum cum morte ciuili par eſt 55

Conditio contra edicta Imp. aut contra leges eſt nulla 167

Conditio contracta etiam poſt mortem ligat. 95

Conditio contractuum retrahitur ad tempus celebrationis 185

Conditio neceſſaria ad actus effectum, etiam eſt neceſſaria ad actum ipſum 72

Conditio purificata habetur pro conditione pura 185

Conditionalis ſtipulatio filij ad patrem redit 25

Conditionem implere quæ contra ius eſt, eſt non implere 28

Confeſsio par eſt cum ſententia lata 73

Confeſsio condemnationem ſecum confert. 73

Confeſsio geminata reuocari non poteſt, 74

Confeſsio geminata cum iuramento iudiciali confertur 74

Confeſsio iterata par eſt cum confeſsione iudiciali 74

Confeſsio tormentis extorta eſt inualida. 76. 261

Cōfeſsio { amentis, inconſtantis / non coram iudice / extra iudicium / per procuratorem / extorta tormentis } eſt nulla, 75.76.

Confeſsio ſpe remunerationis facta qualis, 77

Confeſsio inconſtantis eſt nulla 79

Coniunctus pro coniuncto agere poteſt ſine mandato, cum cautione de rato habita 80

Coniunctio amicitiæ idem operatur quod ſanguinis 1

Coniugiorum deligendorum quantus neglectus 372

Coniugium quando cum morte comparetur. 271

Coniugia fauſta & infauſta per vxores 372

Coniunx iamiam futura pro coniuge habetur 227

Conſenſus legem facit 65

Conſenſus indebitus conſenſus eſt nullus. 179

Conſenſus tacitus par eſt cum conſenſu expreſſo 80

Conſenſus tacitus etiam obligationem inducit 80

Conſenſus tacitus non habet locum in matrimonio 80

Conſenſus tam factis quàm verbis exprimitur 82

Conſentiens facienti etiam in actum cōſentit 84

Conſentire in actum, par eſt ac ſi ipſe faceres 9

Conſentit actui qui perſonæ facienti conſentit 10.80

Conſentire iudicanti, & conſentire iudicato ſunt paria 9.84

Conſentire non poteſt, qui alienare non poteſt 10

Conſiliarij & aduocati æquiparantur militibus 85

Conſiliarij vtiles, ſunt Reip. milites 13

Conſilium nullum petijſſe dicitur, qui conſilium petijt ſerò 85

Conſtare quod non poteſt pro non eſſe habetur 89

Conſtare directo de acto, vel per media quæ ad hoc tendunt, paria ſunt 89

Conſtat aliquid { confeſsione Rei / ſubſcriptione Rei / depoſitione teſtiū } 87

Conſtitutio extraordinaria errantis ignorātiam excuſat 151

Conſtitutiones humanæ ex cauſa mutari poſſunt 57

Conſuetudò legem ac voluntatem indicant. 192

Conſue-

Conſuetudo longa pro lege habenda eſt 90
Cóſuetudo cum præſcriptione temporis par eſt 91
Contentum in literis cenſetur quod relatiuè in a ijs literis continetur 172
Contractus approbatur & factis & verbis. 80
Contractus conditionalis purificatus pro puro habetur 55
Contractus doloſi omnes ſunt irriti 115
Contractus & delicta ad obligãdum ſunt paria 95
Contractus fit per ſtipulationem & litiſconteſtationem 207
Contractus innominatus non præiudicat doti. aut cauſæ piæ 123
Contrahens noſſe debet perſonam cum qua contrahit 160
In contractibus ſequenda eſt conſuetudo loci,& tempus contractus 96
Contrarietas teſtium parua, nihil impedit. 115
Crimini ſatisfit { ſolutione pœnæ debitæ / præſcriptione cognitionis criminis / remiſsione Principis, purgatione legitima } 326
Criminis cognitioni quãdo præſcribitur, crimini ſatisfactum eſſe intelligitur 326
Culpa lata cum dolo æquiparatur 98
Culpa lata quæ ſit 98
Culpa lata trifariam excuſari ſolet ibid.
Cùm adierit hæreditatem, & ſi adierit hæreditatem, paria ſunt 341
Curam domeſticorum qui negligit, is infideli eſt deterior 257
Curatoris authoritas illegitima nihil efficit. 100
Cyneas quã charus fuerit Pirrho regi 14

D.

Damnati morte ciuili ſunt inteſtabiles. 58
cum Damno alterius locupletari, eſt dolum committere 102
Dare inuitè pro non dare æſtimatur 102
Datorem hilarem diligit Deus 102
Dauid cauſam ciuilé arduam æquiparat criminali 58
Dauid habitu & moribus amentiam ſimulat. 358
Dauid ſe purgat apud Saulem 327
Debito ciuili ſatisfit { ſolutione / quitantia / fideiuſsione } 326
Debitor deterior non liberatur iure, ſed exceptionis ope 285
Debitores qui arreſtari non poſsint 35
Debitores condemnati ad ſolutionem cóueniri poſſunt 49
Debitum conditionale purificatum pro puro debito habetur 185
Debitum exiguum neminem de fuga ſuſpectum reddit 125
Deceptus enormiſsimè in integrum reſtituitur 116
Declarare voluntatem ſuam facto par eſt cum declarare verbo 82.170
Decretum iudicis cum ſua ſententia par eſt. 103
Decretum iudicis vocatur ſententia interlocutoria 103
Defectus prior & ſuperueniens æquiparantur 104
Defectus vſucapionem & præſcriptionem interrumpit 15
Defenſio ſera defenſio eſt nulla, & nihil operatur 205
Defenſus illegitimè pro non defenſo cenſetur 105
Delator in cauſa graui iurans, nihil efficit. 58
Delegare quid ſit 207
Delegatio fit per ſtipulationem vel litiſconteſtationem ibid.
In delictis puniendis ſeruanda eſt conſuetudo loci,&c. 96
De denarijs Iudæ traditis fabuloſum 255
Non denuncians nunciãda, cadem vt cognita celaſſe videtur 97
Denunciatio indebita, vel obſcura eſt nulla. 201
Deportati pro mortuis habentur 105
Deportatus non ſuccedit, ſed deportati filius. 350
Depoſitum non curans, doli commiſsi ſuſpectus eſt 98

Depoſi-

Depoſitum furtiuum recipit, qui id diſſimulanter in domum ſuam inferri ſinit 106
Depoſitum furtiuum cui non eſt culpæ ibid.
Depoſitum alterius quomodo poſsidere dicamur ibid.
Depoſitarius, & commodatarius in non poſſidendo ſunt pares ibid.
Difficilia obligationem nō reijciunt, ſed impoſsibilia 207
Difficilia iudicamus impoſsibilia 207
Difficulter quæ aſſequi non poſſumus, ea non habere dicimur 108
Diſponere limitatè, eſt diſponere perfectè. 110
Diſpoſitio legis, ſtatuti, & teſtatoris paribus paſsibus ambulant 110
Diſtinctè diſponere, eſt perfectè diſponere. 110
Diuerſitas parua, diuerſitas nulla 125
Diuinum & publicum æquiparantur 124
Diuiſa tutela à ſolis tutoribus eſt nulla. 364
Diuiſio iudicis cum diuiſione patris, par eſt. 113
Diuortium ſucceſsionis ius extinguit 118
Doctoratus ſumptum petenti non obſtat exceptio compenſationis 349
Doctrina nobilitate eſt potior 114
Dolus cenſetur quando intercedit negligentia craſſa 279
Dolus eſt ex propoſito, non culpa lata 115
Dolus & lata culpa, pares ſunt 115
Dolus eſt cum aliena iactura locupletari. 114
Dolus facti, cum præmeditato dolo par eſt. 115
Dolus ex propoſito, & dolus reipſa, quid, & quando ſint 115
Dolus ob magnam læſionem excuſat infantem 115
Doloſus contractus neminem ligat 116
Contra dolum cuiuis datur exceptio 115
Domeſticorum curam qui negligit, infideli eſt deterior 117
A Domino fieri dicitur, quod ex mandato fit domini 452
A domino quod fit inhabili, pro non facto cenſetur 117
Domus veſtibulum pro ipſa domo vſurpatur 243
Domus vſurpatur pro gente vel familia 118
Donare malè vſuro, eſt donatum perdere. 118
Donare videtur qui pro leui precio vendit. ibid.
Donat qui remittit 127
Donatio facta filio pro ſtudijs eſt valida 149
Donatio facta filiæ pro dote, eſt valida 149
Donatio in mortis articulo pro legatis habetur 120
Donatio nuptialis cum dote conferenda eſt. 126
Dormiendo qui peccat, non peccare cenſetur 121
Dormiendo diuagantis exemplum 217
Dormiens poſſeſsionem capere non poteſt. 121
Dormiens quando peccando peccet 121.217
Dormire in ſacris vſurpatur pro adulterari. 121
Dos datur ad arbitrium dantis 126
Dos & pia cauſa cum alimentatione confertur 122
Dos exigua, dos nulla 124
Dos exigua quę ſit, iudicis eſt diſcernere 124
Dos gaudet priuilegijs piæ cauſæ 123
Dos, & alimentatio ingratæ filiæ negari poteſt 123
Dos vel dotare ad quid ſeruiant ibid.
Dos prælationis priuilegium habet 319
Dos Eccleſiæ gaudet pluribus priuilegijs quā dos mulieris 128
Dotata parum vxor in partem bonorum mariti ſuccedit 125
Dotatio Eccleſię & mulieris quomodo ęquiparentur 128
Dotem petenti non obſtat exceptio compenſationis 349
Dotem vxoris ſi maritus non poſcat, ſibi dānum infert 128
Doti comparantur ſtudiorum ſumptus 349
Dotis actio non finitur per mandatum re integra 123
In Dotis cauſa procedendum eſt ſummariè. 123
Dubia nihil probant 129.332
Dubitanti ægrius ſuccurritur quàm erranti. 129

Digitized by Google

Dubius pro ignorante cenſetur 129
Dubitanter qui reſpondet, is non eſt admittendus 107

E.

Eccleſia catholica eſt domus Dei, & columna veritatis 148
Eccleſia dotationem ſine cõſenſu Epiſcopi recipit 128

Eccleſia & Reſp. { non capit præſcriptionem; acquirit dominium ſine traditione; acquirit tacitam hypothecam; procedit in cauſa dieb. feſtis; trahit actorem ad ſuum iudicem } 142.

Eccleſia militans aſſimulatur Eccleſiæ triumphanti 130
Eccleſia militans ſine macula & ruga non eſt 130
membra Eccleſiæ triumphantis ſine macula & ruga ſunt 130
Eccleſiæ cœleſtis & terrenę differentia 130
Eccleſiæ præceptis de neceſsitate ſalutis omnibus obediendum 130
ad Eccleſiaſticæ vnitatis originem reſpiciendum 130
Eccleſia ſancta in apoſtolorum principis ſoliditate firmata 130
Eccleſia gaudet iure, & priuilegijs Imperij 210
Eccleſia læſa reſtitui poteſt 137.47
Eccleſia parochialis reſpectu vniuerſalis æquiparatur filiofamilias 144.145

Ecleſia par eſt cum { pupillis &c. 144; Senatu 142; Republica 142; Cauſa pub. 142 }

Eccleſię bona dicuntur bona Reip. 142
Eccleſię bona ſine conſenſu Prælati alienari non poſſunt 140

Eccleſiæ cõparantur { piæ cauſæ & loca ſupra } 139. 141

Eccleſia & ciuitas æquiparantur 141
Eccleſiæ legatur quod eccleſiæ collegio legatur 144
Eccleſiæ Prælatus tutoribus eſt ſimilis 137
Eccleſiæ Prælatus inutilis, eſt nullus prælatus 144
Eccleſiæ Prælatus inutilis factus, non eſt remouendus 144
Eccleſiæ præſcribitur ſpacio 40. annorum 141
Extra Eceleſiam Chriſti non eſt ſalus 148
Edere, vide A Edere
Edere, reſtituere & exhibere, ſunt paria 148
Editio imperfecta quando ſit nulla, & quando valida 149
Edicta publica pro lege habentur 363
Edicta Caroli. 5. de puniendis hæreticis pœnitentibus iuſta 224
Edicta Caroli. 5. ab officiarijs & iudicibus exactè obſeruanda 224
Electionem deferens vt non comparens habetur 86
Emphiteutica quæ ſint 236
Epiſcopus Officiali ſuo interdicit ne iudicet non contra 239
Epiſcopus non proſequens dotationem, Eccleſię nocet 128
Epiſcopus prædicans, miles eſt Eccleſię 161
Epiſcopus pro ſupplemento ſuę legitimę agere poteſt 52
Epiſcopus à paupere clericum ſimulante eluditur 318
